LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS

FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921

945 1773
M93an v.15

Rare Book & Special
Collections Library

LUDOVICI ANTONII
MURATORII
OPERA OMNIA.

II. E. 74.

ANTIQUITATES ITALICAE MEDII AEVI,

SIVE

DISSERTATIONES

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magiſtratibus, Legibus, Studiis Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate, Servitute, Foederibus, aliiſque faciem & mores Italici Populi referentibus poſt declinationem Rom. Imp. ad Annum uſque MD.

OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR

INGENTI COPIA DIPLOMATUM ET CHARTARUM VETERUM,

Nunc primùm ex Archivis Italiae depromtarum,

ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS NUNQUAM ANTEA EDITIS.

AUCTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

Arretino Seminario & Collegio Eccleſiaſticorum Caſtilionenſi Epiſcopalibus alteram hanc editionem curantibus.

TOMUS DECIMUSQUINTUS.

ARRETII MDCCLXXVIII.

Typis MICHAELIS BELLOTTI Impreſs. Epiſcop. ſub ſigno PETRARCAE.

SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.

Digitized by the Internet Archive
in 2013

http://archive.org/details/antiquitatesit15mura

945
M93an
1773
v.15
M93an
1773
v.15

SERENISSIMO PRINCIPI

CLEMENTI,

POTENTISSIMI

POLONIAE REGIS,

E T

ELECTORIS SAXONICI

FILIO QUINTO-GENITO.

POſtremum hunc Antiquitatum Italicarum Tomum Tibi ſervatum volui, SERENISSIME PRINCEPS, qui poſtremum quidem ordinis, ſed non Dignitatis & amoris locum in Regia Familia tua tenes. Felices Parentes, quibus tam copioſam ſobolem divina Providentia ſuppeditavit, cui parem vix ullus Principum aevi noſtri oſtendat; longe tamen feliciores, quod adeo probam, adeo egregiam dederit. Neque enim Saxonia tantum novit, quam excellentem indolem, quantam ſuavitatem morum, & ingenii perſpicaciam Celſitu-

do

482494

do tua, aeque ac reliqui Regales Fratres tui, atque Sorores, praeſerat; ſed & apud Italos percrebuit fama tam rari praeclarique ornamenti in Palatiis Regum: agnoſcentibus cunctis, dono etiam tam invidendae prolis coronare Deum voluiſſe Genitorum tuorum Religionem, maritalem concordiam, ceteraſque Virtutes Catholicis Regibus praeſertim conſentaneas. Nullus autem dubito, quin poſtquam adoleveris, amorem & ſtudium Literarum ad magnificas animi generiſque tui dotes ſis additurus. Tunc Liber iſte, quem tuo Nomine inſcriptum Tibi ſacravi, una cum praecedentibus aliis, ante oculos tuos, ut ſpero, recurret, Teque ad Eruditionem barbaricorum Seculorum facile perducet; neque enim tunc alii ab Italicis erant Germanicae gentis mores. Sed quando nunc prae exili aetate tuâ hanc rerum ſeriem excipere mente non potes, hoc unum ſaltem ut intelligas, & memoriae mandes opto; ſcilicet me humili obſequio erga Celſitudinem tuam Sereniſſimam nemini concedere. Quod ſupereſt, Deum Optimum Maximum rogare non deſinam, ut cum aetatis incremento animi quoque tui Virtutes creſcant, quibus Te tanto Patre dignum probes, & eximius Rex Pater tuus te genuiſſe enixius in dies laetetur.

CELSITUDINIS TUAE SERENISSIMAE

Mutinae V. Idus Novembris MDCCXLIII.

Humillimus, Addictiſſ. & Obſequentiſſ. famulus
Ludovicus Antonius Muratorius.

DE EPISCOPORUM, ABBATUM, ALIORUMQUE ECCLESIASTICORUM POTENTIA,

ET

REGALIBUS OLIM CLERO CONCESSIS:

DISSERTATIO SEPTUAGESIMASECUNDA.

DISSERTATIO

SEPTUAGESIMASECUNDA.

SPlendere nunc videmus illuſtri potentiâ, ac temporali ditione in Caſtella & Urbes, non tantummodo Romanum Pontificem, ſed & non paucos Germaniae, & aliquot Italiae Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates. Sed longe alia fuit olim rerum facies. Latius nimirum ſeſe exſtendebat Cleri utriuſque dominatio in Populos, & longe major, immo incredibilis opulentia fuit, atque in Italia praeſertim. Cujus rei originem & progreſſum brevibus innuere juvat. Duplex erat olim, uti & nunc, temporalium bonorum claſſis. Ad priorem ſpectant Privata, qualia ſunt praedia, aedes, ſylvae, pecunia, & id genus alia, quae in jure Civium, & privatorum hominum dominio ſunt, ac emi, venumdari, commutari, obligari, ac donari ex inſtitutione gentium poſſunt. Altera pars complectitur bona Publica quae ad Rempublicam ſive Principem pertinent, & *Regalia* appellantur, ſive corporales res, ſive jura ſint. Atque inter ea numeramus Imperium in Populos, Angarias, Perangarias, Juriſdictionem, Vectigalia, Monetam, Flumina, Metallorum fodinas, Salinas, aliaque non pauca, apud Juris peritos legenda. Per prima ſeptem Eccleſiae Secula conſtat, prioris generis bona complura confluxiſſe in Eccleſias tum ex pietate & oblatione Fidelium, tum ex aliis cauſſis, quas in praecedentibus Diſquiſitionibus recenſui. Quaedam etiam ex minoribus Regalibus conlata fuiſſe eo ipſo tempore Deo dicatis locis, ſacriſque Miniſtris, non difficile fortaſſis oſtendas. Sed quae majora, ſi-

ve ſuprema Regalia ſunt, habere, videlicet legem dicere Populis, eoſque legibus & poenis coërcere, Judices ac tributa ſtatuere, conſcribere milites, ſuoque jure bellum indicere, uno verbo Civitatibus, Caſtellis, ac regionibus, Seculari poteſtate ac ditione dominari, & Principem temporalem agere, nondum legi, ante Saeculum a Chriſto nato Octavum cuiquam ex Eccleſiaſticis viris conceſſum. Primi, quantum quidem mihi videtur, qui ſplendidum dominationis hujus temporalis exemplum dedere, Romani Pontifices fuerunt. Potitis enim Langobardis Regibus Exarchatu Ravennae, iiſque Romam ipſam occupare nitentibus, Stephanus II. Papa Anno Chriſti DCCLIV. Gallias petens, Pippini Regis opem imploravit, quam ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis ſperare non poterat, quamquam de eorum rebus aut recuperandis, aut conſervandis ageretur. Pippinus valido exercitu bis coacto, Italiam ſubinde ingreſſus, Langobardum ad pacem petendam adegit; Exarchatum verò ab uſurpatore dimiſſum, veluti rem ſibi paratam jure belli, Romanae Eccleſiae dono dedit. Hinc autem Romanis Pontificibus ad majora conſequenda, & ad dominandum in ipſa Romana Urbe, gradus eſt factus: quorum exemplum minores Sedes, ut quaeque potuit, deinde aemulatae, neque ſolùm Epiſcopi, ſed & Monaſteria virorum, immo & feminarum, aut amplas Civitates regendas, aut Caſtella integra, aliave temporalis dominationis, & Regalium jurium fruſta, ſibi conquiſierunt. Cur tanta ac tam ſplendida acceſſio facta fuerit Cleri opibus, ſi cauſam petis, non unam adferre poſſum. Prima, atque omnium potiſſima mihi vide-

A tur *Peccatorum redemtio*, de qua fuſe
in Diſſertatione LXVIII. actum eſt.
Nempe iniquis iis temporibus vitia
& crimina latius etiam quàm noſtro
aevo abundabant: atque haec eadem
perverſa lues non raro afflabat ipſos
rerum Dominos, Imperatores Reges,
ac Principes, quibus propterea poe-
nitentibus Canonicae poenae, tunc
B mirum in modum vigentes, a ſacris
Eccleſiae Miniſtris indicebantur. Nul-
la alia erat evadendi Jejuniorum,
aliarumque expiationum ſacrarum o-
nus Principibus viris, quàm quae
Populo, ſcilicet Eleemoſyna in Pau-
peres, ſive oblationes praediorum,
aliaque hujuſmodi dona ſacris Locis
atque Collegiis. Multum tamen in-
C tererat inter Vulgi ac Regum Re-
demtiones: minora enim pro condi-
tione hominum ac divitiarum exige-
bantur a Populo, majora verò a Po-
puli Rectoribus; tum quod gravius
apud Deum pendi ſoleant complura
Principum crimina; tum etiam quod
magnificentius erga Deum agendum
eſt viris potentibus, & tantâ bono-
D rum copiâ affluentibus, quàm homi-
nibus privatis. Exiguum enim Pau-
peris donum oblatum Deo, grande
interdum fit: at divitis, immo Prin-
cipis oblatio, ſi modica ſit, nihil
ferme eſt; nulloque cum donantis
incommodo conjuncta, potius ad
avaritiem prodendam, quàm ad re-
dimendas peccatorum poenas aptiſſima
E eſt. Quamobrem conſuevere Princi-
pes ac praecipue Reges & Imperato-
res, non praedia ſolùm & Curtes,
idque ſaepe, Eccleſiis offerre atque
largiri pro criminum ſuorum Remiſ-
ſione, ſed Caſtella etiam, Urbes,
Comitatus, Marchias, Ducatus alia-
que Regalia jura, vetuſtis muneribus
nova addentes in dies, aut ſaltem
vetera confirmantes.

Hoc

Hoc etiam titulo praeter Exarchatum, alias quoque regiones Sancto Petro obtuliſſe credendi ſunt Pippinus & Carolus Magnus Francorum Reges; idque innuere videtur ipſe Hadrianus I. Papa in Epiſtol. 92. ad eumdem Carolum, in Codice Carolino Part. II. Tom. III. Rer. Italicar. Ibi de Capua ſcribit Pontifex, *quam beato Petro Apoſtolorum Principi pro Mercede animae veſtrae, atque ſempiternâ memoriâ, cum ceteris Civitatibus obtuliſtis*. Eamdem peccatorum expiationem prae oculis, ut puto, habuere ceteri Principes & Reges, qui Romanae Eccleſiae aut dono dederunt, aut tributaria effecerunt Regna ſua ſive Principatus, aut Urbes. In quorum numero conſtat olim fuiſſe Regna *Hiſpaniae*, *Arragoniae*, *Luſitaniae*, *Poloniae*, *Daniae*, *Bohemiae*, *Angliae*, *Hiberniae*, *Hungariae*, & alia, quae diu quodammodo in jure Sancti Petri, aut eidem Romanae Eccleſiae Cenſum annuum, teſtem temporalis ſubjectionis, perſolverunt. Sed potiſſimùm Saeculo Vulgaris Aerae Undecimo, hujuſmodi oblationibus aucta eſt Romanorum Pontificum potentia atque majeſtas. In iis enim perquirendis ac procurandis ſolicitum ſe prae ceteris praebuit magnus ille Pontificiae dignitatis aſſertor & propugnator Gregorius Septimus, uti ex ejus Epiſtol. 3. Lib. 9. patet, in qua Epiſcopum Patavienſem monet, ut *Welphonem Bajoariae Ducem*, alioſque Germaniae Principes, quantâ poſſit, curâ inducat ad ſubjiciendas Terras ſuas Sancto Petro *pro ſuorum Peccatorum abſolutione*. En ejus verba: *Si Henricus fortè Longobardiam intraverit, admonere etiam te, cariſſime frater, volumus Ducem Welphonem, ut fidelitatem beato Petro faciat, ſicut coram Imperatrice Agnete & Epiſcopo Cumano, mecum diſpoſuit, conceſſo ſibi poſt mortem patris ejus beneficio. Illum enim totum in gremio beati Petri deſideramus collocare, & ad ejus ſervitium ſpecialiter provocare. Quam voluntatem ſi in eo, vel etiam in aliis Potentibus viris, amore beati Petri pro ſuorum Peccatorum abſolutione ductis, cognoveris: ut perficiant elabora, noſque certos reddere diligenter procura*. Auctor eſt idem Gregorius Papa Epiſtol. 23. Lib. 8. *Gallias* conſueviſſe a Caroli Magni temporibus annuatim ſolvere Cenſum Romanae Eccleſiae, cui etiam idem Rex & Imperator *Saxoniam obtulerat*. Scribit etiam: *Dicendum eſt omnibus Gallis, & per veram obedientiam Praecipiendum, ut unaquaeque domus ſaltem unum Denarium annuatim ſolvant beato Petro, ſi eum recognoſcunt Patrem & Paſtorem ſuum more antiquo*. Quem fructum inde ceperit Pontifex, incertum eſt. At certe alibi non in irritum cecidit illius ſtudium; nam Anno Chriſti MLXXIV. *Demetrius Croatiae ac Dalmatiae Dux* ab eodem Gregorio ſummo Pontifice in Regem evectus, Apoſtolicae Sedi ditionem ſuam ſubjecit, annui tributi penſione promiſsâ. Praeterea *Bertrannus Provinciae Comes* Anno MLXXXI. eidem Gregorio, ut eſt apud Cardinalem Baronium, *pro remiſſione Peccatorum ſuorum, & parentum ſuorum*, offert, concedit, & donat *omnem honorem ſuum*, hoc eſt Comitatum ipſum, *omnipotenti Deo, & Sanctis Apoſtolis Petro & Paulo, & Domino Gregorio Papae Septimo, & omnibus Succeſſoribus ſuis*. Ita pariter & *Berengarius Barchinonenſis Comes* Anno MXC. Urbano II. Papae *Civitatem Tarraconenſem*, e Saracenorum manibus ereptam, Sancto Petro obtulit

atque donavit, *propter redemtionem*, ut ille ajebat, *peccatorum meorum*, & *patris mei Raymundi*, & *parentum meorum*. Neque alio quàm hoc titulo conſtat, uſam praeſtantiſſimam Principem *Comitiſſam Mathildim*, quum *omnia bona ſua Eccleſiae Sancti Petri* Anno MCII. obtulit atque donavit. Vide Tomum V. Rerum Italicarum pag. 384. ubi ejuſdem Donationis Charta proſtat. Ibi verò profitetur inclyta mulier, ſe ea omnia obtuliſſe, ac rurſus offerre *pro Mercede*
A *& Remedio Animae Meae*, & *Parentum Meorum:* quae formula Redemtionem Poenitentialium poenarum ſonat. Atque heic, quando poſſum, Acta varia producere lubet, ex quibus ediſcemus Apoſtolicae Sedis auctoritatem in *Sardiniam*. Antiquiora etiam ejuſdem Sedis jura fuiſſe videntur in Inſulam illam, uti fidem
B faciunt Epiſtolae praelaudati Gregorii VII. Summi Pontificis. Haec autem e Codice MSto Cencii Camerarii fuere deprompta.

Inſtrumentum, quo Benedicta Donnicella Cenſum & alia pro Judicatu Calaritano conſtituit favore Eccleſiae Romanae, Anno Chriſti 1224.

IN *nomine Domini, amen. Ego* Benedicta Donnicella Marchiſana Maſſae, & Judiciſſa Calaritana, *perſiſtens in pleno ſenſu meo, non vi coacta, nec dolo malo inducta, ſed mea propria & voluntate ſpontanea, vobis* Domino Gottifredo *Praefecti Urbis* Domini Papae *Subdiacono & Capellano*, totius Sardiniae, & Corſicae Legato, recipienti nomine Romanae Eccleſiae, *ab hac ora in antea* viginti Libras argenti nomine Cenſus pro Regno meo Calaritano, *ſive Judicatu, ac totâ terrâ, quam habeo in Sardinia:* quae omnia me confiteor ab ipſa Eccleſia poſſediſſe hactenus, & poſſidere in futurum, *in feſto omnium Sanctorum promitto ſolvere annuatim. Item promitto*, quod nullus de novo efficietur Judex vel Judiciſſa in ipſo Regno, ſive Judicatu, quin jurent fidelitatem ipſi Eccleſiae, *& facient omnes liberos Terrae ſive Terraemagnenſes, habentes feudum ab eis, in principio ſuae dignitatis jurare fidelitatem Eccleſiae memoratae. Item Judex & Judiciſſa procurabunt Legatum Sedis Apoſtolicae, ſicut Archiepiſcopus Calari-*
C *tanus: & quum primo ipſum recipient, & Judex Calaritanus: addextrabit eum pedeſter per decimam partem milliaris unius. Item Judex & Judiciſſa Calaritana omnia ſpiritualia dimittent libere ipſi Eccleſiae non obſtantibus conſuetudine aliqua vel abuſu. Item Judex Calaritanus non recipiet uxorem, nec Judiciſſa maritum, ſine ſpeciali licentia*
D *ejuſdem Eccleſiae & mandato. Item ſi Judex vel Judiciſſa Calaritana decederent ſine filiis maſculinis vel femininis, totam Terram libere & abſolute ipſi Eccleſiae relinquere teneantur: ſalvo tantùm quod tertiam partem mobilium pro anima ſua libere derelinquant. Item quum Judex vel Judiciſſa de novo efficientur in ipſo Regno, ſive Judicatu*
E *Calaritano, ad Curiam Romanam perſonaliter accedent, vel ſolemnes Nuntios deſtinabunt infra ſpatium duorum Menſium a die ſuae dignitatis incipientium,* pro Vexillo in ſignum dominii a Sede Apoſtolica humiliter obtinendo. *Item guerram & pacem facient ad mandatum ipſius Eccleſiae contra univerſos & ſingulos per Sardiniam conſtitutos, qui fortè aliquo tempore prae-*

ſument

ſiment ipſi Eccleſiae in aliquo rebellare. Item nulli ſtatuentur ad cuſtodiam Caſtrorum vel Arcium ipſius Regni, ſive Judicatus Calaritani, quin primò jurent, honorem, libertatem & jura ejuſdem Eccleſiae per omnia & in omnibus firma & illibata bonâ fide & ſine fraude ſervare. Inſuper autem, ut haec omnia in poſterum firma permaneant, obligo me, meoſque heredes ad poenam decem millium Marcarum argenti, ſi contra praedicta, vel aliquod praedictorum per me vel meos heredes, ſive per aliquam ſubmiſſam perſonam, tempore aliquo venire tentabo. Et poenâ ſolutâ idem Scriptum plenam obtineat firmitatem. Verùm ad majorem firmitatem ipſius Eccleſiae, corporali a me juramento praeſtito, de praedictis omnibus obſervandis, praeſens Scriptum feci exinde fieri tam Bullae Regni mei

A *Calaritani, ſive Judicatus, quàm Sigilli proprii munimine roboratum.*

Actum in inferiori camera Palatii venerabilis Patris............ Archiepiſcopi Calaritani, apud Villam Sanctae Caeciliae, praeſentibus Magiſtro Johanne Praepoſito Foripopulenſi, Presbytero Benevenuto Rectore Eccleſiae Sancti Michaëlis Lambertatiorum Bononienſium, B *Magiſtro Benedicto Corteſe Clerico Domini Raynerii Sanctae Mariae Diaconi Cardinalis, nobilibus viris Bonifacio germano ipſius Domini Gottifredi Legati Sardiniae & Corſicae, & Raynuccio Fortiguerra Urbevetano, Militibus: Anno Domini noſtri Milleſimo Ducenteſimo Vigeſimo Quarto, Indictione Duodecima, III. Nonas Decembris,* C *Pontificatus* Domini Honorii Papae III. *Anno Nono.*

Quod nobilis vir Orlandinus Ugolinus juravit fidelitatem & vaſſallagium Eccleſiae Romanae, & tenere cuſtodiam de Rocca Maſſae, Anno 1234.

Pontificatus Domni Gregorii Noni Papae Anno Octavo, X. Kalendas Februarii: Nobilis vir Orlandinus Ugolinus de Porcari praeſtitit juramentum fidelitatis Vaſſallagii Eccleſiae Romanae. *Et iterum juravit tenere cuſtodiam de Rocca Maſſae cum* D *Curia ſua, & de Caſtro Pontenzolo cum omnibus juribus, quae clarae memoriae G.............. Marchio Maſſae, & Judex Calaritanus in illis noſcitur habuiſſe, & ad Romanam ſunt Eccleſiam devoluta, & illa tenebit, quamdiu placuerit Domino Papae.*

Adeliſia Regina Turritana & Gallurenſis donavit Domino Papae totam Terram Judicatus Turritani, & omnia quae habebat infra Inſulam Sardiniae, Anno 1236.

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum cujuſdam Inſtrumenti hujus tenoris:

In nomine Domini Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Sexto, Indictione X. tempore Domini E *Gregorii Noni Papae Anno Decimo, Tertiâ die exeunte Menſis Martii. In praeſentia Dominorum Giſarclienſis & Empurienſis Epiſcoporum, mei Gregorii, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarii, & ſubſcriptorum teſtium: Ego*

Ade-

A Adelaſia Regina Turritana & Gallurenſis, *ſana & incolumis corpore & mente, de plano & in veritate recognoſcens, Romanam Eccleſiam eſſe matrem & Dominam meam*, & totam Terram Judicatus Turritani ad jus & proprietatem ejus ſpectare, *liberâ & ſpontaneâ meâ voluntate*, pro ſalute animae meae, & remiſſione peccatorum parentum meorum, B *do, dono, cedo & concedo inter vivos & inrevocabiliter & in perpetuum tibi* Magiſtro Alexandro Capellano & Legato Apoſtolicae Sedis, *recipienti* jure & *nomine* Domini Gregorii IX. Summi Pontificis, *& ipſius Eccleſiae Romanae, Terram ipſam, & omnia alia bona mea, quae ad me hereditario jure* C *pertinent, tam in Inſula Sardiniae quàm in Corſica, Piſis & Maſſa, & ubicumque habeo, cum omnibus & ſingulis ad ſe pertinentibus, & aliis juribus & rationibus, quae ad me pertinere noſcuntur. Et conſtituo, me illa nomine Romanae Eccleſiae poſſidere, ita quod filia vel filii mei legitimi, ſi habuero, mihi ſuccedent, & ab ipſa re* D *cognoſcant, & pro ipſa teneant & poſſideant. Quod ſi mortui fuerint ſine legitimis filiis, praedicta omnia ſine diminutione aliqua ad Romanam Eccleſiam revertantur.*

*Actum in Palatio Regni Turritani de Ardera, coram * ſubſcripſis teſtibus, videlicet Domno .... Abbate de Faleſia .... Abbate de Saccaria, Fratre Orlando Monaco de Saccaria, Benedicto Clerico de Alatro, Magiſtro Benencaſa Clerico dicti Domini Legati, Onfredone familiare Domini Raynerii Cardinalis, nobilibus viris Domino Monacho, Domino Bartholomaeo Vicecomitibus Piſanis, Domino Albizo, Domino Truffa, & pluribus aliis.*

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, iis omnibus interfui, & hoc Inſtrumentum ſcripſi & complevi, meoque ſigno ſignavi, & in publicam formam redegi.

Et ego Nicolaus Ferentinus ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, hoc Inſtrumentum, ſicut inveni in praedicto publico Inſtrumento, nihil addens, vel minuens, vel mutans, de verbo ad verbum, auctoritate Apoſtolicae Sedis exemplavi, & in publicam formam ſcripſi, & ſignum feci:



De Judicatu Gallurae & Turritano, Anno 1236.

E IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum cujuſdam publici Inſtrumenti hujus tenoris.*

In nomine Domini, Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Sexto, Indictione X. tempore Domini Gregorii IX. Papae, Anno X. tertiâ die exeunte Menſis Martii. In praeſentia Dominorum Giſarclienſis & Empurienſis Epiſcoporum, mei Gregorii ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarii, & ſubſcriptorum teſtium, Domina Adelaſia Regina Turritana & Gallurenſis *recognovit & fuit confeſſa publice & non coacta, praeſente & conſentiente* Hubaldo viro ſuo, Judice Gallurenſi & Turritano, *ſe habere, tenere, & poſſidere Judicatum Turritanum, & omnia, quae ad ipſam Dominam hereditario jure pertinent tam in Sardinia,*

A *dinia, quàm in Corſica, Piſis, Maſſa, & ubicumque ſunt, ab Eccleſia Romana. Pro quibus omnibus* Eccleſiae Romanae juramentum fidelitatis praeſtitit, *Magiſtro Alexandro Capellano & Legato Apoſtolicae Sedis, nomine ipſius Romanae Eccleſiae dictum ſacramentum recipiente: cujus tenor talis eſt:*

Ego Domina Adelaſia Regina Tur-
B ritana & Gallurenſis ab hac hora in antea fidelis ero & obediens Beato Petro, ſanctaeque Romanae Eccleſiae, & Domino meo Papae Gregorio, ejuſque Succeſſoribus canonice intrantibus. Non ero in facto, nec in dicto, neque in conſilio, ut ipſe, vel Legatus, ſive Nuntius ejus, vitam perdant aut membrum, aut ca-
C piantur malâ captione. Conſilium, quod mihi Dominus Papa crediturus eſt per ſe, vel per literas, ſive per Nuntium ſuum, me ſciente, ad ipſius damnum nulli pandam. Regalia Beati Petri, & ſpecialiter Sardiniam, adjutrix ero ad retinendum & defendendum contra omnem hominem, & reacquirendum alia jura Eccleſiae
D Romanae, ubicumque fuerint, quum a Domino Papa, vel ejus certo Nuntio fuero requiſita. Inſuper praedictum Judicatum Turritanum, & alia, quae ad me pertinere noſcuntur, nemini ſupponam, neque aliquo modo diminuam ſine mandato & licentia ſummi Pontificis. Legatum Apoſtolicae Sedis honeſte recipiam, & in eundo & redeundo honorifice tractabo & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo.

Actum in Palatio Regni Turritani de Ardera, coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Giſarclienſi & Empurienſi Epiſcopis, Donno Lamberto Abbate de Faleſia . . . . Abbate de Saccaria, Fratre Orlando Monacho de Saccaria . . . . Priore Giſarclienſi, Magiſtro Benencaſa Canonico Sancti Michaëlis Lucani, & Benedicto Clerico de Alatro, & multis Militibus Piſanis & aliis.

Ego Gregorius ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, de mandato dicti Domini Legati hoc Inſtrumentum ſcripſi & complevi, meoque ſigno ſignavi, & in publicam formam redegi.

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius hoc Inſtrumentum, ſicut inveni in publico Inſtrumento exemplari ſuo, nihil addens, vel minuens, vel mutans, de verbo ad verbum, auctoritate Apoſtolicae Sedis in publicam formam ſcripſi, & ſignum feci:



De Judicatu Gallurae & Turritano, & juramento Hubaldi Judicis Gallurae, Anno 1236.

E IN *nomine Domini, Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Sexto, Indictione X. tempore Domini Gregorii IX. Papae Anno Decimo, Tertiâ die exeunte Menſis Martii, in praeſentia Dominorum Giſarclienſis & Empurienſis Epiſcoporum, mei Gregorii, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarii, & ſubſcriptorum teſtium* Dominus Hubaldus Judex Gallurenſis & Turritanus *recognovit, & fuit confeſſus publice & non coactus, ſe habere, tenere & poſſidere ab Eccleſia Romana Judicatum Turritanum, quem*

habet

habet pro Domina Adelaſia uxore ſua, *& alia, quae ad ipſam hereditario jure pertinent tam in Sardinia quàm in Corſica, Piſis, Maſſa, & ubicumque ſunt.* Pro quibus omnibus Eccleſiae Romanae juramentum fidelitatis praeſtitit *Magiſtro Alexandro Capellano & Legato Apoſtolicae Sedis, nomine ipſius Romanae Eccleſiae ſacramentum recipienti: cujus tenor talis eſt:*

Ego Hubaldus Judex Gallurenſis & Turritanus ab hac hora in antea fidelis ero & obediens Beato Petro, ſanctaeque Romanae Eccleſiae, & Domino meo Papae Gregorio, ejuſque Succeſſoribus canonice intrantibus. Non ero in facto nec dicto neque in conſilio, ut ipſe vel Legatus ſive Nuntius ejus, vitam perdant aut membrum, aut capiantur malâ captione. Conſilium, quod mihi Dominus Papa crediturus eſt per ſe vel per literas ſive per Nuntium ſuum, me ſciente ad ipſius damnum nulli pandam. Regalia Beati Petri, &

A ſpecialiter Sardiniam, adjutor ero ad retinendum & defendendum contra omnem hominem, & reacquirendum alia jura Eccleſiae Romanae, ubicumque fuerint, quum a Domino Papa, vel ejus certo Nuntio fuero requiſitus. Inſuper praedictum Judicatum Turritanum, & alia quae ad ſupradictam Dominam Adelaſiam uxo-
B rem meam pertinent, nemini ſupponam, neque aliquo modo diminuam, ſine mandato & licentia ſummi Pontificis. Legatum Apoſtolicae Sedis honeſte recipiam, & in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo.

Actum in Palatio Regni Turritani de Ardera, coram ſubſcriptis teſtibus,
C *videlicet Giſarclienſi & Empurienſi Epiſcopis, Domno Lamberto Abbate &c.* (uti ſupra.)

Ego Gregorius ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae &c.

Judex & Judiciſſa Gallurenſis & Turritana jurarunt ſtare mandatis Domini Papae, Anno 1236.

IN nomine Domini. Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Sexto, Indictione X. tempore Domini Gregorii IX. Papae Anno X. Tertiâ die exeunte Menſis Martii. In praeſentiâ Dominorum Giſarclienſis & Empurienſis Epiſcoporum, mei Gregorii, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarii, & ſubſcriptorum teſtium, Dominus Hubaldus Judex Gallurenſis & Turritanus, & Domina Adelaſia ejus uxor, Judiciſſa Turritana & Gallurenſis, *tactis ſacroſanctis Euangeliis juraverunt ſine fraude, dolo, ac malo ingenio, ſtare, parere, & in omnibus obedire generaliter, praeciſe, & ſine conditione aliqua praeceptis Domini Pa-*
D *pae, quae & quot Dominus Papa per ſe vel per Nuntios ſive per Literas ſuas, vel Magiſter Alexander, Domini Papae Capellanus, Apoſtolicae Sedis Legatus, ipſis pro Domino Papa & Eccleſia Romana per ſe vel per Nuntios, ſive per literas ſuas fecerit. Et ea in omnibus & per omnia obſervare & facere obſervari promiſerunt.*

E *Actum in Palatio Regni Turritani, coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Giſarclienſi & Empurienſi &c.* (uti ſupra.)

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, de mandato &c.

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.

Reſponſio Judicis Gallurenſis & Turritani ſuper juramento praeſtito per eum, de ſtando mandatis Domini Papae, Anno 1236.

IN *nomine Domini, Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Sexto, Indictione X. tempore Domini Gregorii IX. Anno Decimo, III. die exeunte Menſis Martii. In praeſentia mei Gregorii, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarii, & ſubſcriptorum teſtium,* Dominus Hubaldus Judex Gallurenſis & Turritanus, *eâ die, quando juravit ſtare mandatis Domini Papae & Eccleſiae Romanae, & quando fuit confeſſus ſe habere, tenere, & poſſidere Judicatum Turritanum ab Eccleſia Romana, interrogatus a Magiſtro Alexandro Capellano & Legato Apoſtolicae Sedis, tam ab ipſo juramentum fidelitatis recipiente, ut deberet jurare ſimili modo de Judicatu Gallurenſi, ſicut de Judicato Turritano juravit, dictus Judex reſpondit, quod non audebat nec poterat facere, quia de* A *ipſo Judicatu fecerat juramentum fidelitatis Piſanis, quum erat Piſis. Et ipſe cum pluribus Piſanis rogabat dictum Legatum, ut iſtud ſibi non injungeret; quia ſi faceret, penitus dejerabat. Unde rogabat Legatum & dicebat, quod ſi Dominus Papa vel Legatus ipſum a dicto juramento abſolverent, faceret libentiſſime de dicto Judi-* B *catu Gallurenſi mandata Domini Papae & dicti Legati. Alioquin dicebat, mandata Domini Papae & praenominati Legati ae dicto Judicatu facere ſe non poſſe.*

Actum in Palatio Regni Turritani de Ardera, coram ſubſcriptis &c. (uti ſupra.)

Ego Gregorius, ſacroſanctae Eccleſiae C *Scriniarius &c.*

Et ego Nicolaus Ferentinus, Sanctae Romanae &c.

Nuntius Domini Papae excommunicavit publice, ne quis Notarius faceret Inſtrumentum ſine mandato ipſius de verbis habitis inter ipſum & Judicem & Judiciſſam Turritanos & Gallurenſes, Anno 1237.

IN *nomine Domini, Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini Gregorii Papae IX. Anno Undecimo, tertia die exeunte Menſe Martii. In praeſentia Dominorum Giſarclienſis & Empurienſis Epiſcoporum, mei Gregorii ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarii, & ſubſcriptorum teſtium, Magiſter Alexander Capellanus Domini Papae, Apoſtolicae Sedis Legatus, eo die & horâ, quo vel qua* Dominus Hubaldus Judex Gallurenſis & D Turritanus, & Domina Adelaſia Regina Gallurenſis & Turritana *juraverunt ſtare mandato & mandatis Domini Papae & Eccleſiae Romanae, & ejuſdem Magiſtri Alexandri Apoſtolicae Sedis Legati, & praeſtiterunt juramentum fidelitatis Domino Papae & Eccleſiae Romanae, excommunicavit publice, ne quis Notarius vel Judex de* E *omnibus verbis ſive tractatibus, quae habebat, ſive habiturus erat cum eodem Domino Hubaldo Judice Turritano & Gallurenſi, & Domina Adelaſia uxore*

ſua, faceret Chartam aliquam, ſive publicum Inſtrumentum, abſque ejus mandato & licentia ſpeciali.

*Actum in Palatio Arderae coram * ſubſcripſis teſtibus videlicet Domno....... Abbate de Falaſia, Domno........... Abbate de Saccaria............ Priore* A *de Giſarclo, Fratre Orlando Monacho de Saccaria, Benedicto, & Magiſtro Benencaſa, Clericis Domini Legati ſupradicti.*

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.

Et ego Nicolaus Ferentinus &c.

Conceſſio facta per Legatum nomine Romanae Eccleſiae Dominae Adelaſiae uxori Domini Hubaldi de Terra Judicatus Turritani, Anno 1237.

IN *nomine Domini, Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini Gregorii IX. Papae, Anno XI. octavo die exeunte Menſe Aprili. Pateat omnibus manifeſte, quod in praeſentia mei Gregorii, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarii, & ſubſcriptorum teſtium, Magiſter Alexander Capellanus & Legatus Apoſtolicae Sedis, conceſſit & dedit* Dominae Adelaſiae uxori Domini Hubaldi Judicis Gallurenſis, *filiiſque ejus legitimis, pro ipſa Eccleſia, Terram Judicatus Turritani, & omnia alia, quae ſibi hereditario jure pertinent tam in Sardinia, quàm in Corſica, Piſis, Maſſa, & aliis locis. Quae omnia recognovit dicta Domina Adelaſia ad Romanam Eccleſiam pertinere. Et de iis omnibus* B *eam inveſtivit. ita tamen quod, ſi abſque filiis legitimis decederet, Terra ipſa & omnia alia bona ipſius libere ad Romanam Eccleſiam, cujus ſunt, revertantur.*

Actum in Palatio Regni Turritani de Ardera, coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Domno Lamberto Abbate de Faleſia, Magiſtro Benencaſa Canonico C *Sancti Michaëlis Lucani, Benedicto Clerico de Alatro, Vito Presbytero, Paulo & Johanne de Ordine Fratrum Minorum, Johanne & Thomaſio de Alatro, Johanne Majore de Camera, & multis aliis.*

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae D *Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.*

De Judicatu Arboreae, qui tenetur ab Eccleſia Romana, Anno 1237.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum cujuſdam publici Inſtrumenti, ſigillo plumbeo pendenti ſignati, hujus tenoris.*

In nomine Domini. Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tertia die exeunte Menſe Aprili, tempore Domini Gregorii IX. Papae Anno XI. Pateat omnibus manifeſte, quod in praeſentia mei Gregorii ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarii, & ſubſcriptorum teſtium, Dominus Petrus Judex Arbo- E reae *publice, ſponte, & non coactus,* recognoſcens Eccleſiam Romanam eſſe matrem & Dominam ſuam, conſeſſus eſt, ſe habere, tenere & poſſidere Regnum ſive Judicatum Arboreae ab Eccleſia Romana, & pro Eccleſia Romana. *Pro quo Eccleſiae Romanae,*

manae, & Domino Gregorio IX. Papae, *ejuſque Succeſſoribus canonice intrantibus*, *juramentum fidelitatis praeſtitit*, *praedictum juramentum Magiſtro Alexandro Capellano & Legato Sedis Apoſtolicae pro Romana Eccleſia & Domino Papa recipiente: cujus forma talis eſt*.

A Ego Judex Petrus Arboreae ab hac hora in antea fidelis ero & obe-
B diens beato Petro, ſanctaeque Romanae Eccleſiae, & Domino meo Papae Gregorio, ejuſque Succeſſoribus, canonice intrantibus. Non ero in facto, nec in dicto neque in conſilio, ut ipſe, vel Legatus, ſive Nuntius vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione.
C Conſilium, quod mihi Dominus Papa crediturus eſt per ſe, vel per literas, ſive per Nuntium ſuum, me ſciente, ad ipſius damnum nulli pandam. Regalia beati Petri, & ſpecialiter Sardiniam, adjutor ero ad retinendum & defendendum contra omnem hominem, & reacquirendum alia jura Eccleſiae Romanae, ubicum-
D que fuerint, quum a Domino Papa vel ejus Nuntio, ſive per literas ipſius fuero requiſitus: & ea poſtquam reacquiſita fuerint, defendendum & retinendum. Et praedictum Judicatum Arboreae nemini ſupponam, neque aliquo modo diminuam ſine licentia & mandato ſummi Pontificis. Legatum Apoſtolice Sedis honeſte re-
E cipiam, & eum in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Et alia, quae continentur in forma fidelitatis, promitto me firmiter obſervare.

Actum apud Bonarcantum in Atrio Beatae Mariae de Bonarcanto coram ſubſcriptis teſtibus, *videlicet* Domino Leonardo Archiepiſcopo Calaritano, Domino Trogodorio Archiepiſcopo Arboreenſi, Domino Conſtantino Epiſcopo Terralbenſi, Domino Petro Epiſcopo Sanctae Juſtae, Domino Johanne Epiſcopo Uſellenſi, Domino Sergio Epiſcopo Suellenſi, Domino Johanne Epiſcopo Giſarclienſi, Domino Oberto Epiſcopo Plavacenſi, Domino Lamberto Abbate de Faleſia, *Domino Nicolao Priore de Bonarcanto*, *Benedicto Clerico de Alatro*, *Onfredone familiare Domini Raynerii Cardinalis*, *Johanne & Thomaſio de Alatro*, *Conio de Verulis*, *praeſentibus Clericis*, *Nobilibus*, *& multis aliis in plena Curia*.

Ego Gregorius, *ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius*, *iis omnibus interfui*, *& de mandato Magiſtri Alexandri Capellani*, *& Legati Apoſtolicae Sedis ſcripſi & complevi*, *meoque ſigno ſignavi*, *& in publicam formam redegi*.

Ad cujus rei perpetuam firmitatem, ego Petrus, Dei & Romanae Eccleſiae gratià Judex Arboreae, praeſens Inſtrumentum feci mei Sigilli munimine roborari.

Et ego Nicolaus Ferentinus, *ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius*, *ſicut inveni in praedicto publico & authentico Inſtrumento*, *pendenti plumbeo ſigillo ſignato auctoritate Sedis Apoſtolicae*, *hoc praeſens exemplum de verbo ad verbum ſcripſi*, *& ſignum feci*.

De Cenſu pro Judicatu Arboreae; & eſt mille centum Biſantiorum, Anno 1237.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum cujuſdam &c.* uti ſupra.

In nomine Domini. Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione. XI. tempore Domini Gregorii IX. Papae, Anno XI. tertia die exeunte Menſis Aprilis. Pateat omnibus manifeſte, quod Dominus Petrus Judex Arboreae *ſponte & bona voluntate recognovit dominium & proprietatem Judicatus Arboreae ad Romanam Eccleſiam pertinere, a qua & pro qua publice confeſſus eſt, ſe habere, tenere, & poſſidere. Cujus inveſtitionem idem Judex Arboreae recepit per manus Magiſtri Alexandri, Apoſtolicae Sedis Legati, cum quodam Vexillo, in quo erant duae Claves cum una Cruce. Propter quod promiſit ſingulis annis nomine Cenſus ſolvere & dare Mille & centum Biſantios Eccleſiae Romanae, vel ei certo Nuntio. Ad cujus ſolutionem ſe, ſuoſque legitimos filios obligavit. Praeterea ſtatuit & firmiter ordinavit, ut ſi abſque legitimis filiis moreretur, tota Terra Judicatus Arboreae ad Romanam Eccleſiam, cujus eſt,* A *libere revertatur. Et ſimiliter ſi filii ejus ſine filiis decederent, dicta Arborea ad Sedem Apoſtolicam devolvatur.*

Actum in Eccleſia Beatae Mariae de Bonarcanto coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Domino Leonardo Calaritano Archiepiſcopo, Domino Trogodorio Archiepiſcopo Arboreenſi, Domino Conſtantino Epiſcopo Terralbenſi, B Domino Johanne Epiſcopo Uſellenſi, Domino Sergio Epiſcopo Suellenſi, Domino Johanne Epiſcopo Giſarclienſi, Trogodorio Epiſcopo Caſtrenſi, Conſtantio Epiſcopo Othanenſi, Oberto Epiſcopo Plavacenſi, *Nicolao Priore de Bonarcanto, Lamberto Abbate de Faleſia, Benedicto Clerico de Alatro, Odredone familiare* C *Domini Raynerii Cardinalis.*

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.

Ad cujus rei firmitatem perpetuam, ego Petrus Dei & ſanctae Romanae Eccleſiae gratiâ Judex Arboreae &c. *ut ſupra.*

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae &c.

Judex Arboreae cum uxore ſua, & tota Terra Judicatus, recipiuntur ſub protectione Romanae Eccleſiae, cui ſubſunt, Anno 1237.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum &c.*

Magiſter Alexander, Domini Papae Capellanus Apoſtolicae Sedis Legatus, Nobili & illuſtri viro Domino Petro Judici Arboreae *ſalutem in Domino. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios ex aſſuetae pietatis officio* D *propenſius diligere conſuevit, & eis tamquam pia mater ſuam gratiam & favorem benivolum impartiri. Nos igitur attendentes, quod tu publice confiteris & recognoſcis, Romanam Eccleſiam eſſe matrem & Dominam tuam, & totam Terram Judicatus Arboreae ad ipſam ſpecialiter pertinere, te ac Uxo-*

rem

rem tuam cum tota Terra Judicatus Arboreae ſub protectione ac defenſione Sedis Apoſtolicae ſuſcipimus auctoritate, qua fungitur, & tibi & filiis tuis legitimis Terram praedictam Judicatus Arboreae concedimus, & praeſenti paginâ confirmamus. Ad indicium hujus conceſſionis & confirmationis perceptae, Mille & centum Biſantios nomine Cenſus annuatim Eccleſiae Romanae perſolves, & filii tui ſimiliter, ſi contigerit te habere. Ad cujus cenſus ſolutionem te, tuoſque legitimos filios heredes perpetuò obligaſti; ita videlicet, quod ſi abſque filiis legitimis deceſſeris, praedicta Terra Judicatus Arboreae ad Sedem Apoſtolicam revertatur, cujus eſt. Et quod non liceat tibi nec filiis tuis praedictam Terram Arboreae diminuere, vel alicui ſupponere, ſine mandato & licentia Sedis Apoſtolicae ſpeciali. Salvo quod poſſis Eccleſiis, & aliis piis Locis, tuiſque proximis conſanguineis, de bonis Judicatus Arboreae conferre, honore Regni, ac Judicatu Arboreae integro permanentibus, & dominio & proprietate omni tempore Romanae Eccleſiae reſervatis.

Actum in Camera Beatae Mariae de Bonarcanto ſub Anno Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. A *tempore Domini Gregorii IX. Papae Anno XI. prima die intrante Menſe Maii, in praeſentia* Domini Leonardi Calaritani Archiepiſcopi, Domini Trogodorii Archiepiſcopi Arboreenſis, Domini Conſtantini Epiſcopi Terralbenſis, Petri Epiſcopi Sanctae Juſtae, Johannis Epiſcopi Uſellenſis, Sergii Epiſcopi Suellenſis, Domini B Johannis Epiſcopi Giſarclienſis, Trogodorii Epiſcopi Caſtrenſis, Conſtantii Epiſcopi Othanenſis, Oberti Epiſcopi Plavacenſis, *Nicolai Prioris de Bonarcanto, Lamberti Abbatis de Faleſia, Magiſtri Benencaſae Canonici Sancti Michaëlis Lucenſis, Benedicti Clerici de Alatro.*

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae C *Eccleſiae Scriniarius, iis &c.*

Et quum ego Judex Petrus, Dei & ſanctae Romanae Eccleſiae gratiâ Judex Arboreae per manus dicti Magiſtri Alexandri Capellani, & Legati Sedis Apoſtolicae dictam Terram Arboreae ab Eccleſia Romana receperim, ne dubitari poſſit in poſterum, praeſens Inſtrumentum feci mei D Sigilli munimine roborari.

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.

Adelaſia Regina Turritana & Gallurenſis, & Judex vir ejus conceſſerunt Domino Papae Caſtrum Montis Acuti, Anno 1237.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum cujuſdam publici Inſtrumenti hujus tenoris.

In nomine Domini. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini Gregorii IX. Papae, Anno XI. Quartadecima die Menſis Aprilis. Pateat omnibus manifeſte, quod Domina Adelaſia Regina Turritana & Galluren- E ſis. & Dominus Hubaldus vir ejus, Gallurenſis Judex & Turritanus, *ſponte & bona voluntate, nulla coactione interveniente, dederunt, tradiderunt & conceſſerunt Eccleſiae Romanae, & Domino Gregorio ſummo Pontifici, ejuſque Succeſſoribus canonice intrantibus, pro ipſa Eccleſia Romana, Caſtrum quod dicitur Monte Acutum, liberaliter, pure, & ſine aliqua conditione, habendum,*

dum,

dum, tenendum & cuſtodiendum pro ipſa Eccleſia Romana, & faciendum omnia quaecumque ſumus Pontifex pro ipſa Eccleſia Romana de ipſo Caſtro facere voluerit, Magiſtro Alexandro Capellano & Legato Apoſtolicae Sedis pro ipſa & nomine ipſius Eccleſiae Romanae praedictum Caſtrum recipiente.

Actum in Palatio Regni Turritani de Ardera coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Epiſcopo Empurienſi .... Abbate de Saccaria, Lamberto Abbate de Faleſia, Vito, Presbytero Paulo, & Johanne Fratribus de Ordine Minorum, Magiſtro Benencaſa Canonico Sancti Michaëlis Lucani, Benedicto Clerico Sancti Stephani de Alatro, Johanne & Thomaſio Civibus Alatrinis, & Conio de Verulo, & multis aliis.

Ego Gregorius, Sacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, de mandato dicti Domini Legati hoc Inſtrumentum ſcripſi & complevi, meoque ſigno ſignavi, & in publicam formam redegi.

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, hoc Inſtrumentum, ſicut inveni in praedicto publico & authentico Inſtrumento, nil addens vel minuens vel mutans, de verbo ab verbum, auctoritate Apoſtolicae Sedis exemplavi, & in publicam formam ſcripſi, & ſignum feci.

De Caſtro Montis Acuti, Anno 1237.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum &c.

In nomine Domini. Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini Gregorii IX. Papae Anno XI. ſextodecimo die Menſis Aprilis. Pateat omnibus manifeſte, quod Magiſter Alexander Capellanus & Legatus Apoſtolicae Sedis, aſſignavit & dedit Caſtrum, quod dicitur Monteacutum, ad tenendum, ſervandum & cuſtodiendum pro Eccleſia Romana, & Domino Papa Gregorio, ejuſque Succeſſoribus canonice intrantibus, Epiſcopo Empurienſi, & ad reſignandum tantùm ei, & nulli alii, cui ſummus Pontifex mandaverit reſignari. Et ipſum Epiſcopum poſuit in corporalem poſſeſſionem dicti Caſtri & Caſſari, claves ejus eidem Epiſcopo concedendo.

Actum in dicto Caſtro, coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Domino Trogodorio Epiſcopo Caſtrenſi............ Abbate de Saccaria &c.

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.

De Caſtro Montis Acuti, Anno 1237.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum cujuſdam &c.

In nomine Domini. Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini Gregorii IX. Papae, Anno XI. quartodecimo die Menſis Aprilis. Pateat omnibus manifeſte, quod Domina Adelaſia Regina Turritana & Gallurenſis de conſenſu & voluntate viri ſui Domini Hubaldi Judicis Gallurenſis & Turritani promiſit & obligavit ſe & ſuos heredes ſub poena omnium bonorum ſuorum, Magiſtro Alexandro Capella-

pella-

pellano & Legato Apoſtolicae Sedis, recipienti pro Domino Papa, & Eccleſia Romana, quod ſi Dominus Papa vellet habere Caſtrum Montiſcutianum, quod petebat ab ea dictus Legatus, & reſtituere dictae Dominae Adelaſiae Caſtrum Montis Acuti, quod ipſa Domina Adelaſia & vir ejus concedent & tradent ſine mora dictum Caſtrum Montiſcutianum Domino Papae pro Eccleſia Romana, & aſſignabunt illud, cui Dominus Papa mandaverit aſſignari.

Actum in Palatio Regni Turritani de Ardera, coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Domino Epiſcopo Empurienſi .... Abbate de Saccaria &c.

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae &c.

Et ego Nicolaus Ferentinus &c.

Cenſus quatuor Librarum boni argenti debiti pro Judicatu Turritano, Anno 1237.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum &c.*

In nomine Domini, Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini Gregorii IX. Papae Anno XI. tertiâ die exeunte Menſe Maji. Pateat omnibus manifeſte, quod Domina Adelaſia Regina Turritana & Gallurenſis, *ſponte & bonâ voluntate recognoſcens* dominium & proprietatem Judicatus Turritani ad Romanam Eccleſiam pertinere, *a qua & pro qua publice eſt confeſſa ſe habere, tenere, & poſſidere: cujus inveſtitionem eadem Domina Turritana recepit per manus Magiſtri Alexandri Capellani & Legati Apoſtolicae Sedis; propter quod promiſit ſingulis annis* nomine Cenſus *ſolvere & dare quatuor Libras boni argenti Eccleſiae Romanae, vel ejus certo Nuntio. Ad cujus ſolutionem ſe ſuoſque heredes legitimos & ſucceſſores perpetuo obligavit. Praeterea ſtatuit & firmiter ordinavit, ut ſi abſque legitimis filiis moreretur, tota Terra Judicatus Turritani ad Romanam Eccleſiam, cujus eſt, libere revertatur. Et ſimiliter ſi filii ejus ſine filiis decederent, dicta Terra Judicatus Turritani ad Sedem Apoſtolicam devolvatur.*

Actum in Palatio Regni Turritani de Ardera, coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Domino Johanne Epiſcopo Giſarclienſi .... Abbate de Saccaria, Domno Lamberto Abbate de Faleſia, Johanne Majore de Camera, Benedicto Clerico de Alatro, Magiſtro Benencaſa Canonico Sancti Michaëlis Lucani, & aliis multis.

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, hoc Inſtrumentum de mandato &c.

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae &c.

Inſtrumentum Juramenti praeſtiti a Petro Judice Arboreae, & ab aliis Nobilibus, Anno 1237.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum cujuſdam publici Inſtrumenti pendenti Sigillo plumbeo ſignati, hujus tenoris.*

In nomine Domini, Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini

ni Gregorii IX. Papae, Anno XI. Nono die exeunte Menſis Aprilis. Dominus Petrus Judex Arboreae, *tactis ſacroſanctis Euangeliis, publice juravit, ſine fraude, dolo, ac malo ingenio ſtare, parere, & in omnibus obedire generaliter & praeciſe, & ſine conditione aliqua mandatis Domini Papae, quae & quot Dominus Papa per ſe vel per Nuntios ſive per literas ſuas, vel quae Magiſter Alexander Capellanus & Legatus Apoſtolicae Sedis per ſe vel per Nuntios ſive per literas ſuas ei fecerit pro Domino Papa, & Eccleſia Romana, & ea in omnibus & per omnia idem Judex promiſit obſervare & facere a ſuis ſubditis obſervari.*

Eodem die, & eodem loco Dominus Laurentius de Zurri, Dominus Guantinus, Dominus Petrus de Murtino, Dominus Arzoccus de Martis, Nobiles juraverunt & promiſerunt, quod dabunt Judici Petro conſilium, auxilium & favorem ad facienda, & ſervanda omnia mandata & praecepta Domini Papae, & ipſius Legati, quae ei fecerint per ſe vel per Nuntios ſive per literas ſuas. Et ſi dictus Judex ea non fecerit, ipſi omnia facere promiſerunt quaecumque eis Dominus Papa injunxerit facienda.

Actum in Camera domus Eccleſiae Sanctae Mariae de Bonarcanto, coram Dominis Trogodorio Archiepiſcopo Arboreenſi, Petro Epiſcopo Sanctae Juſtae, Nicolao Priore Sanctae Mariae de Bonarcanto, Lamberto Abbate de Faleſia, Gunnario Archipresbytero Ariſtani, Magiſtro Benencaſa Canonico Sancti Michaëlis Lucenſis, Benedicto Clerico Alatrino, Johanne Lombardo, praeſentibus Clericis, Nobilibus & multis aliis.

A

Sequenti verò die ſimili modo juraverunt Nobiles, videlicet Petrus de Ficu Armentarius, Comita de Zurri, Paraſone Pinna, Guantinus de Martis, Comicaſpanu, Furatus Zurrumpa, Baraſone Piſtoris: quod dabunt eidem Judici Petro Arboreenſi conſilium, auxilium & favorem ad facienda & ſervanda omnia mandata Domini Papae, & ſupradicti Legati, quae ei fecerint per ſe vel per Nuntios ſive per literas ſuas.

B

Actum in eodem loco, coram ſupraſcriptis teſtibus & multis aliis Clericis & Laicis.

C

Ego Gregorius ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, iis omnibus interfui, & de mandato dicti Magiſtri Alexandri Capellani & Legati Apoſtolicae Sedis, ſcripſi & complevi, meoque ſigno ſignavi, & in publicam formam redegi.

Et ego Petrus Judex Arboreae ad perpetuam memoriam praeſens Inſtrumentum mei feci Sigilli munimine roborari.

D

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, ſicut inveni in publico & authentico Inſtrumento, pendenti plumbeo Sigillo ſignato, auctoritate Sedis Apoſtolicae ita de verbo ad verbum exemplavi, nihil immutando, & ſignum feci.

E

De Caſtro Girapala, tradito cuſtodiae Archiepiſcopi Arboreenſis pro Eccleſia Romana, Anno 1237.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum cujuſdam publici Inſtrumenti, hujus tenoris.*

In nomine Domini, Amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore

Domini

Domini Gregorii IX. Papae Anno Undecimo, VII. die exeunte Menſe Aprili. Pateat omnibus manifeſte, quod in praeſentia mei Gregorii ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarii, Magiſter Alexander Capellanus & Legatus Apoſtolicae Sedis, aſſignavit & dedit per Domnum Benedictum Clericum Sancti Stephani de Alatro, Procuratorem ſuum ad hoc conſtitutum, ſicut continetur in publico Inſtrumento a me ipſo confecto, Caſtrum, quod dicitur Girapala Domino Trogodorio Archiepiſcopo Arborenſi, ad tenendum & cuſtodiendum pro ipſa Eccleſia Romana, & Domino Gregorio Papa, ejuſque Succeſſoribus canonice intrantibus, & nulli alii reſignandum, niſi cui Summus Pontifex mandaverit reſignari. Et ipſum fecit mitti in corporalem poſſeſſionem dicti Caſtri per ſupradictum Dominum Benedictum, claves ipſius Caſtri eidem Archiepiſcopo concedendo.

Actum in Caſtro Girapalae, coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Lamberto Abbate de Faleſia, Magiſtro Benencaſa, Offredone familiare Domini Raynerii Cardinalis, Thomaſio familiare Domini Stephani Cardinalis, Negotiante & Petruccio Curſoribus Domini Papae, Conio de Verulis......... Archipresbytero, & Magiſtro Roberto Canonico Arboreenſi, & multis aliis Clericis & Laicis.

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, de mandato Trogodorii Archiepiſcopi Arboreenſis, hoc Inſtrumentum ſcripſi, & complevi, meoque ſigno ſignavi, & in publicam formam redegi.

Et ego Nicolaus Ferentinus &c.

Quod Judex Arboreae, non contrahat parentelam cum aliqua ſine mandato Sedis Apoſtolicae, & quod ſolvat Cenſum Mille Centum Biſantiorum, Anno 1237.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum &c.

In nomine Domini: amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini Gregorii IX. Papae Anno XI. duodecima die intrante Menſis Maji. Pateat omnibus manifeſte, quod Magiſter Alexander Capellanus & Legatus Apoſtolicae Sedis praecepit Domino Petro Judici Arboreae, ſub debito illius juramenti, quo tenetur de parendo omnibus mandatis Domini Papae, & Eccleſiae Romanae, & ipſius Legati, & ſub debito juramenti praeſtiti fidelitatis Eccleſiae Romanae, quod de cetero non contrahat aliquam conſanguineitatem vel affinitatem cum aliquo vel aliqua abſque mandato & licentia Sedis Apoſtolicae ſpeciali. Quibus ipſe ſponte conſenſit, & obligavit & promiſit ſe facturum. Praeterea praecepit idem Legatus praedicto Petro Judici, ut quolibet Anno, in feſto beati Petri, Cenſum Eccleſiae Romanae debitum, videlicet Mille & Centum Biſantios aureos ſolvat Archiepiſcopo Arboreenſi nomine Romanae Eccleſiae, ſi Nuntius Eccleſiae Romanae praeſens non eſſet.

Actum apud Bonarcantum, coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Trogodorio Archiepiſcopo Arboreenſi, Petro Epiſcopo Sanctae Juſtae, Guantino Epiſcopo Terralbenſi, Johanne Epiſcopo Uſellenſi, Nicolao Priore de Bonarcanto, Magiſtro Benencaſa Canonico Sancti Michaëlis Lucenſis, & Domino Guantino.

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, iis omnibus interfui, & de mandato Magiſtri Ale- A *xandri Capellani & Legati Apoſtolicae Sedis, ſcripſi &c.*

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.

Compromiſſum factum inter Judicem Gallurenſem & Turritanum, & Judicem Arboreae de omnibus litibus in Legatum Domini Papae, Anno 1237.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hoc eſt exemplum &c.

In nomine Domini: amen. Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini Gregorii IX. Papae Anno XI. ſecundâ die exeunte Menſis Aprilis. Pateat omnibus manifeſte, quod Dominus Hubaldus Judex Gallurenſis & Turritanus, & Dominus Petrus Judex Arboreae, *de omnibus litibus & controverſiis, quae vertebantur inter eos praeſtito juramento hinc inde, & poenâ duodecim millium Marcarum appoſitâ,* compromiſerunt in Magiſtrum Alexandrum Capellanum & Legatum Apoſtolicae Sedis, *& promiſerunt obſervare quicquid praedictus Magiſter Alexander inter eos duceret arbitrandum vel ſtatuendum.*

B *Actum in confinio Judicatus Turritani, & Arboreae, in loco, qui dicitur Lucentinus, coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet. .... Epiſcopo Empurienſi, Petro Epiſcopo Sanctae Juſtae .... Epiſcopo Roſanenſi......... Abbate de Saccaria, Lamberto Abbate de Faleſia, Nicolao Priore de Bonarcanto........ Priore Giſarclienſi, Magiſtro* C *Benencaſa, Benedicto Clerico de Alatro, Truſſa, Ildece, Bartholomeo, & Guantino, & aliis multis Clericis & Laicis.*

Ego Gregorius, ſacroſanctae Romanae Eccleſiae Scriniarius, de mandato dicti Legati & voluntate partium, hoc Inſtrumentum ſcripſi &c.

Et ego Nicolaus Ferentinus, ſanctae D *Romanae Eccleſiae Scriniarius &c.*

Legatus Domini Papae, tam ex officio Legationis, quàm & compromiſſo facto in eum, per praeceptum factum partibus, de ſervando ordinationem ſuam declarat, Anno 1237.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Hoc eſt exemplum &c.

In nomine Domini. Amen. An. Dom. Milleſimo Ducenteſimo Trigeſimo Septimo, Indictione XI. tempore Domini Gregorii IX. Papae Anno XI. ſecundâ die exeunte Menſis Aprilis. Pateat omnibus manifeſte, quod Magiſter Alexander Capellanus Domini Papae, Apoſtolicae Sedis Legatus, tam ex officio Le- E *gationis ſibi commiſſae, quàm ex compromiſſione in eum facta, praecepit* Domino Hubaldo Judici Gallurenſi & Turritano, & Domino Petro Judici Arboreae, *ſub debito praeſtiti juramenti. Primò videlicet illius, quod praeſtiterunt ei de parendo omnibus mandatis Domini Papae & dicti Legati generaliter, pure, & ſine conditione aliqua, & alterius juramenti, ſcilicet quod*

prae-

praeſtiterunt ei, in quo promiſerunt obſervare, & a ſuis ſubditis facere obſervari quicquid de controverſiis ſive litibus, quae inter eos vertebantur, duceret ipſe arbitrandum vel ſtatuendum: quod iidem Judices ulterius firmam & perpetuam pacem inter ſe habebunt, & firmiter eam obſervabunt, & facient a ſuis ſubditis inviolabiliter obſervari. Et praecepit Judici Hubaldo, ut juvet Judicem Petrum contra omnem hominem, excepto Romano Pontifice, & defendat eum, & Terram Judicatus Arboreae cum perſona ſua & rebus & tota fortia ſua, & toto poſſe ſuo. Et ſimili modo praecepit Judici Petro, ut juvet Judicem Hubaldum contra omnem hominem, excepto Romano Pontifice: & defendat eum, & Terram ipſius, videlicet Judicatum Gallurenſem & Turritanum, in perſona & rebus ſuis, & cum tota fortia ſua, & toto poſſe ſuo. Inſuper praecepit idem Legatus, ut ſi quae furtiva vel ablata de bonis Judicatus Arboreae in Judicatu Turritano inventa fuerint, poſtquam fuerit cognitum vel probatum, ipſe Judex Turritanus reddere, vel facere reddi teneatur. Et hoc idem praecepit Judici Petro Arboreae, ſcilicet ut quaecumque furtiva vel ablata de bonis Judicatus Turritani vel Gallurenſis in Judicatu Arboreenſi inventa fuerint, poſtquam fuerit cognitum vel probatum, ipſe Judex Arboreenſis reddere vel facere reddi teneatur. Quae omnia ambo acceptaverunt, & rata habuerunt, & per omnia adimplere promiſerunt, ſub poena ſuperius appoſita, videlicet duodecim millium Marcarum argenti. Cujus poenae medietas parti promiſſa ſervanti, reliqua verò ad Romanam Eccleſiam devolvatur.

Actum in confinio Judicatus Turritani & Arboreae coram ſubſcriptis teſtibus, videlicet Epiſcopo Empurienſi &c. A *ut ſupra: & aliis multis Clericis & Laicis; in loco, qui dicitur Lucentina.*

Ego Gregorius, ſacroſanctae &c.

Et ego Nicolaus Ferentinus &c.

Atque haec pauca de multis, quae praetereo, ſpectantia ad Eccleſiam Romanam omnium matrem, cujus dignitati eminentiſſimae congrua e- B tiam fuit opum copia, ſuſtinendo ſuo decori non impar, ſatis ſint a me dicta. Illud nunc addo, non aliter a ceteris Eccleſiis factum fuiſſe. Quilibet enim Epiſcoporum Eccleſiae ſuae patrimonia ac potentiam augenda curabat, ut Cleri, Pauperumque neceſſitatibus, Templorumque ornatui, facilius ac affluentius in dies C conſuli ſatis poſſet, ſibique major quies pararetur in poſterum. Eoque in ſtudio Monachi etiam & Abbates fere omnes non ſegnes ſe praeſtabant, Monaſteriis ſuis aeque proſpicientes. Inobedientes interdum ſibi colonos ſuos experiebantur Eccleſiaſtici viri; interdum etiam hominibus iiſdem multae creabantur moleſtiae a Comi- D tibus, aliiſque Reipublicae Miniſtris. Quibus ut obviam irent ſacri Antiſtites atque Abbates, nihil intentatum relinquebant, quo eoſdem homines, ſuarumque Eccleſiarum bona a Comitum ditione, publiciſque oneribus immunia efficerent. Incertum verò, quo potiſſimum tempore coeperint in uſu eſſe hujuſmodi Immu- E nitates. Earum certa profectò documenta occurrunt ſub Regibus & Auguſtis Carolinis. Apud Baluzium Tom. 2. Capitularium pag. 1404 Ludovicus Pius Anno Chriſti DCCCXIV. Eccleſiae Viennenſi Privilegia confirmat, inter cetera haec ſcribens: *Jubemus, ut nullus Judex publicus, neque quoſlibet ex judiciaria poteſtate, in Eccleſias aut loca vel agros, ſeu reliquas*

poſſeſſiones memoratae Eccleſiae Sancti Mauricii, ad cauſas audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ejuſdem Eccleſiae tam ingenuos quàm & ſervos, qui ſuper terram ipſius reſidere videntur, injuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut injuſtas occaſiones requirendas, ullo umquam tempore ingredi audeat, aut exactare praeſumat. Eâdem formulâ utitur idem Imperator in Diplomate conceſſo Monaſterio Sancti Bavonis Gandenſis, petente Einhardo Abbate, Anno DCCCXIX. uti conſtat ex Codice Donation. Auberti Miraei Cap. 14. Immo antea, nempe ſub ipſis etiam Regibus Merovingicae ſtirpis, ſimiles Immunitates quibuſdam Eccleſiis ac Monaſteriis Galliarum fuiſſe conceſſas, Mabillonius in Diplomatica, atque in Annalibus Benedictinis, Cointius, Sammarthani, aliique prodidere. Quod eſt ad Italiam, vide Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 192. ubi regnantibus Langobardorum Regibus ejuſmodi conſuetudinem obtinuiſſe liquet. Nam Aiſtulfus Rex Anno DCCLIII. ampliſſimo Monaſterio Nonantulano, quod Anſelmus Dux in agro Mutinenſi condiderat, haec inter alia largitur: *Ut nullus Comes, aut Gaſtaldus, vel Reipublicae proximior, in qualibet praedicta invaſionem facere audeat ullo in loco, nec ad cauſas judiciario more audiendas, vel freda exigenda, aut manſiones vel paratas faciendas, vel parafredos aut fidejuſſores tollendos, aut homines tam ingenuos, libertos, quamque ſervos ſuper terram ipſius Eccleſiae manentes, ſive emphyteuticarios, nullo modo diſtringendos, nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones, vel illicitas occaſiones inquirendas, conſurgere audeat, vel exigere praeſumat &c.* In-

A ſigni quoque Monaſterio Brixiano Monialium Sanctae Juliae a Deſiderio Langobardorum Rege ejus conditore, multae angariae, publicaque tributa cóndonata fuiſſe *Anno XIV. Regni per Indictionem XII.* habemus in Bullario Caſinenſi Tom. 2. pag. 18. Verùm in Chronologicas notas error irrepſit; neque enim *Indictio* B *XII.* cum *Anno XIV. Regni* Deſiderii cohaeret. In pervetuſto quidem & unico ejus Diplomatis exemplo, quod ego largientibus Sanctimonialibus Brixiae legi, adnotata eſt *Indictio XI.* Sed ne ſic quidem vitium tollas. Certiſſimum contra eſt, & autographum Diploma Caroli Magni, Regis Francorum & Langobardorum, cum C cereo Sigillo adhuc in membrana perforata infixo, quod in copioſo Canonicorum Mutinenſium Tabulario adſervatur, ubi Geminiano II. Mutinenſium Antiſti ipſius ille Rex in haec verba privilegium elargitur: *Nullus Judex publicus,* (id eſt Regius) *ad cauſas audiendum, vel freda exigendum, ſeu manſiones aut paratas fa-* D *ciendum, nec fidejuſſiones tollendum, neque hominibus ipſius Epiſcopatus diſtringendum, nec ullas redhibitiones publicas requirendum, Judiciaria poteſtas ibidem quoquo tempore ingredere, nec exactare penitus praeſumat &c. Sed ſub emunitatis nomine cum omni freda conceſſa valeant omni tempore Rectores ipſius Epiſcopatus, hominesque eorum* E *quieti vivere & reſidere.* Datum eſt illud Diploma *Anno XIV. & IX. Regni noſtri*, hoc eſt Anno DCCLXXXII. Similia, immo ampliora etiam dona Regienſi Eccleſiae largitus eſt idem Rex, uti ex Ital. Sacr. in Appendic. Tom. V. pag. 1561. conſtat. Quin & aliis, ne dicam ceteris, Epiſcopis ejuſmodi Privilegia iis ipſis temporibus conceſſa fuerint, vix dubitan-

A bitandi locus eſt. Quibuſdam etiam Monachorum Monaſteriis inſignioribus eadem immunitas interdum conceſſa eſt: rarius tamen Sanctimonialium coetibus. Angilberga Imperatrix, Ludovici II. Auguſti conjux, praeclariſſimum Sancti Sixti Aſceterium Placentiae fundavit, Virginibuſque Deo ſacris ornavit: illud nimirum, quod B poſt aliquot Secula Monachis Benedictinis traditum, in eorum adhuc jure perdurat. Campius in Hiſtor. Placentin. Tom. prim. pag. 458. duo Ludovici Privilegia adfert eidem Coenobio conceſſa Anno Chriſti DCCCLII. & DCCCLXV. at ibi nullum memoratae hactenus *Immunitatis* veſtigium. Et quoniam nobiliſſimus Locus dignus eſt, qui amplius illuſtretur, liceat heic mihi, quatuor inſignia Diplomata producere nondum edita, atque ad ipſum ſpectantia, quae mihi ex ejuſdem Archivo ſuppeditata olim fuere: Primum complectitur donationem quarumdam Villarum *Angelbergae* ab Auguſto marito factam cum facultate judicandi pro anima ſua. Quum enim ſua omnia Imperatrix jam ſtatuiſſet transferre in Placentinum Monaſterium (quod & praeſtitit Anno DCCCLXXVII. poſtremis tabulis ſuis) propterea non res tantùm, ſed & facultatem majora donandi ſolicite ſemper ſibi procurabat: Ita verò ſe habet primum ex authentico deſcriptum.

Ludovicus II. Imperator Angilbergae Auguſtae Conjugi ſuae concedit quaſdam Curtes in diverſis Comitatibus ſitas, Anno Chriſti 869.

C IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni*. Hlodowicus *divina ordinante providentia* Imperator Auguſtus. *Etſi ceteris noſtrae ditioni ſubjectis benignitatis munificentiam exhibere oportet, maxime tamen ei, quae ſpeciali P ivilegio interveniente Chriſti gratiâ, nobis in Imperio eſt adſcita. Igitur omnium fidelium ſanctae Dei Ec-* D *cleſiae, noſtrorumque praeſentium ſcilicet ac futurorum comperiat induſtria, amantiſſimam* Conjugem noſtram Angilbergam Imperatricem Auguſtam, *noſtram petiſſe a Deo conſervandam pietatem, quatenus jure proprietario concederemus illi Cortem Segillam in Toreſiano Comitatu, cum Vara & Laucillo, inde pertinentibus; & alias qua-* E *tuor Cortes, ideſt Doveno in Terdonenſi, Palmata in Albigauno, Vaccarigas, & Civiſi in Aſtenſi Comitatibus, cum omnibus videlicet ad ipſas Cortes reſpicientibus, ideſt utriuſque ſexus mancipiis, Villis, Cappellis, caſis, caſaritiis, vineis, pratis, paſcuis, ſylvis, cultis ſive incultis, arboribus pomiferis ſive non pomiferis, aquis aquarumque decurſibus, vectigalibus, ſeu redditibus cunctis, ſub omni integritate & diſtrictis judicialibus. Quapropter ejuſdem dulciſſimae Conjugis noſtrae petitione ſerenitatis aurem libentiſſime accomodantes, praeſcriptas res, ſicut ſuperius continetur, jure proprietario illi conceſſimus, & per hos liberalitatis noſtrae apices inconvulſe transfundimus,* ut ab hodierno die ac deinceps quicquid ex praeſcriptis rebus ſeu mancipiis facere delegerit, ſcilicet aut pro ſuae mercedis retributione alicui venerandae .... Eccleſiae, aut per mortalium perſonas hominum commutandi, donandi, vel etiam tradendi, liberam ac firmiſſimam habeat poteſtatem, ſicuti de proprietatis ſuae rebus nullo contradicente vel reſi-

reſi-

reſiſtente, ſed omni remotâ vel damnatâ ſeu Sequatium noſtrorum, vel quorumlibet hominum moleſtiâ ſeu repetitione de praelibatis rebus, ſicut ſupra praefinitum eſt, quicquid ipſi placuerit facere pleniſſimam omnibus

A habeat poteſtatem. *Et uti haec noſtrae auctoritatis largitio certius credatur, & futuris temporibus inviolabiliter in Dei nomine obſervetur, manu propria roboravimus, & de Bulla noſtra ſubter inſigniri praecepimus.*

Signum  *Domni Hludowici sereniſſimi Auguſti.*

Leodoinus Sacerdos juſſu Imperatorio ad vicem Faremundi recognovi & ſubſcripſi.

Datum VIII. Kalendas Junii, Anno Chriſto propitio Imperii Domni Hludowici piiſſimi Imperatoris XX. Indictione II.

Actum Venuſiae in Dei nomine feliciter. Amen.

Deeſt Sigillum Plumbeum appenſum.

Comitatus Toreſianus, quem heic memoratum vidiſti, ſi conjecturam efferre licet, fortaſſe fuit Comitatus *Tigurinus*, nunc *Zurich* in Helvetiis. *Turegum* appellatum olim fuiſſe illuſtre illud Oppidum, jam conſtat, & ego innui in Notis ad Leg. Langobardor. Part. II. Tom. I. pag. 178.

B Rer. Italicarum. Altero Diplomate curavit Auguſta Angilberga, ut iterum ſibi confirmarentur quaecumque Diplomata, Chartae, & res, additâ rurſus facultate *donandi & relinquendi, cui voluerit*. Archetypum adſervatur in praelaudato Archivo Monaſterii Placentini Sancti Sixti.


Praeceptum Ludovici II. Imperatoris, quo Angilbergae Auguſtae Conjugi ſuae confirmat omnia illius bona, Anno 870.

I*N nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni*. Hludowicus *divina ordinante providentia* Imperator Auguſtus. *Si liberalitatis Imperialis munificentiam Fidelibus quibuſque noſtris benigne concedimus, quanto potius dilectae nobis Conjugi, quam divinitus in adjutorium commiſſi nobis Imperii percepimus ſociam, cunctae dapſilitatis commoda conferre nos convenit? Quapropter omnium fidelium Chriſti, ſancteque ip-*

C *ſius Eccleſiae comperiat generalitas; quoniam cum tractatu & conſilio atque unanimitate Imperii noſtri Primorum*, Angilbergae ſereniſſimae Auguſtae & Imperatrici, *atque deſiderabiliſſimae* Conjugi noſtrae, *per hujus auctoritatis noſtrae Praeceptum confirmamus, & roboramus omnes res tam moviles quàm immoviles, ſeſeque moventes, necnon & familias utriuſque ſexus, una cum acquiſitis rebus earum, quas ſive per largitionis*

tionis noſtrae diverſo tempore emiſſa Praecepta, ſive per collata ſibi ab aliis monumenta Chartarum, donationum ſcilicet vel venditionum, ſive per quemcumque alium modum acquiſiſſe ſive poſſediſſe dinoſcitur, vel a nunc acquirere potuerit, omnia haec in perpetuum ſtabilientes, & ut praediximus roborantes: Similiter autem donamus ei a praeſenti die, atque concedimus in perpetuum quaecumque ex ſuperius comprehenſis & annexis rebus vel familiis per quaecumque Legum jura ad nos pertinere vel competere comprobantur, ſive deinceps pertinere noſcentur, ita ut haec cum illis praeſenti Imperiali munificentia & auctoritate munita perpetualiter potiatur, & ſuo ſemper juri vindicet atque defendat: ad poſſidendum videlicet & utendum omnibus his in perpetuum, atque donandum & relinquendum, cui voluerit, *& de eis omnibus agendum quod ſibi placuerit. Quiſquis autem Succeſſorum noſtro-*

A *rum Imperatorum, vel alterius cujuſque dignitatis aut conditionis hominum contra hujus Imperialis Praecepti ſeriem in toto vel in parte agere temptaverit, vel de his omnibus quicquam auferre vel minuere, aut ab aliquo ſibi quocumque modo dandum poſtulare praeſumpſerit, ſibique uſurpare vel vindicare quolibet ingenio conatus extiterit,*
B *aut illi ſuper his omnibus, vel eis, quibus ipſa horum aliquid contulerit, moleſtiam aliquam inferre praeſumpſerit, primo quidem niſus ejus nullas vires habeat; deinde verò pro ſolo praeſumptuoſo conamine auri obrizi duo milia Librarum exſolvere compellatur, quorum dimidia pars praefatae Auguſtae tribuatur, dimidia verò a Princi-*
C *pe, qui per tempus fuerit, exigatur. Atque ut haec noſtrae confirmationis auctoritas firmior habeatur, & in futura tempora inviolabiliter conſervetur, manu propria ſubter ſignavimus, & de Bulla noſtra inſigniri praecepimus.*

Signum  *Hludowici ſereniſſimi Imperatoris Auguſti.*

Ego Leudoinus Archipresbiter Palatinus juſſu Imperatoris ad vicem Frirmundi recognovi & ſubſcripſi.

Data Anno Domini Hludowici ſereniſſimi Imperatoris Auguſti XXI. Indictione III. Tertio Nonas Junii.

Actum Civitate Venuſia in Dei nomine feliciter. Amen.

Locus Sigilli olim appenſi, & deperditi.

Sed, quaeſo, vide Monogramma Ludovici II. Auguſti in hoc Diplo-
D mate diverſum a praecedente. Certum ſane ſignum illius Auguſti in praece-

praecedenti habes, uti ex aliis authenticis membranis conſtat; eoque ipſo Monogrammate uſus eſt etiam illius patruus Ludovicus Germaniae Rex, cujus Diploma nunc mihi evulgandum eſt. Alterum verò decernere ego non auſim, num ſuſpicione aliquâ falſi laboret, an verò duplex Monogramma eidem Ludovico II. Auguſto fuerit. Accipe nunc Ludovici Germaniae Regis Diploma, a quo pariter confirmatas ſibi voluit res atque immunitates ſuas Angilberga Auguſta. Sed quare extra Italiae

A

Regnum, atque in Regno Germanico Auguſta mulier ſibi Privilegia conquiſivit? Id factum puto, quod ipſa ſuſpicaretur, Ludovicum Germaniae Regem, ſi obitus Ludovici II. Auguſti ejus Nepotis improlis contingeret, in Imperio ſucceſſurum; aut quod in Germanico etiam Regno bona poſſideret, ut ſupra vidimus *de Curte Segilla in Toreſiano*, ſive Turegiano Comitatu. Ex eodem

B

Archivo Placentino Sancti Sixti fuit & hoc deſcriptum.

Ludovici I. Regis Bajoariae, ſeu Orientalis Franciae Diploma, quo Ingelbergae Auguſtae confirmat quaecumque Ludovicus II. Imperator ejus maritus ipſi conceſſerat: Anno 876.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis*. Hludowicus *divina favente gratia* Rex. *Notum ſit igitur omnibus ſanctae Dei Eccleſiae fidelibus, noſtriſque, praeſentibus ſcilicet & futuris, qualiter dilecta ac ſpiritalis filia noſtra* Engilperga *Miſſos ſuos ad noſtram direxit celſitudinem*, Giſalpertum *videlicet venerabilem* Abbatem, *& Hamadeonem fidelem Vaſſallum ſuum, obnixe flagitans, ut tam ea, quae illi* Nepos noſter *amantiſſimus ad uſufruendum per largitionis ſuae diſpenſationem clementi, ut decebat, animo condonavit, quàmque ea, quae ipſa ſibi qualicumque contractu juſte & legaliter adquiſivit, per hoc noſtrae auctoritatis Praeceptum ſimili modo habere & poſſidere*, aut etiam venerandis Locis, ſeu amicorum ſuorum uſibus pro commemoratione aeterna praeſcripti Senioris ſui & ſua tradere, liberam abſque alicujus infeſtatione poteſtatem haberet. *Nos verò libenti animo & legationem ipſam audivimus, & voluntatem ipſius in hoc adimplere ſtuduimus, Quapropter volumus, ut omnes Epiſcopi & Comi-*

C

tes, ceterique fideles, in ſancta Dei Eccleſia conſiſtentes, ſinceriter cogneſcant, quia nos ob amorem Dei, necnon & memorati aequivoci noſtri glorioſi Imperatoris *dilectionem, ſimiliter ei conceſſimus & confirmavimus univerſa ea ad uſufruendum & ordinandum, ſeu etiam proprietario nomine habendum & poſſidendum, quemadmodum ipſe per ſuorum Praeceptorum paginam conceſſiſſe &*


D

confirmaſſe dinoſcitur, & de his, quae ipſa ſibi qualicumque contractu juſte & legaliter adquiſivit, & in poſterum adquiſitura eſt, firmam pro Dei amore habeat poteſtatem in elemoſina Senioris ſui, nec non & ſua Sanctis Locis, ſeu quibuſcumque ei placuerit tradere abſque alicujus contradictione. *Et*

E

ut haec auctoritas confirmationis noſtrae firmior habeatur, & per futura tempora a cunctis fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae, noſtriſque verius credatur, & diligentius conſervetur, manu propria noſtra ſubter eam confirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſubter eam aſſignari juſſimus.

Signum

Signum  *Hludowici ſereniſſimi Regis.*

Locus Sigilli ✠ Regii deperditi.

Eberhardus Cancellarius ad vicem Liutberti Archicapellani recognovi & ſubſcripſi.

Data XIIII. Kalendas Auguſti Anno XXXVIII. Regni Domni Hludowici ſereniſſimi Regis in Orientali Francia regnante, Indictione VIIII.

Actum ad Ingilinhein in Dei nomine feliciter. Amen.

Et profectò ubicumque poterat, atque extra ipſum Italicum Regnum, ſibi conquirebat fundos ſummâ ſolicitudine Angilberga Auguſta; quum enim prole maſculâ deſtituta foret ſi quando viro ſuperſtes eſſet, ſibi cau- A tum volebat. En alterius Diploma ex eodem Archivo depromtum, ex quo intelliges, in Lotharingia quoque ſibi procuratas fuiſſe opes a praelaudata Imperatrice.

Lotharii Lotharingiae Regis Diploma, quo concedit Ludovico II. Imperatori Villam Hibernam, ſibi traditam a Monaſterio Sancti Lamberti Tungrenſis ſeu Leticenſis, & ut eam poſtea demum tradat Ingelbergae Imperatrici, Anno 866.

IN nomine omnipotentis Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hlotharius *divina praeveniente clementia* Rex. *Dum vota, petitioneſque propinquiorum pro opportunitate temporis adquieſcimus, eos ſine dubio, fidei, amicitiaeque noſtrae ardentiores reddimus, quatenus in utilitatibus ſanctae Dei Eccleſiae, totiuſque Regni nobis commiſſi intereſſe contendant. Cognoſcat itaque omnium ſanctae Dei Eccleſiae, praeſentium ſcilicet, noſtrorumque futurorum induſtria, quia germanus noſter, clariſſimus ſcilicet* Imperator Hludogvicus, *adiit majeſtatis noſtrae clementiam, uti res Sancti Lantberti Tungrenſis, ſive Leticenſis, ab ipſa Eccleſia a nobis commutatas, illi ad proprium largiremur.* B *Cujus nos petitionibus placide faventes, per conſenſum memorati loci Antiſtis, ac famulantium Canonicorum,* Villam *nomine* Hibernam, *conjacentem in Comitatu Licudiſiano, cum mancipiis utriuſque ſexus, & quidquid ſibi juſte aſpicere videtur, nec non quodcumque ex rebus ipſius Sancti Lantberti in ſuo noſcuntur eſſe Regno, juxta expetitam* C *ſeriem praelibato* Imperatore Hludogvico *ad proprium tribuimus, eâ ſcilicet ratione, ut ipſe demum eas clariſſimae* Imperatrici Ingelbergae *tradat cum omni integritate. Proinde hos Regiae dignitatis imperavimus apices fieri, per quos jam fato Imperatori omnes praeſcriptas res Sancti Lantberti tradimus atque transfundimus, qua-* D

tinus per hoc Praeceptum noſtrae liberalitatis cunctas jure proprio teneat, atque poſſideat. Et ut haec noſtrae traditionis authoritas firmior a Succeſ- A *ſoribus in poſterum habeatur noſtris, ſubter manu noſtra ea firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignavimus.*

Signum  *Hlotharii glorioſi Regis.*

Sigillum Cereum.



Clorimbaldus Regiae dignitatis Cancellarius recognovi & ſubſcripſi.

Data XVI. Kalendas Junias, Anno Chriſto propitio, Regnante glorioſiſſimo ac piiſſimo Rege Hlotario, XI. Indictione XIIII.

Actum Lens Regio Palatio, in Dei nomine feliciter. Amen.


Hiſce accedat Diploma ſpectans ad *Carolum Craſſum Imperatorem*, ejuſdem Angilbergae fratrem, ſive naturalem ſive ſpiritualem, a praecedentibus minime diſſimile. Deſcribebam B ego olim ex antiquo Regeſto exiſtente in nobili Archivo Communis Civitatis Cremonae. Eſt autem hujuſmodi.

Carolus Craſſus Imperator Curtes Guardiſtallam, Luciariam, & alia bona Angelbergae Auguſtae, quondam Ludovici II. Imperatoris Conjugi, donata confirmat, Anno 882.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Karolus *divina favente clementia* Imperator. *Noverit igitur omnium fidelium noſtrorum preſencium ſcilicet & futurorum induſtria*, Angelbergam *divine recordationis* Hludowici *excellentiſſimi* Imperatoris conſobrini noſtri Conjugem Auguſtam, *dilectam* Sororem noſtram, *manſuetudinis* C *noſtre poſtulaſſe cenſuram, ut qualiter idem Auguſtus, Dominus & Vir ſuus per ſuorum Preceptorum paginas contulit, conceſſit atque donavit quaſdam videlicet Curtes, Guardiſtallam, Luciariam, Littora Paludana, Campum Miliacium, Sextum, Inverne, Maſſini, atque Leocarni, cum omnibus eorum pertinentibus, & familiis utriuſque ſexus,*

ſeu

ſeu quondam Abbaciam, in honore Sancti Petri Apoſtolorum Principis conſecratam, & non longe a Placentina Urbe fondatam in loco, qui nominatur Caput Trebie, qualiter quod noſter Genitor *dive memorie clementiſſimus* Rex, *ſui erga* Nepotem *inſtinctu amoris, ſuam ac jungens auctoritatem ſimili, ut ille, modo confirmavit ei univerſa, quae habebat, ac ſtabilivit: nec non & omnia, que* Carlomanus frater noſter *glorioſus* Rex *per auctoritatis ſue Precepta contulerat; taliter etiam nos, piam eorumdem imitantes munificentiam, erga prefatam Auguſtam agere debeamus, ea que ſibi ex dono & largitate tam Patris & Conſobrini, quàmque & Fratris noſtri competunt, noſtrâ auctoritate concedentes & roborantes pariter, ſcilicet cum his omnibus, que a reliquis Progenitoribus & propinquis noſtris proprie virtutis a Deo ſibi quoquo modo videntur conceſſa vel confirmata. Nos igitur ejus precibus, quia non injuſte viſe ſunt, aſſenſum dedimus, decernentes clementer, & per hoc noſtre ſublimitatis Preceptum omnimodis ei tribuentes ac confirmantes, ut univerſa, que ille magnificus quondam Hludowicus ſaepe nominatus Imperator Conſobrinus noſter Senior, & Vir ejus ipſi qualiconque modo contuliſſe ac conceſſiſſe probatur, eodem ordine atque tenore inrefragabiliter habeat, teneat, atque dominetur. Quedam videlicet quo ad vixerit uſufruendo & poteſtative ordinando, quedam verò perpetualiter poſſidendo,* & cum voluerit. dimittendo abſque ullius contradictione vel diminoratione ſeu injuſta moleſtatione. *Non ſolùm autem de his, quae a ſuo Viro cariſſimo, Conſobrino noſtro àtque Fratre obtinuit, de quibus illam juxta quod conſtitutum eſt agere per omnia volumus atque concedimus; verùm & de illis, que ipſa ſibi quoconque ingenio juſte & legaliter undecunque vel a quibuſcumque acquiſivit, vel in antea acquirere potuerit:* liberam ei in cunctis facultatem concedimus atque firmamus, tam pro ſuâ & Senioris ſui animâ, per Loca Venerabilia donandi, quàm & quibuſcunque & qualitercunque voluerit, diſtribuendi, *quemadmodum, ut pretulimus, ſancte memorie Genitor noſter per ſui Precepti formulam confirmaſſe illi & decreviſſe dignoſcitur. Quicunque verò hec Patris & Conſobrini ac Fratris noſtri, noſtraque ſtatuta violaverit aut immutaverit, & quod non putamus, ſuprafatam Auguſtam amicabilem Sororem noſtram de his, quae ſibi tam ab ipſis, quàmque a nobis conceſſa & confirmata ſunt, juxta votum proprium non permiſerit, aut cujus factum in aliquo irritum fecerit, ſciat ſe in futuro eterni Judicis ſententiâ puniendum, & in preſenti per hanc noſtram auctoritatem centum Librarum auri probati penâ multandum, quarum medietas Fiſco noſtro exigetur, & medietas ei, cui injuſte moleſtia fuerit facta, perſolvetur. Et ut hec noſtre largitatis conceſſio & confirmatio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, hoc noſtre auctoritatis Preceptum inde conſcribi mandavimus, propria manu confirmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſignari precepimus.*

Signum  *Caroli sereniſſimi Imperatoris.*

Hernu-

Hernuſtus Subdiaconus ad vicem Liutuardi recognovi & ſubſcripſi.

Datum XV. Kalendas Maji, Incarnationis Domini Anno DCCCLXXXII. Anno verò Imperii Donni Karoli in Italia Secundo, Indictione XV.

Actum Papie in Dei nomine feliciter. Amen.

A Heic, ut vides, Carolus Craſſus Auguſtus Angilbergam appellat *dilectam Sororem noſtram:* qui titulus quaeſtioni non contemnendae viam aperuit mihi ſupra in Diſſertatione XI. *de Allodiis*. Obiter autem adnoto, me nequaquam aſſequutum, cur celeberrimus Mabillonius in Annalib. Benedictinis ad Annum DCCLIX. B *Giſlam Lotharii I. Imperatoris filiam* memorans, addiderit: *ne quid dicam de duabus ejus uxoribus Engelbergâ & Hermingarde*. Non Lothario Auguſto, ſed ejus filio *Ludovico II.* Imperatori uxor fuit *Engelberga:* neque aliam *Lotharii* Conjugem ego novi, quàm *Hermingardem*. Sed & magnis viris alio intentis quaedam C interdum contra mentem ac ſcientiam ſuam excidunt, quae facile unicuique ſunt condonanda. In quatuor hiſce Diplomatis vidiſti donatas aut confirmatas Angilbergae Auguſtae Curtes quaſdam, eaſque inſignes; quo nomine non praedia, ſed Villae integrae ſignificabantur, Caſtrum etiam plerumque complexae. Inter alias nu- D meratur ibi *Guardiſtalla*, nunc Italice *Guaſtalla*, Civitas, unde nobili Duci in Italia illuſtre nomen: *Luciaria* quoque, nunc *Luzzara*, Duci eidem ſubjecta: & *Leocarnum*, nunc *Locarno*, Oppidum Helveticae Reipublicae juri adjunctum. Attamen quod eſt ad Principatus jura, quibus tunc Imperatores & Reges ex inſtitutione Po- E pulorum, Duces verò, Marchiones & Comites ex Regum conceſſione fruebantur, nihil in hiſce Privilegiis occurrit. Nam quae Cl. V. Ludovicus Thomaſſinus Part. 3. Lib. Prim. Cap. 28. congerit, ut vel Saeculo Chriſti Nono oſtendat, Eccleſiarum Praeſulibus nonnullis fuiſſe conlatos Comitatus, aliaque dominationis Secularis munera, tanti apud me non ſunt, ut in ſententiam illius e veſtigio me ſinam abduci. Utique Epiſcopis & Abbatibus eo quoque tempore *Vaſſi* ſive *Vaſſalli* Laici erant, qui Eccleſiaſticis viris Senioribus ſuis ſuberant, atque ab illis legem accipiebant. Verùm haec privatae, non publicae Dominationis veſtigia erant: quod etiam animadvertere poſſumus in vulgari tunc uſu & jure Dominorum in Servos. *Vaſſallos* enim habere cuicumque Magnati licuit, quibus praedia tantum conferebantur; & ne iſta quidem interdum, uti jam praemonui in eadem Diſſertatione XI. *de Allodiis*. Ad haec Epiſcopis atque Abbatibus nonnunquam a Regibus indicebatur militaris expeditio, eorumque erat pro rudium temporum illorum more, niſi juſta excuſatio interveniebat, *homines ſuos* ad exercitum ducere. Sed ubi ſtatueris, jam tum ſacros Praeſules Vaſſis, atque adeo hominibus ſibi obnoxiis abundaſſe, ſimul etiam intelliges, qui forent ii *homines* & milites, quibus praeerant Eccleſiaſtici Proceres. Quamobrem ſuſpectae fidei facile mihi videntur quicumque Epiſcopi aut Abbates (Romanum Pontificem hinc exceptum jam

jam vidimus) Eccleſiis ſuis jura Principatus tribuunt ante Carolum Magnum, aut ſub eo, illiuſque filiis atque nepotibus. Margarinus quidem Tom. 2. Conſtitut. Bullar. Caſinenſ. & Ughellius Tom. 4. Ital. Sacr. pag. 1333. proferunt Lotharii I. Diploma, Anno DCCCXLVI. ut ii putant datum, quo *Hilduinus Archicancellarius noſter, dilectuſque Comes & Abbas Monaſterii Bobienſis* petit, *quatenus Comitatum Bobienſem cum ſuis juribus, quem divae memoriae Dominus & Avus noſter Karolus Auguſtus, & feliciſſimae recordationis Dominus & Genitor noſter Hludovicus Imperator eidem venerabili Loco per ſua Privilegia conceſſerant & confirmaverant, noſtra auctoritate in praefato Monaſterio firmaremus.* Equidem haec ſerius adinventa & conficta contendo, videlicet poſterioribus iis temporibus, quibus Bobienſi Abbati revera conceſſus eſt ab Auguſtis Germanicis Comitatus Bobienſis. Niſi Diplomata haec ſpuria ad impetrandam ejuſmodi dignitatem aliquid contulere, certe excogitata fuerint, ut novum donum antiquitate etiam tueri ſe poſſet. Non Hilduinus Bobienſis Abbas tunc *Archicancellarius* fuit, ſed *Agilmarus* Viennenſis Archiepiſcopus. Et nondum Carolus, Ludovicus, & Lotharius Auguſti didicerant conferre Comitatus *cum mero & mixto Imperio*; nondum *per anulum inveſtire* quemquam de Comitatibus *jure honorabilis Feudi*. Et quum aevo illo Auguſtis familiares formulae forent, *Anuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus*, aut *de Anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari* (quae Sigillum cereum oſtendunt) ſuſpicionem auget diverſa formula in ante memorato Lotharii Diplomate adhibita, nempe *& ſigillo noſtro plumbeo muniri praecepimus*. Reliqua praetereo, rogaturus tantummodo Lectores, ut Diploma Ludovici II. Imperatoris Anno DCCCLXI. non autem DCCCLXV. ut habet idem Ughellius, conceſſum *Amalrico Comenſi Epiſcopo* & Bobienſi Abbati, & a Margarino Tom. 2. Conſtitution. 38. evulgatum, attente perpendant. Ibi multa Bobienſi Monaſterio, ejuſque Abbati privilegia impertitur Auguſtus, ac praecipue, *ut nullus Judex publicus, nec diſcurrens Miſſus, nec cujuſlibet poteſtatis perſona, in Curtes, Villas, loca &c. Monaſterii ad cauſas judiciario more audiendas, vel freda aut teloneum exigendum &c. ingredi audeat*: quam revera Immunitatem aliis Monaſteriis inſignibus atque Eccleſiis, ſupra vidimus conferri ſolitam. At de Conceſſione *Comitatus* illic ne gry quidem; quod tamen in primis curandum fuit. Denique nemo melius Ughellium de Lothariani Diplomatis facilitate certum facere potuiſſet, quàm Ughellius ipſe. Nam is Tom. V. Ital. Sacr. in Catalogo Epiſcopor. Comenſium, Diploma ejuſdem Lotharii refert, Amalrico Epiſcopo, & Bobienſi Abbati conceſſum, impoſturam alterius apertiſſime prodens. Diploma ipſum, gravibus mendis in Italia Sacra pro more ſcatens, ſiſtere heic Lectori conſultius duxi.

Lotha-

Lotharii Imperatoris Privilegium Amalrico Epiſcopo Comenſi & Abbati Sancti Columbani Bobienſis conceſſum, quo ejuſdem Monaſterii bona & immunitates confirmat, Anno 842.

I*N nomine Domini Jeſu Chriſti Dei aeterni*. Hlotarius *divina ordinante providentia* Imperator Auguſtus. *Cum petitionibus ſervorum Dei juſtis ac rationabilibus divini cultus amore favemus, ſuperna nos gratia muniri non diffidimus. Igitur omnibus fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae & noſtris, praeſentibus videlicet & futuris notum fieri volumus, quia vir venerabilis* Amalricus Comenſis Urbis *vocatus* Epiſcopus, & Monaſterio, *quod nuncupatur* Bobio, Abba, *& eſt conſtructum in honore beati Petri Apoſtolorum Principis, ubi Sanctus Columbanus Corpore requieſcit, detulit ſerenitatis noſtrae obtutibus, recolendae memoriae* Genitoris noſtri Hludovici Auguſti *praeceptum immunitatis, in qua continebatur inſertum, qualiter ipſe ob amorem Dei, tranquillitatemque Monachorum ibidem conſiſtentium cum rebus omnibus ac familiis ſuis, ad eundem Monaſterium juſte & legaliter pertinentibus, ſub ſuae defenſionis receperit immunitate atque tuitione. Unde noſtram deprecatus eſt excellentiam, ut ob animae noſtrae emolumentum, & aeternae retributionis praemium, morem ſequentes paternum, praedictum Monaſterium cum Monachis ibidem degentibus & rebus ac familiis ibi juſte & legaliter pertinentibus ſub noſtra ſuſciperemus immunitate atque pleniſſima defenſione. Cujus precibus ob divini cultus amorem & ſacrae Religionis tranquillitatem, clementiſſime adnuentes, hoc immunitatis noſtrae Praeceptum ſtatuimus fieri: per quod praecepimus*, ut nullus Judex publicus, neque Miſſus diſcurrens, ſed

A neque cujuslibet poteſtatis perſona in Eccleſias, Senodochia, Curtes, Villas, loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones memorati Monaſterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis & territoriis infra ditionem Imperii noſtri juſte & legaliter nunc tenet vel poſſidet, vel quae deinceps in jure ipſius ſancti Loci divina pie-

B tas augeri voluerit, ad cauſas judiciario more audiendas, vel freda aut telonium exigendum, aut manſiones vel paratas faciendum, aut paraveredos vel fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Monaſterii tam Ingenuos quàm Servos, ſuper terram ipſius commanentes diſtringendos, nec ullas redibitiones aut inlicitas occa-


C ſiones exquirendas, ullo unquam in tempore ingredi valeat, vel ea, quae ſupra memorata ſunt, penitus exigere praeſumat. *Sed liceat memorato Amalrico Abbati, ſuiſque Succeſſoribus, res praedicti Monaſterii ſub immunitatis noſtrae defenſione quieto ordine poſſidere, quatenus Monachos, qui ibidem Deo famulari videntur, pro nobis &*

D *Conjuge, proleque noſtra, atque ſtabilitate a Deo nobis commiſſi atque conſervandi, jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Quod ſi quis ex his, quae praeſcripta ſunt, quippiam violare praeſumpſerit, ſciat ſe triginta Libras argenti optimi ſecundùm veterem morem parti praefatae Eccleſiae perſolvere, noſtramque inſuper incurrere offenſionem.*

E *Quod ſi aliquis ex hominibus ipſius Eccleſiae tam Ingenuis quàm Servis aliquid deliquerit, unde Fiſcus noſter quippiam ſperare potuerit, totum hoc*

pro

pro mercedis noſtrae augmento parti praefatae Eccleſiae concedimus, & hoc prorſus decernimus, ut nihil inde ullo unquam in tempore requiratur. Confirmamus etiam quandam Foreſtem, quae nuncupatur Mouſlongus cum Curte juxta ſe poſita, cum appendiciis vel adjacentiis ſuis, nec non & Alpem, quae vocatur Adra, cum terminibus ſuis, ſicut in Praecepto Domini dignae memoriae Genitoris noſtri inſertum & manu ſua propria firmata eſſe comperimus. Continebatur etiam in eodem Praecepto Domini & Genitoris noſtri, ut omnes res, quae per Praecepta & munimina Cartarum eidem ſancto Loco legaliter & rationabiliter delegatae fuerunt, vel in antea a Deo timentibus hominibus A *condonatum fuerit, ut per eumdem Praeceptum jam dictum Monaſterium vel Rectores ipſius Loci haberent atque poſſiderent, & quicquid inde ad profectum ipſius Eccleſiae, vel Monachis ibidem degentibus facere voluiſſent, jure Eccleſiaſtico liberum perfruerentur arbitrium; quod libenter nos ſimiliter conceſſiſſe, & in omnibus per hoc noſtrum* B *Praeceptum corroboraſſe & omnium fidelium noſtrorum cognoſcat induſtria. Et ut hoc noſtrum Praeceptum pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & a fidelibus ſanctae Dei Eccleſiae & noſtris verius credatur ac diligentius conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus.*

Signum  *Hlotarii ſereniſſimi Auguſti.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Eichardus Notarius ad vicem Agilmari recognovi & ſubſcripſi.

Data XI. Idus Septembris, Anno Chriſto propicio Imperii Domni Hlotarii piiſſimi Auguſti in Italia XXIII. & in Francia III. Indictione VI.

Actum Gundulfi Villa, Palatio Regio in Dei nomine feliciter. Amen.

Nullum heic habes *Comitatus Bobienſis* jam collati veſtigium, ut ſerius excogitatum fuit, Bobienſi Abbati. Immo ne tunc quidem ulli ſingulari Comiti Bobium commendabatur. Id fieri tantummodo coepit ſub finem Seculi ſubſequentis, ut infra indicabo. Verùm non defuere, qui confictis tabulis ejuſmodi honorem multo antea Abbatibus Bobienſibus delatum conati ſunt nobis perſuadere. Ita Mediolanenſes Archipraeſules C Saeculo & ipſi Decimo ex Imperatorum munificentia Spirituali Civitatis Mediolanenſis regimini Seculare etiam addiderunt, & *Comites Mediolani* conſtituti fuere. Neſcio quis ad majorem antiquitatem decori huic additum voluit, atque ad tempora uſque Caroli Magni ejuſmodi largitionem perduxit, conficto ejuſdem D inclyti Auguſti Diplomate, quod ſaepe memoratus Ughellius, Criticae artis parum gnarus, intrepide evulgavit

gavit Tom. 4. Ital. Sacr. in Archiepiſcop. Mediolanenſibus. Datum dicitur *Dertonae Kalendis Maji Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCX. Indictione III. Imperii Anno IX. Regnorum verò noſtrorum XLII.* Sed falſum eſt, Carolum Anno Chriſti DCCCX. in Italia fuiſſe verſatum: itidemque falſum, Anno illo decurriſſe *Annum nonum Imperii*. A vero etiam abhorret, in curſu tunc fuiſſe *Annum Quadrageſimum Secundum* Regni Langobardici. Praetereo *Marchionum* mentionem, & Archicancellarium omnibus ignotum, & *Oldradi* cognomentum Petro Archiepiſcopo additum, aliaque patentia impoſturae indicia. Ad aemulationem Eccleſiae Romanae dicere mihi liceat fabricatum hujuſmodi Diploma, quaſi *a felici Conſtantini Magni, & aliorum Imperatorum recordatione* Archiepiſcopo Mediolanenſi conlatum fuerit, *quidquid ad Imperialem juriſdictionem pertinere in Urbe Mediolani videtur, terrae ſcilicet atque omnis diſtrictus, domus publicae, muruſque ipſius Urbis cum Fiſco &c. Cortes etiam ipſius Civitatis, ac Civitatem propriam, Caſtella &c.* Omnia haec commenta ſunt. Praeterea diſſimulatum nolo, eumdem Ughellium Tomo V. Ital. Sacrae, Tattum quoque in Annalib. Eccleſiae Comenſis, evulgaſſe Diploma Caroli Magni, datum *XV. Kalendas Decembris, Anno Tertio Imperii, & Trigeſimo Sexto Regni noſtri in Francia, indictione XI. Anno verò Dominicae Incarnationis DCCCIII.* Confirmat ibi inclytus Imperator *ad petitionem viri venerabilis Petri primi ſanctae Comenſium Urbis Epiſcopi*, omnes res & Eccleſias, ad Comenſem Eccleſiam pertinentes, & *Berinzonam Plebem, Comitatum, diſtrictum, & ipſum portum. Et Comitatum Clavennae*

A

Clericis Cumanis in Canonicalem uſum. Verùm nonnulla in Diplomate illo ſe nobis offerunt, quae ſaltem interpolatum prodant. Carolus, niſi Prophetam illum ſtatuas, ac praevidentem, tres alios Petros Eccleſiae Comenſi praefuturos fuiſſe, nunquam appellarit *Petrum Primum*. Sed apud Tattum vox illa *Primus* non legitur.

B

Deſideratur etiam in Notis Chronologicis Epocha Regni Langobardici, quae in Diplomatis ad Italiam ſpectantibus minime omitti conſuevit. Annus etiam Vulgaris Aerae apponitur, quem tamen in aliis Caroli Magni Diplomatis ejuſmodi fruſtra requiras. Neque Mabillonius Reguntiburg *Palatium publicum*, ubi Diploma datum dicitur, novit. Nulla verò

C

de *Comitatibus* hiſce in ſubſequentibus Lotharii I. Auguſti, & Hugonis ac Lotharii Regum tabulis mentio occurrit. Alia praetereo, quum ſatis haec ſint, ut ab adhibenda monumento illi integra fide abſterreamur. Meâ itaque ſententiâ, quamquam ſub Ludovico II. Auguſto, atque an-

D

tea etiam, Epiſcopis eſſent Cortes cum Caſtellis, nihilo tamen ſecius tum ſolùm Eccleſiaſtici Praeſules majoribus privilegiis ac majori dominationis ſpecie frui coeperunt, quum Carolus Calvus Galliarum Rex Anno Chriſti DCCCLXXV. Romanorum Imperator a Johanne VIII. ſummo Pontifice renuntiatus & coronatus

E

eſt. Ad Caeſaream dignitatem inhiabant eo ipſo tempore Ludovicus Germaniae Rex illius frater, ac major natu, ejuſque tres filii Ludovicus II. Carlomannus, & Carolus Craſſus. At quum plerumque uſuveniat, ut, ubi plures certant de ſublimi aliquo Principatu, munere, aut hereditate adipiſcenda, quae ab unius, aut plurium electione & voluntate pendeat,

in

in plus offerentis partem inclinare electorum vota ſoleant: ſimili ratione Carolus Calvus fratri ac nepotibus in conquirenda Imperiali Corona praelatus eſt; uti enim ſcribit Regino, & Auctor Annalium Francorum Metenſium, is *Imperatoris nomen a Praeſule Sedis Apoſtolicae Johanne ingenti pretio emit*. Ceteri quoque Annaliſtae, eum pretioſâ ac inſuetâ donorum vi ſibi comparaſſe Imperium teſtantur. Injurii non ſimus aliis quoque Eccleſiarum Praeſulibus, in Italico Regno conſtitutis, ſi & ipſos opinemur, eâ occaſione aliquid profeciſſe, & majora quàm antea privilegia ac dona ſibi impetraſſe. Italicos etiam Principes, inter quos Epiſcopi numerabantur, conveniſſe ad eligendum in Regem Italicum Carolum eumdem, ex Actis Ticinenſis Concilii conſtat. Agitatum ſubinde fuit variis, iiſque gravioribus procellis Italicum Regnum ſub Guidone, Lamberto, Berengario I. Ludovico III. & Rodulpho, ac deinde ſub Berengario II. & Ottone Magno, qui primus Romani Imperii dignitatem in Germaniae Reges invexit. Tum ejus nepote Ottone III. Auguſto ſine liberis e vivis ſublato, novae contentiones de Regno emerſere, ut reliquas temporum illorum perturbationes omittam.

Inter hujuſmodi fluctus non Seculi tantùm Principibus, ſed & Eccleſiae, felicior quàm antea navigatio contingebat. Nam ut eos tutius candidati Reges ad ſe eligendos allicerent, aut arctius in fide confirmarent, ſenſim jura Regni in ipſos etiam Epiſcopos & Abbates transferre coeperunt, hoc eſt Civitates, Caſtella, publicae rei Tributa, Comitatus, Marchias, Ducatus. Non rapido ſane curſu, ſed ſenſim ad hanc potentiam Eccleſiaſtici viri devenere. Atque in eam rem complura poſſent adferri ſacrae antiquitatis monumenta: ſed ego iis liberalius utar, quae hactenus luce caruerunt. *Wido Imperator* in Diplomate authentico, quod adhuc adſervant in Tabulario ſuo Canonici Mutinenſes, ad preces *Leudoini* Epiſcopi Mutinenſis (quem Sillingardus & Ughellius *Leodoindum* appellant) praeter conſuetas immunitates ac privilegia, concedit, ut *deinceps Servi & Cartulati, pertinentes ad eamdem Eccleſiam nullum Cenſum noſtrae Parti, ſeu publico Miniſteriali perſolvant*. Infra addit: *Et concedimus etiam vias, pontes, portas, & quicquid ex antiquo jure de his Regiae auctoritati per Procuratores Reipublicae ſolvebatur, ideſt ut ubicumque vias, pontes, portas in ſua terra habuerit, noſtrâ vice liberam capiendi debitum ex eis Cenſum habeat poteſtatem. Et liceat ei foſſata cavare, molendina conſtruere, portus erigere, & ſuper unum milliarium in circuitu Eccleſiae Civitatis circumquaque firmare, ad ſalvandam ipſam ſanctam Eccleſiam, ſuamque conſtitutam Canonicam &c.* Subinde verò Berengarius I. Anno DCCCCII. Godefrido Antiſti Mutinenſi terram & piſcariam *Quarantulam*, *pertinentem de Comitatu Regienſi, cum omni diſtrictu, ibidem legaliter pertinente*, eſt elargitus. Tum altero Diplomate, Anno DCCCCIV. eidem Praeſuli confirmavit *Caſtellum quoddam juxta Civitatem Novam in territorio Mutinenſi, ab eodem Gotifredo venerando Epiſcopo a fundamentis erectum, eo ſcilicet ordine, ut nullus Dux, Comes, Vicecomes &c. in jam dicta firmitate atque Caſtello poteſtatem ullam exercere praeſumat &c.* Neque hoc unum Caſtrum in ditione Mutinenſis Epiſcopi tunc fuit, ſed alia quoque. Nam,

uti auctor eſt Liutprandus Ticinenſis Lib. V. Cap. 12. Tomo II. Rer. Italicarum, Hugo Italiae Rex Anno DCCCCXLV. indignatus *Widoni Epiſcopo* Godefridi Succeſſori, quod ab eo ad Berengarium II. deſciviſſet, *congregatis copiis ad ejus Caſtrum Vineolam venit: idque viriliter, ſed inutiliter oppugnavit. Niveolam* vitioſe editum eſt in eo Liutprandi loco; nam, uti pag. 476. ejuſdem Tomi II. Rer. Italicar. a me adnotatum fuit, in aliis Codicibus habetur (& quidem recte) *Vineolam*. Ejuſdem quoque Caſtri mentio eſt in Charta Archivi Canonicorum Mutinenſium, his notis indicantibus Annum DCCCCLXVIII. ſignata: *Otto Dei gratia Imperator Auguſtus, Anni Imperii ejus in Dei nomine ic in Italia Septimo: & item Otto filio ejus Imperator Auguſtus, Anni Imperii ejus in Dei nomine Anno verò Primo, die XIII. Menſis Junius, Indictione XI. Placuit adque convenit inter Domnus Widone Epiſcopus ſancte Motinenſis Eccleſie, necnon inter Dominico, qui & Franco, de Caſtro Viniola &c.* En ipſum Widonem, cujus Caſtrum Vineola (nobis nunc *Vignôla*) duram ſuſtinuit obſidionem ab Hugone Rege. In eodem Caſtro, Oppido adhuc illuſtri, cui titulo Marchionis Duces Sorae e Boncompagna gente, ſub Sereniſſimo Mutinae Duce, dominantur (liceat mihi tributum ſolvere debiti amoris) ego primam lucem vidi. Idem verò Berengarius II. Anno DCCCCL. eidem Widoni Epiſcopo conceſſit *omnem diſtrictum in Caſtris, quod Aventus nominatur, vel Rovereto, ſive Civitas-Nova, vel Iſabardum: teloneum quoque, & curaturam, & redhibitionem ipſius Ripariae, & ligaturam navium, & quicquid Pars publica inibi habere, & exigere poteſt uſque in fluvio Padi.* Alia praetermitto, illud poſtremo additurus, Conradum I. Italiae Regem atque Imperatorem, diſertis verbis Ingoni Epiſcopo Mutinenſi *Comitatum*, ſive Praefecturam *Civitatis* contuliſſe, ut ex ejus Diplomate nondum evulgato intelligere poſſumus, in quo tamen Chronologicae notae non bene ſingulae cohaerent: quod maxime in hiſce animadvertendum eſt. En igitur Diploma ipſum ex ditiſſimo Mutinenſium Canonicorum Tabulario depromtum.

Conradi I. Imperatoris Diploma, quo Ingoni Epiſcopo Mutinenſi omnia jura ac Privilegia Mutinenſis Eccleſiae confirmat, eumque Mutinae Comitem conſtituit, Anno 1038.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis*. Chuonradus *ſuperna diſponente clementia* Imperator. *Si........ retributionis........ ditatur, quiſquis Locis Deo dicatis ſua conceſſerit, aut in merito proſperabitur, qui conlata ut ſincere a cultoribus Eccleſiarum Dei ſua auctoritate corroboraverit. Quapropter omnium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum, noverit ſolertia, quatenus* Wido *ſanctae* Taurinenſis Eccleſiae Epiſcopus, *noſterque fidelis, noſtram adiit celſitudinem, flagitans, uti pro Dei amore, animeque noſtre remedio, omnia ſanctae Mutinenſis Eccleſiae, in honore Sancti Geminiani Confeſſoris Chriſti dicatae, cui Dei auctoritate* Ingo *venerabilis* Epiſcopus *deſervit, a Predeceſſoribus noſtris tam Regibus quàm* Impe-

Imperatoribus, atque a religioſis viris conlata, noſtrâ Imperiali cenſurâ confirmare & corroborare dignaremur. Cujus digne peticioni aſſenſum prebentes, ejuſdemque beatiſſimi Geminiani Epiſcopi & Chriſti Confeſſoris implorandum aſſidue opem conſiderantes, hoc Preceptum fieri juſſimus: per quod tam cultis quàm incultis, ſeu in praeinſertis locis omne Comitatu eidem Civitatis, cum omnibus rebus mobilibus & inmobilibus ad ſe pertinentibus, & concedimus quiquid ad noſtrum jus pertinere videtur, terras ſcilicet, & omnem diſtrictum, atque domos publicas, murumque ipſius Civitatis, cum Fiſco, & teloneo integro, ſeu cum omni jure civili intus & extra per circuitum uſque in omnibus finibus ſuis. Coherentiae verò hujus Comitatus ſunt. Prima uſque in finem.......... Secunda autem uſque in Bolonia. Tertia etiam uſque............ Mantua. Quarta ſcilicet ad initium Comitatus Lucenſis. Cortes etiam ipſius Comitatus, & Territoria, Caſtella, Villas, Manſos, necnon utriuſque ſexus familias, ſervos, & ancillas, herimannos & herimannas, domos quoque, poſſeſſiones, piſcationes, foreſta, paſcua montibus ſeu planitiebus, aquationes, aquarumque curſus, ſeu decurſus, paludes, cuncta habita & tenta atque poſſeſſa ad partem ipſius........ ſalis a trae dicto Ingone Epiſcopo, vel a quolibet Predeceſſore ejus; atque omnia aliquo inſcriptionis titulo, ſeu inveſtitura acti nus donata, collata atque tradita predictae Sanctae Mutinenſis Aecclèſiae a quibuſcumque hominibus vel poteſtatibus, donamus, concedimus, confirmamus, modiſque omnibus corroboramus, una cum campis, vineis, pratis, paſcuis, jerbis, ſilvis, fraſcariis, buſcariis, montibus, collibus, vallibus, planitiebus, ripis, rupinis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, omnia cum omnibus rebus, que dici vel nominari poſſunt, ad predictam Epiſcopii Sedem in integrum pertinentibus. Et per hoc noſtre confirmationis Preceptum, de noſtro & Regni jure & dominio in prefate ſancte Mutinenſis Aeccleſiae jus & dominium omnino transfundimus, ac diligamus predictum Diſtrictum prefati Comitatus, & teloneum, ſeu mercatum, cum omni functione Regali, ſeu domos, muros, Terraſque, & utriuſque ſexus Servos & Ancillas, & omnia, quae vocata ſunt Publica, Fiſcalia, vel Comitalia, aut Vicecomitalia, que poſita eſſe videntur in predicto Comitatu Mutinenſi, tam intus quàm extra per circuitum uſque in praedictis finibus. Eâ videlicet ratione, quatinus Domnus Ingo venerabilis Epiſcopus, qui eidem Aeccleſiae preſidere videtur, ſuique Succeſſores, poteſtatem illic habeant per ſe, aut per ſuos Miſſos, judicandi, diſtringendi, placitum tenendi, vel quicquid eorum utilitas decreverit, faciendi, ad augmentum & honorem predicte Mutinenſis Aeccleſiae, & ita faciendi, omnique modo judicandi, & diſtringendi, veluti in noſtra, aut Marchionum, vel Comitum fuiſſet preſentiâ, ab hinc remotâ omni noſtrâ, noſtrorumque Succeſſorum, omniumque hominum contradictione, minoratione, ac moleſtatione. *Igitur quicumque infra praedictam Urbem, vel ſupradictum Comitatum, vel in ejus Provincia in integrum, ſeu in prefatis Cortibus & Caſtellis habitator extiterit, aut caſtellaverit, necnon Vaſſalli ejuſdem Comitatus non in preſentia alienum Comitum & Marchionum, vel Miſſorum noſtrorum eorum lites aliter agere, vel ullo modo diffinire liceat, niſi ante Ingonem Reverentiſſimum Preſulem,*

A B C D E

ſuoſque Succeſſores, ſeu eorumque Legatos decrevimus, ſicut ſupra conceſſum habemus; & quicquid ante eorum preſentiam finitum atque judicatum fuerit; perpetua ſtabilitate permaneat. Precipientes itaque jubemus, ut deinceps nullus Dux, Marchio, Comes, aut Vicecomes, Sculdaſſio, Gaſtaldius, aut ullus Reipublice Procurator, ſeu alia quelibet magna, parvaque perſona noſtrorum Regnorum, predictam ſanctam Dei Sedem, ejuſque Vicarios diſveſtire, moleſtare, aut inquietare, manſionaticum facere, teloneum, diſtrictum, placitum, aut a-

A *liam quamlibet functionem exigere, ſeu de predictis rebus facere violentiam audeat. Si quis igitur hoc noſtrae corroborationis Preceptum infringere, aut quodam temerario auſu temptaverit aut attenuare, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras CC. centum medietatem Kamere noſtre, & medietatem pretaxato Epiſcopo, ſuiſque Succeſſoribus.* B *Quod verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, anuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.*

Signum Domni Chuonradi  *invictiſſimi Imperatoris.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Kadelous Cancellarius vice Domini Herimanni Archicancellarii recognovit.

Datum XVII. Kalendas Aprilis, Anno Dominice Incarnationis MXXXVIII. Indictione VII. Anno autem Domni Chuonradi Regni XIIII. Imperii XII.

Actum Colonia feliciter.

C In Epiſcopis Succeſſoribus diu etiam perduraſſe id juris, altera Charta evincere poſſe videtur, ſcripta Anno MXCII. in qua Heribertus Mutinenſis Epiſcopus Civibus ſuis *ad noſtram ampliandam Civitatem* concedit emphyteuſis titulo quaſdam terras: quae ſi certa ſint, conſequitur, celebrem Comitiſſam Mathildam minime Mutinenſibus praefuiſſe titulo atque auctoritate Comitis ſive Comitiſſae. Atque haec unius Mutinenſis Eccleſiae exempla inſtar ferme ſunt eorum, quae quamplurimis aliis in Italia obtigere. Quum enim Saraceni Seculo Chriſti Nono, Ungri verò ſeu Hungari gens barbara ſubſequenti Decimo praedis, flammis, ac caedibus Italiam miſerrime infeſtarent, jam tum coepere Eccleſiae Proceres ad Civium, ſuorumque colonorum tutelam Caſtra erigere ac munire, impetratâ ad hoc a Regibus facultate opportunâ. Hinc ipſis acceſſit nova potentia & vis ad reſi- D ſtendum quandoque vel ipſis Regibus. Ludovicus III. Imperator Anno Chriſti DCCCC. Petro Epiſcopo Regienſi apud Ughellium in Appendice ad Tomum V. Ital. Sacr. pag. 1576. imper-

impertitus eſt *licentiam circumdandi jam dictam Eccleſiam per gyrum ſuae poteſtatis, ſicut ipſe melius viderit, excelsâ munitione videlicet, ad perpetuam Eccleſiae ſuae defenſionem*. Berengarius I. quoque circiter Annum DCCCCXI. eidem Petro veniam fecit *conſtruendi Caſtrum in ſua Plebe in honore Sancti Stephani, ſita in Vico-Longo*, quem locum etiam a quorumcumque Ducum, Comitum, aliorumque Reipublicae Miniſtrorum poteſtate eximit. Ad haec Anno DCCCCXLII. Hugo & Lotharius Italiae Reges, praeter alias immunitates, Aribaldo Regienſi Epiſcopo conceſſere *terram*, ut ipſi ajunt, *juris noſtri, quae conjacere videtur in Civitate Regia a tribus milliariis in circuitu una cum muris, & foſſatis atque teloneo & ſtradatico, ſeu cum ſervis vel ancillis inibi pertinentibus, omnemque publicam functionem &c.* Diploma, quia nondum editum, ex Fulvii Azzarii Hiſtoria Regienſi MSta, in Eſtenſi Bibliotheca exiſtente, producere juvat.

Hugonis & Lotharii Italiae Regum Diploma, per quod Aribaldo Regienſi Antiſtiti vetera Privilegia, novis additis donis, confirmant, Anno 942.

I*N nomine Sancte & individuae Trinitatis*. Hugo & Lotharius *divina protegente clementia* Reges. *In ſtatu Catholicae Fidei, & Eccleſiarum Dei reſtauratione, Regni noſtri ſtatum ſubſiſtere, praeſentis quoque & aeternae vitae nobis profutura fore ſubſidia non dubitamus. Quocirca omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque praeſentium ac futurorum devotio noverit, qualiter interventu ac petitione* Ambroſii *venerabilis* Laudenſis Epiſcopi, *necnon &* Huberti *incliti* Marchionis, *dilectique filii noſtri, ac noſtri Comitis Palatii, per hujus Praecepti paginam confirmamus ac pleniter corroboramus ſanctae Regienſi Eccleſiae, in honore Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariae, ſanctique Proſperi Chriſti Confeſſoris conſtructae, cui* Aribaldus *Reverendus* Preſul *paſtorali curâ invigilat, omnes Cortes, Plebes quoque, Abbacias, Monaſteria, Capellas, praedia, cunctas res, quas de donis Regum ſeu Imperatorum praedeceſſorum noſtrorum, ceterorumque bonorum hominum poſſidet; verùm etiam res univerſas Canonicae ejuſdem Eccleſiae, conceſſionibus, traditionibus Epiſcoporum, Privilegiis, offerſionibus, comparationibus quoque, commutationibus, Libellorum quorumcumque legalium, Cartarum conſcriptionibus, ſeu Fiothecariis, ipſe Sanctus Locus legaliter obtinuit, vel inveſtitus fuit, una cum domibus & edificiis, Eccleſiis Baptiſmalibus, Decimis, & Capellis, ac Familiis utriuſque ſexus, Aldionibus vel Aldianabus, manſis etiam veſtitis & abſentibus, terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, arboribus pomiferis & infructuoſis, inſulis, piſcariis, carectis, ſalinis, piraticis, molendinis, aquis aquarumque decurſionibus, montibus, vallibus, planitiebus, ripis, rupinis, alpibus, rivis defluentibus, omnia omnino in integrum quaecumque dici vel nominari poſſint: unde eadem Eccleſia & ſancta Regienſis Sedes hactenus inveſtita fuiſſe dignoſcitur, per confinia & terminos Lunenſium, Parmenſium, Regienſium, Mutinenſium, Cremonenſium, Mantuanenſium, Ferrarien-*

rienſium uſque in Fluvium Padum, & Zare, a terminis Buranae in Bondeno in Vadis, ſicut a Carolo Magno *per decretum Praecepti collatum, ſive eidem Eccleſie ſancitum ac determinatum fuit in integrum.* Pro ampliori quoque ſtabilimento jam fatae ſanctae Regienſis Eccleſiae Terram juris Regni noſtri, quae conjacere videtur in Civitate Regia a tribus milliariis in circuitu una cum muris & foſſatis, atque theloneo, & ſtradatico, ſeu cum ſervis vel Ancillis inibi pertinentibus, omnemque publicam functionem largimur, concedimus, atque transfundimus in jus & dominium jam praelibatae pro animae noſtrae, noſtrorumque Succeſſorum remedio, ut omnia in tempore ab omni publica exactione quieta & ſecura permaneat atque perſiſtat. *Inſuper etiam praedictae Eccleſiae per hujus noſtrae confirmationis auctoritatem confirmamus ac pleniter corroboramus Cortem, quae Luciaria vocatur, cum duabus Capellis, unam in honore Sancti Georgii antiquitus conſtructam, & alteram in honore Sancti Sixti in littore Paludano; necnon & Gajo inter Padum & Bondenum ſito, cum omnibus pertinentiis & appenditiis ſuis, ac familiis utriuſque ſexus; de qua nuper intentio inter Monaſterium Placentinum, ubi* Berta Abbatiſſa *praeeſſe videtur, in honore ſanctae Reſurrectionis, & Sancti Sixti conſtructum, & eandem ſanctam Regienſem Eccleſiam; eo quod legalibus Preceptis & ſcriptionibus ex parte Regienſis Eccleſiae in judicio oſtenſis, judicum decreto prefata Cortis de Luciaria cum Caſtro & Capellis & Gajo, omnibuſque rebus mobilibus & immobilibuſque, ac familiis utriuſque ſexus ad eam pertinentibus, ſanctae Regienſis Eccleſiae, cui pertinuit, legaliter ceſſit; & prelibata Abbatiſſa cum Advocato ipſius Monaſterii exinde audita & contenta remanſit, quia ex parte ejuſdem Monaſterii ſanctae Reſurrectionis & Sancti Sixti nullas legales firmitates oſtendere valuit. Sancimus praeterea, ut ſi quando quidem de rebus, & ipſius ſanctae Sedis familiis, ſeu omnium Clericorum ſuorum rebus vel mancipiis fuerit orta contentio, nullatenus ante praeſentiam alicujus finiatur, niſi in Pontificum praetaxatae Sedis. Concedimus denique eidem Advocatos ſive Notarios, quantos aut quales Pontifices vel Miniſtri Eccleſiae elegerint tam de ſuis quamque de alienis liberis hominibus, qui ejuſdem Epiſcopii, vel Canonice, ſeu omnium Clericorum ſuorum rerum utilitates exercere noſcuntur, abſque ulla hominis contradictione vel moleſtia, ita ut ab omni Reipublicae functione ſint abſoluti, & nil ab eis publicus Exactor exigere praeſumat, ut ſecurius ac diligentius cauſas ipſius Epiſcopii proficere valeant. Stabilimus etiam de omnibus rebus ſeu familiis, quae hactenus qualibet occaſione vel quocumque modo, ex ditione ipſius Epiſcopii vel Canonicae, ſeu Clericorum poteſtate ſubtractae noſcuntur, & circum manentes homines inquiſitio fiat, ut omnes res ipſius Sedis, & Clericorum, ad eorum redeant poteſtatem, & exinde ſe inveſtiant noſtrâ freti auctoritate, quatenus rei veritas patefacta perenniter valeat ſuum obtinere vigorem. Praecipientes quoque jubemus, ut nullus Judiciarie poteſtatis, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Scudaxio, aut quiſlibet publicus exactor, neque aliqua perſona magna vel parva, in re ipſius Eccleſiae Placitum tenere, neque in domibus ejus aut Clericorum ipſius, aliquod Manſionaticum poteſtative tollere, neque homines ejus cujuſcumque ordinis Clericos vel Laicos, liberos vel.. .... & Cartulatos, vel ſub terram ipſorum reſiden-*

fidentes, nec Servos vel Ancillas, aut Aldiones utriuſque ſexus, ad Placitum ducere, nec pignorare aut moleſtare vel flagellare praeſumat, neque de rebus ipſius Eccleſiae vel Clericorum aliquid tollere, vel Ripaticum, aut quamlibet functionem publicam a Miniſtris ejuſdem Eccleſiae exigere temptet. Sed liceat praenominata Eccleſia Regienſis cum omnibus rebus & familiis ſuis & omni Clero inibi Deo famulantibus, ad eam pertinentibus, omni tempore ſub tuitionis noſtrae munimine quiete & pacifice, remota totius poteſtatis inquietudine permanere. Si quis autem temerarius contra hoc noſtrae confirmationis, conceſſionis, ac tuitionis Praeceptum quandoque inſurgere temptaverit, & quae ſuperius ſcripta ſunt, non obſervaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras centum, medietatem Palatio noſtro & medietatem jam fatae Eccleſiae, ejuſque Pontificibus. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manibus propriis annulo noſtro inſigniri juſſimus.

Signum (✠✠) sereniſſimorum Hugonis & Lotharii Regum.

Preprandus Cancellarius ad vicem Boſonis Epiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Data IV. Idus Auguſti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXLII. Regni verò Domni Hugonis Regis XVI. Lotharii XII. Indictione XV.

Actum Papiae feliciter. Amen.

Quantam verò Caſtrorum, terrarumque copiam *Regienſes Epiſcopi* ſuae
A Eccleſiae compararint, nuſquam melius intelligas, quàm ex catalogo
eorum, quae *Bonifacius Marchio & Dux Tuſciae*, Mathildis celeberrimae
Comitiſſae pater, ab eadem Eccleſia
titulo Feudi accepit. Catalogum hunc
vide in Diſſertat. XXXVI. *de Precariis*. Aliquid (*) interno dicendum
eſt & de *Parmenſi Eccleſia*, cui Car-
B lomannus Italiae Rex, non certe
Anno DCCCCLXXII. uti ſcribit
Ughellius Tom. 2. pag. 184. Ital.
Sacr. & poſt eum Bordonius, ſed
alio aliquo Anno (modò germanum
ſit Diploma) elargitus eſt *omne jus
publicum, & teloneum, atque Diſtrictum
ejuſdem Civitatis* (Parmenſis) *& ambitum
murorum in circuitu &c.* Haec
C eadem confirmavere Parmenſibus Epiſcopis
Carolus Craſſus, Hugo, Otto
Magnus, aliique Reges aut Imperatores,
aliis etiam donis adjunctis,
prout quiſque Regum utile ſibi ducebat
Praeſulum illorum praeſidium
ac fidem mercari, dum ſeditiones ac
difficilia tempora inſtarent. Certe eo
uſque proceſſit Principum munificen-
D tia in eoſdem Praeſules, ut Comitis,
ſive Rectoris Parmenſis Urbis
auctoritate imminutâ, munus Comitis
in ipſos Epiſcopos non ad integrum
quidem agrum, ſed tamen intra
Civitatem, & extra ad tria paſſuum
millia, fuerit ab Auguſtis translatum.
Teſtem dabo Diploma Henrici
I. nondum editum, & ex Archi-
E vo Canonicorum Parmenſium deſcriptum.

(*) legendum videtur quidem *interim*, aut quid ſimile.

Henrici

Henrici I. Italiae Regis Praeceptum, quo jura Comitatus tum in Clerum, tum in reliquos homines, tam in Civitate, quàm extra per tria milliaria cum aliis Privilegiis concedit Sigefredo Epiſcopo Parmenſi, Anno 1004.

I*N nomine Sanctae individuae Trinitatis.* Heinricus *divina Chriſti pietas* Rex. *Ad hoc nos ad Regale culmen ſublimatus eſſe credimus, ut omnium maxime Eccleſiarum Dei utilitatibus conſulamus, quia ſi eas exaltaverimus, plurimùm nobis ad regalis noſtri ſtabilitatem, & ad aeternae remunerationis emolumentum proficere non ambigimus. Quapropter noverit omnium ſanctae Dei Eccleſiae fidelium, noſtrorumque, preſentium ſcilicet & futurorum ſolercia, qualiter interventu dilecti .... & peticione* Leonis Vercellenſis Epiſcopi *fidelis noſtri*, Sigefredus *ſanctae* Parmenſis Eccleſiae Epiſcopus *noſtram adiens clementiam, petiit, ut more Praedeceſſorum noſtrorum Eccleſiam ſuam perficiendo augmentaremus ex his, quae Regiae poteſtati, & publice functioni debebantur, & maxime ex his, quibus ejuſdem Eccleſiae lacerabatur, ex parte ſcilicet Comitatus: videlicet ut res & familias tam sancti Cleri ejuſdem Epiſcopii in quocumque Comitatu inventae fuerint, & cunctorum hominum infra eandem Civitatem habitantium, de jure publico in ejuſdem Eccleſiae jus & dominium & diſtrictum transfunderemus, ut deliberandi & dijudicandi ſeu diſtringendi poteſtatem haberet tam ſupradicti Cleri res & familias, quamque etiam homines infra eamdem Civitatem habitantes, & res & familias eorum, veluti ſi praeſens adeſſet noſter Comes Palacii. Nos verò conſiderantes, & commodum ducentes per ſumpti Imperii dignitatem, & per mala omnia, quae acciderint*

A *ſaepe inter Comites ipſius Comitatus & Epiſcopos ejuſdem Eccleſiae, ut lis & ſciſma preterita evelleretur, & ut ipſe Pontifex cum Clero ſibi commiſſo pacifice viveret, & ſine aliqua inquietudine oracionibus vacaret tam pro ſalute noſtra, & ſtabilitate, quàm & omnium in noſtro Regno degentium*, concedimus & largimur, & de noſtro jure & do-


B minio in ejus jus & dominio transfundimus atque delegamus Murum ipſius Civitatis, & Diſtrictum, & teloneum, & omnem publicam functionem tam infra Civitatem, quam extra ex omni parte Civitatis infra tria milliaria; nec non & integras vias & aquarum decurſus & omne territorium cultum & incultum ibi-

C dem adjacens, & omne quidquid Reipublicae pertinet. Inſuper etiam concedimus, ut omnes homines infra Civitatem eamdem habitantes, ubicumque eorum fuerit hereditas ſive adqueſtus, ſive familia tam infra Comitatum Parmenſem, quàmque in vicinis Comitatibus, nullam exinde functionem alicui Regni noſtri perſo-

D nae perſolvant, ſive alicujus Placitum cuſtodiant, niſi Parmenſis Eccleſiae Epiſcopi, qui pro tempore fuerit, ſed habeat ipſius Eccleſiae Epiſcopus licentiam, tamquam noſtri Comes Palacii, diſtringendi & definiendi vel deliberandi omnes res & familias tam omnium Clericorum Epiſcopii, quàmque & omnium homi-

E num habitantium infra praedictam Civitatem, nec non & omnium defidencium ſuper praefatae Eccleſiae ter-

terram, ſive Libellariorum, ſive Precariorum, ſeu Caſtellanorum; & ita de noſtro jure & dominio in ejus jus & dominium transfundimus, *ut nullus Marchio, Comes, Vicecomes, aut aliqua Regni noſtri magna, remiſſaque perſona exinde de predictis rebus & familiis & omnibus, que ſuperius leguntur, ſe intromittat, aut aliquam functionem inde recipere temptet. Ad........... etiam noſtri Imperii quatinus eadem Parmenſis Eccleſia nullius ſupplementi indiga videatur, permittendo concedimus ipſius loci Epiſcopo, ut habeat poteſtatem eligendi ſeu ordinandi ſibi Notarios, qui cauſas ipſius Epiſcopatus, diſcurrentes, ubicumque oportunum fuerit per praedictum Epiſcopum ſcribant Cartas, cujuſcumque voluerint teſtamenti, remotâ prohibicione vel controverſiâ Comitatus ſive Comitis, ut ſicut ex parte Comitatus harum rerum Exactores, ita ex* A *parte Epiſcopii, noſtrâ Imperiali auctoritate, ammodo in antea habeantur, omni contradictione repulſa; & ut liceat......... quiete vivere.......* Et ſi acciderit de predictis rebus & familiis ſine pugna legaliter non poſſe diffiniri, per hanc noſtri Praecepti paginam concedimus Epiſcopi Vicedomino, ut ſit noſter Miſſus, & B habeat poteſtatem deliberandi & diffiniendi atque dijudicandi, tamquam noſtri Comes Palacii. *Si quis igitur hujus noſtri Praecepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum mille Libras auri, medietatem Kamerae noſtrae, & medietatem ipſius Parmenſis Eccleſiae Epiſcopo. Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus inviolabiliterque* C *cuſtodiatur, manu propria roborantes, anuli noſtri impreſſionem inferius affigi praecepimus.*

Signum Domni Heinrici  *invictiſſimi Regis.*

Locus Sigilli (✠) cerei deperditi.

Egilbertus Cantellarius vice Wiligiſi Archicapellani recognovit.

Data II. Kalendas Junii, Anno Dominice Incarnationis MIIII. Indictione II. Anno verò Domni Heinrici Secundi Regis Secundo.

Actum in Rodo.

Quod verò uni ex Epiſcopis obtingebat conradere ex Imperatorum Regumque munificentiâ, reliquis etiam Praeſulibus, ac praeſertim vicinioribus, ſitim paria conſequendi movebat. Ac proinde non aliter factum a Cremonenſibus Epiſcopis. Hungarorum incurſionibus & crudelitati, D ineunte Seculo Chriſti Decimo, praecipue patuit ager Cremonenſis: qua calamitate etiam ad ſupremum inopiae adactus fuerat Epiſcopus & Clerus Urbis illius. Berengarius ergo Imperator, pio religionis intuitu Anno DCCCCXVI. multa Ardingo Epiſcopo Regalia contulit, quae apud

Ughellium Tom. 4. Ital. Sacr. legi poſſunt in ejus Diplomate, quamquam parùm accurate deſcripto. Adſervatur autem in Epiſcopio Cremonenſi pretioſum Regeſtum, ſeu Codex membranaceus, Ottone IV. imperante, hoc eſt, circiter Annum MCCX. ſcriptus, curâ ut arbitror, celeberrimi Epiſcopi *Sicardi*, cujus Chronicon Tom. VII. Rer. Italicarum dedi. Congeſta illic habentur praeſtantiora Diplomata ac monumenta Cremonenſis Eccleſiae ad eum uſque diem, quorum non pauca luce adhuc deſtituta eam a me identidem accepta ſunt, quando mihi olim licuit inde ſegetem non contemnendam venerandae antiquitatis, ex meis per Italiam peregrinationibus, depromere. Quae Regalia reipſa fuerint iis temporibus conceſſa Cremonenſi Epiſcopo, tam intra quàm extra Civitatem, nobis abunde explicabit Diploma Rodulfi Italiae Regis conceſſum Johanni Eccleſiae ejuſdem Epiſcopo, ut ibi dicitur ad preces *Heicardi Parmenſis Epiſcopi*, (quem Ughellius *Hercardum* appellat) *ſummique Auricularii noſtri*, hoc eſt Regii Conſiliarii.

Rodulfus Italiae Rex Johanni Cremonenſi Antiſtiti, atque illius Eccleſiae, a Paganis & peſſimis Chriſtianis deſolatae, privilegia ſarcit, & ejus jura ac bona confirmat, Anno 924.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni*. Rodulfus *divina annuente clementia* Rex. *Quoniam quidem Imperatorum & Regum conſuetudo fuit, eſt, & erit, Chriſto propitiante, diruta ſolidare, & ad ſtatum bone ordinationis dirigere, & ſanctarum Dei Eccleſiarum defenſionem illius amore, qui pro omnibus paſſus eſt, firmiter inſtâre: idcirco notum ſit omnibus fidelibus ſancte Dei Eccleſie, noſtriſque, preſentibus atque futuris, quia* Johannes *ſancte* Cremonenſis Eccleſie Epiſcopus, *noſterque per omnia fideliſſimus, innuit & retulit modeſtie noſtre per reverentiſſimum ſancte Tertonenſis Eccleſie Epiſcopum, & Archicancellarium noſtrum, nec non &* Heìcardum, *venerabilem ſancte* Parmenſis Eccleſie Epiſcopum, ſummumque Auricularium noſtrum, *quatenus, ut eumdem Johannem Epiſcopum cum omnibus facultatibus ſue Eccleſie, ſuoque Clero & Canonicis ibidem Deo famulantibus, ſuiſque Libellariis abſque proprietate conſiſtentibus, ejuſdemque Eccleſie familiis, pro Dei amore, & remedio anime noſtre, ſub noſtra Regali defenſione, & omnia jura ſue Eccleſie, & proprietates atque poſſeſſiones ſub integritate ſui, per noſtri Precepti inſcriptionem confirmare uſque in perpetuum dignaremur, ſicut juſte & legaliter inferius fuerit declaratum. Nos autem ad eamdem Eccleſiam a Paganis, & quod magis eſt dolendum, a peſſimis Chriſtianis deſolatam, multiſque calamitatibus & miſeriis attritam, intelligentes, & prefati Epiſcopi Johannis fidelitatem intuentes, conſilio predictorum Epiſcoporum libenter annuimus, atque pretitulatam Eccleſiam cum ſuo Epiſcopo, ſuoque Clero, ſuiſque Libellariis & familiis, ſub noſtra tuitione precepimus, & omnia ſua queque juſto moderamine confirmavimus.* Precipientes & omnimodis ſtatuentes, ut nullus Dux, Comes, Vicecomes, Sculdaſio, Decanus, aut aliqua publice partis perſona infra muros & foſſatos pretitulate Eccleſie, & prediis ejus atque

A atque Caſtellis & Curtibus, Titulis, Cellis, atque Plebibus, Placitum cuſtodiat, aut aliud aliquod contra Pontificem ejuſdem Eccleſiae agat. Curaturam denique & teloneum, quod injuſte ad partem publicam exigebatur de infra muris & Civitate, ad prenominatam Eccleſiam pertinentibus, ſimul cum annuali Mercato & Curaturâ, que dicitur Sancti Nazarii, prout bone memorie Berengarius Imperator & Predeceſſor noſter eidem Eccleſie conceſſit & reſtituit, cum omni publica functione concedimus & confirmamus ipſi ſancte Cremonenſi Eccleſie. *Piſcariam quoque, ſicut per Precepta eadem Eccleſia poſſidet, a loco ſcilicet, in quo Addua in Padum defluit, cum omnibus Inſulis & Pollitinis in Padum exiſtentibus, ſeu & molendinis, atque Ripaticum uſque ad Portum de Vulpariole, de eâdem Eccleſia pertinente, ſimul cum terra poſita infra eamdem Civitatem, que olim pertinuit de Curte juris Regni noſtri, que dicitur Sex-pilas ex integro, prout jam nominatus Berengarius Imperator eidem Eccleſie tribuit, concedimus, & per omnia ipſi ſancte Cremonenſi Eccleſie confirmamus. Ad habendum, tenendum, & quicquid Epiſcopus ejuſdem Civitatis, qui pro tempore fuerit, ad utilitatem ejuſdem Eccleſie voluerit, faciendum. Sancimus preterea, & Regali noſtra auctoritate decernimus, ut Libellarii & manentes pretaxate Eccleſie, qui abſque proprio ſunt, & proprium non habent, Placitum non celebrant publicum. Et ſi aliqua fuerit horta contentio, & adclamati fuerint, volumus & determinamus, ut cum Epiſcopo ſepe dicte Eccleſie, aut cum ſuo Miſſo ad Placitum pergant, & legem faciant atque recipiant omni mala, & publica occaſione ſopita, penituſque remota. Interea precipiendo precipimus, ut quicquid telonei aut curature exigi poſſit a negotiatoribus, eandem Civitatem adeuntibus, nemo publicus Miniſterialis exinde ſe intermittat, aut inventa occaſione aliud aliquid infra aut extra muros tollat, ſet pars prenominate Eccleſie eandem curaturam & teloneum, per hanc noſtram auctoritatem & conceſſionem, extra & infra muros ejuſdem* B *Civitatis ad partem pretaxati Epiſcopii, tollat & vindicet abſque tocius poteſtatis contradictione. Denique negotiatores ejuſdem Civitatis inſidioſe contra prefatam Eccleſiam agere temptantes, ſi voluerint Portum predicte Eccleſie diſſolvere, & diabolica ſuaſione in alia aliqua parte tranſmutare, divino amore ſuccenſi funditus hoc contradicimus: ſed* C *ſicut jam nominatus Johannes Epiſcopus eandem Eccleſiam de eodem Portu inveſtitam invenit, ita uſque in perpetuum preſenti deliberatione teneat & poſſideat; & quoſcumque & quantoſcumque inibi Epiſcopus, qui pro tempore fuerit, advenire & mercari cum qualicumque negotio abſque omni contradictione recipiat, & negotiari dimittat, ſalvo &* D *non temerato jure ſue Eccleſie. Si quis igitur hoc noſtre conceſſionis & confirmationis Preceptum infringere temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras centum, medietatem Camere noſtre & medietatem predicte Eccleſie ſuiſque Pontificibus. Quod ut verius credatur & diligentius obſervetur, manu propria roborantes, & anulo noſtro* E *ſubter juſſimus inſigniri.*

Signum (✠) Domni Rodulfi incliti Regis.

Manno Cancellarius ad vicem Beati Epiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Data V. Kalendas Octobris, Anno Dominice Incarnationis DCCCCXXIIII. Domni verò Rodulfi sereniſſimi Regis in Burgundia XV. in Italia III. Indictione XIII.

F 2 *Actum*

Actum in Pratis de Grannis in Chriſti nomine feliciter. Amen.

Eadem autem Regalia *Olderico Cremonenſi Epiſcopo* confirmata videas in altero Diplomate Ottonis Magni Imperatoris, quod ex ſupra laudato Re-

A geſto olim deſcripſi, atque heic adtexendum cenſui. Inde verò inter alia diſcas, Oldericum, ſeu Odelricum, Liutprando celebri Hiſtorico non circa Annum DCCCCLXXX. ut ſuſpicatus eſt Ughellius, ſed longe antea in Epiſcopatu ſucceſſiſſe.

Otto I. Imperator Olderico Cremonenſi Praeſuli ejuſque Eccleſiae, privilegia & jura confirmat, Anno 973.

IN *nomine ſancte & individue Trinitatis.* Otto *Dei favente pietate* Imperator Auguſtus. *Si locis &c. noverit univerſitas*, Oldericum *venerabilem ſancte* Cremonenſis Eccleſie Antiſtitem, *obtentu* Adeleid noſtre Conjugis & conſortis noſtri Imperii, *celſitudinis noſtre clementiam adiiſſe, humiliter poſtulans, quatinus pro Dei amore, noſtrique imperii ſalute, noſtra Imperiali auctoritate precepta a Deceſſoribus noſtris, ſcilicet* Karolo, *atque* Lodovico, *necnon &* Berengario *magnificis* Imperatoribus, *ſue Eccleſie conceſſa confirmaremus. Cujus dignis peticionibus annuentes, prout juſte & legaliter poſſumus*, concedimus atque per hujus noſtre auctoritatis paginam confirmamus & corroboramus eidem ſancte Cremonenſi Eccleſie quicquid curature, telonei, aut portatici, aliquo ingenio de jam fata Cremonenſi Civitate ad publicam functionem pertinuit, tam de parte ipſius Civitatis Comitatus, quàm de parte Curtis Sex-pilas, nec non ripam cum menibus & turribus ipſius Civitatis, *ſeu etiam omnia, que a jam dictis Anteceſſoribus noſtris Eccleſie ipſius Epiſcopatus precepta donationis & confirmationis ſunt conceſſa, nominative* circa Civitatem undique per quinque miliariorum ſpatia. *Eo videlicet ordine, quo ipſe Odelricus venerabilis Epiſco-*

B *pus, ſuique Succeſſores per hoc noſtrum pracmaticon tam noſtris quàm noſtrorum Succeſſorum temporibus univerſa, que pretaxate Eccleſie ſive per Precepta, ſive per ſcriptiones aliquas, ſeu quoquomodo devenerunt, de quibus nunc inveſtita dinoſcitur, ad communem utilitatem ejuſdem Eccleſiae & fratrum, quiete ac pacifice teneant, firmiterque poſ-* C *ſideant, omnium ſancte Dei Eccleſie fidelium remotà contrarietate. Statuimus etiam per hanc noſtram Imperialem juſſionem, quod ſi Precepta, alieque ſcriptiones ipſius Eccleſie incendio, latrocinio, ſive quolibet ingenio alio ſublata fuerint, ſi Advocatus Epiſcopi cum tribus Sacramentalibus, quod hac ratione eas amiſiſſe auſus fuerit affirmare, ita* D *illum licead per hoc noſtrum Preceptum defendere, tamquam ſi ipſas ſcriptiones preſentialiter haberet. Si quis igitur &c.*

Signum (✠) *Domni Ottonis Imperatoris ſereniſſimi Auguſti.*

Petrus Cancellarius ad vicem Huberti Epiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Datum V. Kalendas Aprilis, Anno Dominice Incarnationis DCCCCLXXIII. E *Indictione I. Imperii Domni Ottonis XII. item Ottonis VI.*

Actum Quintileburg, feliciter.

Exploratum praeterea habemus ex aliis monumentis, conceſſum fuiſſe eiſdem Cremonenſibus Epiſcopis *diſtrictum.*

ſtrictum ſuae Civitatis intra & extra per quinque milliariorum ſpatia, ac omnia Parti Publicae quondam pertinentia. Quibus verbis nemo non intelligit ſignificari jura Comitum in Epiſcopos translata; neque enim aliud *diſtrictus* ſonat, quam jus & facultatem coërcendi ſecundùm ſtatuta Legum ſontes, & judicandi, & multas imponendi; quod Comitum erat. Ejuſdem juris in Antiſtitem Cremonenſem translati teſtes erunt tabulae, quas ex eodem Regeſto Epiſcopii Cremonenſis deſcripſi.

A

Henricus II. Germaniae & Italiae Rex Eccleſiae Cremonenſi omnia illius bona & jura confirmat, Anno 1004.

IN *nomine Sancte & Individue Trinitatis.* Henricus *divina favente miſericordia* Francorum & Longobardorum Rex. *Quoniam noſtrum eſt, Eccleſiarum Dei curam ſolicite gerere, & in cunctis utilitatibus eiſdem vigilantius ſubvenire modis, quibus poſſumus, hujuſmodi ſemper volumus & optamus precipue officio deſudare. Quapropter notum ſit omnibus noſtris fidelibus, preſentibus & futuris, nos karitate Dei, & dilecte* Regni noſtri conſortis Conigundae *gratiſſimo interventu, queque Precepta, que ab Anteceſſoribus noſtris, maxime* Primo, Secundo, & Tercio *ſanctiſſimis & invictiſſimis* Auguſtis Ottonibus, *Eccleſiae Cremonenſis largitate conceſſa eſt confirmata ſunt, cum omnibus, que continentur in illis,* cum ripa videlicet, & curatura, teloneo, & diſtrictione ejuſdem Civitatis infra, & extra per quinque miliariorum ſpacia, *noſtri Brecepti auctoritatem concedendo prefate Ecleſie donaſſe, confirmaſſe, & roboraſſe, eâ videlicet ratione, ut nullus Dux Marchio &c.*

Signum (✠) *Domni Henrici ſereniſſimi & invictiſſimi Regis.*

Egubertus Cancellarius vice Wiligiſi Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

B

Data VII. Idus Octobris, Indictione II. Anno ab Incarnatione Domini MIIII. Anno verò Domni Henrici Secundi Regis III.

Datum in Agilburgo, feliciter.

Verùm, uti prodit Charta ab Ughellio producta Tom. 4. Ital. Sacrae, Eccleſiaſticum Comitem hunc, ſive Praefectum Urbis Epiſcopum, aegre ferebant Cives Cremonenſes: ac propterea, non tantùm illius ditionem, ſed ipſum quoque Ubaldum Antiſtitem circiter Annum MXXX. abjecere, eumque contumeliis non paucis onerarunt, ejus etiam praediis & Caſtris nonnullis deteſtando furore vaſtatis. Ad Conradum I. tunc imperantem ſuas querelas detulit Ubaldus, atque in eam rem graviſſimum decretum impetravit, ab Ughellio ipſo evulgatum. Sed quoniam Cives adhuc refractarii ſegnes ſe ad reſarcienda damna illata praebebant, iterum ad eos Epiſtolam dedit Conradus Auguſtus, quam e praelaudato Cremonenſis Epiſcopii Regeſto a me deſcriptam ſubdere placet, ut ex poſtremis illius verbis luculentius intelligas, quae tum foret Cremonenſium Praeſulum auctoritas & ditio.

C

D

E

Literae

Literae Conradi I. Imperatoris ad Cives Cremonenſes, ut Epiſcopo Cremonenſi, de quibuſdam querelis ſatisfaciant, circiter Annum 1031.

CHuonradus *gratiâ Dei* Romanorum Imperator Auguſtus, *omnibus Civibus Cremonenſibus ſalutem. Volumus & firmiter jubemus*, ut pecuniam, quam promiſiſtis veſtro Seniori Epiſcopo pro Scaccho & incendio & preda, quam feciſtis ſuper illius Caſtella, adimpleatis, *ſi de noſtra gratia curatis*. Terram verò Eccleſie, ſicut Landulfus Epiſcopus tempore Domni Imperatoris Henrici tenuit, volumus, ut iſte veſter Senior ſimiliter quietè teneat. *De Silvis autem Eccleſie, que in circuitu ſunt, unde illi cottidie contrarium facitis, & utimini contra ejus voluntatem, jubemus, ut non vos amplius intromittatis, ſi talem cenſum ei non dederit, ſicut Mediolanum & Papia atque Placentia. Oſbertum, neque illius pares, contra voluntatem veſtri Senioris, nullo modo teneatis, ſi unquam gratiam noſtram habere cupitis*. Homicidas & latrones, qui infra Civitatem ſunt, de quibus Epiſcopus legem & juſtitiam facere vult, per rectam fidem ante preſentiam ejus conducatis, & eos legaliter judicare adjuvetis.

Neque tamen exinde fractus aut delinitus fuit Civium Cremonenſium averſus ab eo Epiſcopo animus: nam quoties ad Placitum, ſive ad publica Judicia, quae indicere atque habere ſpectabat ad Epiſcopum Comitem, ii convocabantur, ſpretâ illius auctoritate, pauci aut nemo accedebat. Itaque ut huic vulneri mederetur, Adalgerius Cancellarius & Miſſus Henrici III. Germaniae ac Italiae Regis, poſtea Imperatoris II. ad eoſdem Cremonenſes literas dedit, quas ex ſupra memorato Regeſto deductas publici juris facio.

Literae Adalgerii Cancellarii & Miſſi Henrici III. Regis, poſtea Imperatoris II. ad Populum Cremonenſem, quibus praecipit, ut quicumque ad Placitum vocentur a Cremonenſi Epiſcopo, obediant, circiter Annum 1044.

ADalgerius Cancellarius & Miſſus *glorioſiſſimi & piiſſimi* Regis Henrici, *omnibus Militibus, Vavaſſoribus, omnique Populo in Epiſcopatu Cremonenſi, ſeu in Comitatu habitantibus, necnon cunctis Civibus tam majoribus quàm minoribus; ex parte Senioris noſtri, quaſi ex ore ſuo, cujus vice in Regno ſumus, precipiendo jubemus*, ut quacumque die vel tempore Hubaldus Cremonenſis Epiſcopus Placitum tenere voluerit, omnes communiter conveniatis, & per eum, ſicut rectum & juſtum eſt, vos conſtringatis. *Si quis autem ita rebellis extiterit, ut venire ad Placitum ab eo condictum noluerit, aut per eum conſtringi recuſaverit, ſciat ſe compoſiturum auri Libras duas, medietatem Camere Senioris noſtri Regis, & medietatem predicto Hubaldo Epiſcopo. Inſuper quoque ex Regali auctoritate omnibus*

bus precipimus, ut omnes adjutorium jam dicto Epiſcopo unanimiter preſtetis contra eum, qui Diabolica ſuaſione ad ejus Placitum venire, ſeu per eum diſtringi noluerit: *& qui adjutorium inde Epiſcopo ſupradicto conferre diſtulerit, penâ ſuperius dicta damnetur. Ideo autem hanc penam poſuimus, quia* in nullo Epiſcopatu tantas lamentationes invenimus, unde Epiſcopus legem nequaquam facere potuiſſet.

Adalgerius Cancellarius ac Miſſus Regis *firmavi*.

Quae verò hactenus diſſerui de paucis hiſce Eccleſiis, ad alias Italiae non paucas referre, non injuriâ, poſſis; immo & ad Germanicas, Gallicas, Anglicas &c. Ubique enim aemulatione conceptâ, & inito, ut ita dicam, foedere, quantum conſilio donis, ac viribus potuere Epiſcopi, ſinguli curarunt, ut cum ſpiritali Civitatum aut ſaltem Caſtrorum ditione, ſecularem quoque conjungerent, Comitibus Laicis eliminatis, aut eorum auctoritate conciſâ, & ad ſe translatâ. Quare nullus olim Epiſcopus fuit, qui Caſtrum a- A liquod, immo complura, plena poteſtate ſibi ſubjecta non haberet. Complures etiam ex iis, inter quos praecipue numerandi ſunt Aquilejenſis Patriarcha, Mediolanenſes, & Ravennates Archiepiſcopi, Epiſcopi Placentinus, Laudenſis, Aſtenſis, Bergomenſis, Novarienſis, Taurinenſis, aliique Italici Praeſules, ipſarum quoque B Civitatum *Comitatum* ſibi ab Auguſtis conquiſierunt. Ego ne Lectorem nimiâ exemplorum copiâ fatigem, non inutile duxi, tria monumenta vetuſtatis tantùm adjicere, quae ex antiquo exemplo adſervato in Archivo Primatialis Eccleſiae Piſanae olim deſcripſi. Nempe illic occurrunt controverſiae, quae olim viguere C inter Epiſcopos & Comites Gebennenſes, ſive Genuenſes ad Lacum * Lemannum, cauſsâ Regalium, quae ſibi utrique aſſerebant. Prima Charta complectitur Diploma Friderici I. Auguſti conceſſum Arduccio Genevenſi Epiſcopo, quod quamquam Guichenonius Centur. 2. Capit. 35. Bibliothec. Sebuſian. ediderit, libenter, D ut ominor, a me rurſus accipient Lectores, caſtigatius nempe & plenius, quàm apud illum.

Friderici I. Romanorum Regis Diploma, quo omnia jura confirmat Epiſcopo Gebennenſi, ejuſque Eccleſiae, Anno 1153.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis*. Fridericus *divina favente clementia* Romanorum Rex ſemper Auguſtus. *Quamvis omni petitioni, quae ad uſus hominum ad utilitatem ſpectat Eccleſiarum, ex culmine Regie dignitatis dignum ducamus acquieſcere, precipue tamen hiis obſecundare proponimus, quibus & in adverſis ſicut & in proſperis idem nobiſcum eſt animus. Igitur omnium tam futurorum quàm preſentium Chriſti, Regnique fidelium,* E *in perpetuum ſolers noverit induſtria, quod venientem ad Curiam noſtram dilectum noſtrum* Arducium *venerabilem* Gebennenſem Epiſcopum, *ſicut tamtum Principem noſtrum decuit, benigne recepimus, & in hiis, que ad donum Regie majeſtatis ſpectabant, Imperiali ſceptro eum promovimus. Deinde pie petitioni ipſius clementer annuentes, quecumque bona vel poſſeſſiones Eccleſia*

ſuae

ſua Gebennenſis poſſedit, aut in preſentiarum poſſidet, vel in futuro largitate Regum, ſeu oblatione aliorum fidelium poterit adipiſci, Regia auctoritate ejuſdem Eccleſie uſibus in perpetuum profuturis confirmamus, & preſentis Privilegii ſcripto, tam prefato Epiſcopo quàm Succeſſoribus ſuis corroboramus. Statuentes, ut nulla magna vel parva perſona hanc noſtram confirmationem infringere preſumat. Sed ſi quis, quod abſit, contumaciâ ductus, hujus noſtre corroborationis pagine temere contrahire temptaverit, Regali banno ſubjaceat, & decem Libras auri in compoſitione perſolvat, medietatem Camere noſtre & medietatem jam dicte Eccleſie. Et ut hec omnia in poſterum tempore rata & inconvulſa permaneant, preſenti pagine Sigilli noſtri impreſſione munita. Teſtes ſubter notari fecimus, quorum nomina ſunt hec:* Umbertus Biſuntinus Archiepiſcopus: Ordebertus Baſilienſis Epiſcopus: Amedeus Lauſanevſis Epiſcopus: Gonterus Spirenſis Epiſcopus: Anſelmus Hawelbergenſis Epiſcopus: Stephanus Machenſis Epiſcopus: Welpho Dux Spoleti: Matheus Dux Lotharingiae: Fredericus Dux Suevorum: *Federicus Palatinus de Thimugen:* Hermannus Marchio de Baden: Hugo Comes de

A

Alfaſs. Theodericus Comes de Monte Beligardis, *& alii quamplures, quos annumerare ſuperfluum duximus.*

Signum Domni Frederici (✠) *Romanorum Regis invictiſſimi.*

Ego Heitholphus Cancellarius vice Arnoldi Maguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Datum Spire XVI. Kalendas Februarii Anno Dominice Incarnationis MCLIII. Indictione II. Regnante Domno Frederico Romanorum Imperatore glorioſo, Anno verò Regni ejus Secundo.

B

Quum verò ſimultates & controverſiae non leves de Regalibus inſurrexiſſent inter ſupra memoratum *Arduccium* ſive Ardicium *Epiſcopum, & Bertholdum Ducem de Zeringhen, & Amedeum Comitem Gebennenſem:* res delata eſt ad eumdem Fridericum Primum, qui ſententiâ in hanc cauſſam emiſsâ, decrevit, quae magis ſibi viſa ſunt conſentanea rationi. Ex eodem Tabulario Primatialis Piſanae hoc ipſum Decretum deſumſi, in quo copiam ingentem Epiſcoporum & Principum ejus aevi videas nominatam, quod nempe tunc generalis Curia haberetur a Friderico *apud Pontem Laonem.*

C

D

Friderici I. Imperatoris decretum, quo Ardicium Gebennenſem Epiſcopum contra Bertholdum Ducem de Zaringen, & Amedeum Comitem Gebennenſem, Regalia & poſſeſſiones illius Eccleſiae occupantes, tuetur, eique omnia reſtituenda decernit, Anno 1162.

FRidericus *Dei gratiâ* Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, *fidelibus ſuis, univerſo Clero Gebennenſi, & omnibus Caſatis & Militibus & Burgenſibus atque Civibus, & ceteris omnibus tam minoribus quàm majoribus*

E

ad Epiſcopatum Gebennenſem pertinentibus, gratiam ſuam & omne bonum. Veniens ad noſtre majeſtatis preſentiam Ardicius Gebennenſis Epiſcopus in generali Curia noſtra apud Pontem Laonem, ubi fere omnes Imperii noſtri

ſtri Principes convenerant, *gravem querimoniam nobis expoſuit, quod videlicet* Dux Bertholdus de Ceringhem, & Comes Gebennenſis Amedeus, Epiſcopatum Gebennenſem, cui praeeſſe dignoſcitur, violenter invaſerunt, & Regalia omnia injuſte ſibi abſtulerunt. *Epiſcopo igitur inſtante & juſtitiam propenſius a nobis poſtulante, a dilecto noſtro* Henrico Wirziburgenſi Epiſcopo *judicium conquiſivimus, utrum* conceſſio illa de Regalibus Gebennenſis Eccleſie, *quam Duci Bertholdo feceramus, ſtare poſſet vel deberet. Inde Wirziburgenſis Epiſcopus, communicato cum Archiepiſcopis & Epiſcopis, ceteriſque Principibus conſilio, ſententiam ſuam cum laudamento & aſſenſu communi in preſentia noſtra protulit, quod poſt primam Inveſtituram factam in Epiſcopum Gebennenſem, in aliam perſonam transfundere non liceret, & conceſſio Duci facta nullatenus rata eſſe poſſet, quod juxta noſtram inquiſitionem ab omnibus approbatum eſt. Inde eſt, quod ex indito illam donationem, quam Duci Bertoldo feceramus, penitus caſſavimus & irritum reduximus; & donationem, quàm Epiſcopo Gebennenſi & Eccleſiae ſuae feceramus, Imperiali auctoritate ita confirmamus*, quod poſt noſtram Majeſtatem nullus habeat dominium in Eccleſia Gebennenſi, niſi ſolus Epiſcopus. *Praeterea cum praedictus Epiſcopus* reſtitutionem in Regalibus, & *in poſſeſſionibus Eccleſiae inſtantius poſtularet, dilectus conſanguineus noſter* Marchio Albertus de Saxonia *requiſitus a nobis de judicio reſtitutionis, hanc ſecundam ſententiam affirmantibus univerſis Principibus in medium promulgavit:* quod praefatus Epiſcopus per mandatum noſtrum in ipſis Regalibus & in ceteris poſſeſſionibus Eccleſiae in integrum debeat reſtitui: & Dux Bertholdus, atque

A Comes Gebennenſis noſtrâ praeceptione eſſent cohercendi, quod deinceps de Regalibus, & de poſſeſſionibus Gebennenſis Eccleſiae nullo modo ſe intromitterent, & univerſa ablata ex integro reſarcirent. *Ea propter hoc ordine judiciario rite completo, praefato Duci & Comiti Gebennenſi, edicto Imperiali praecipimus*, quatenus infra

B terminum competentem univerſa ablata Epiſcopo & Eccleſiae cum omni integritate reſtituant, & de cetero Epiſcopum vel Eccleſiam inquietare atque moleſtare deſiſtant. *His igitur ordinaliter ad finem perductis, dilectum & honorabilem Principem noſtrum, Ardicium venerabilem Epiſcopum veſtrum Eccleſiae & Univerſitati veſtrae cum*

C *plenitudine gratiae noſtrae & honoris ſui remittimus, mandantes omnibus vobis, & ſub obtentu gratiae noſtrae firmiter praecipientes, quatenus eum, ſicut Dominum & Epiſcopum veſtrum cum pleno honore benigne ſuſcipiatis, dignamque reverentiam & debita ſervicia ei de cetero impendere & exhibere ſtudeatis. Adjicientes quoque jubemus,*

D *& noſtra pragmatica conſtitutione ſancimus, ne de cetero aliqua perſona magna vel parva, Secularis vel Eccleſiaſtica, dilectum noſtrum Ardicium Epiſcopum Gebennenſem in hac reſtitutione noſtra ſeu confirmatione, nec in Regalibus, ſive in poſſeſſionibus Gebennenſis Eccleſiae inquietare, aut aliquo modo gravare praeſumat. Si quis verò con-*

E *tra hujus noſtri Praecepti paginam temere venire praeſumpſerit, mille Libras auri pro poena componat, medietatem Fiſco noſtro, & medietatem praefato Epiſcopo Gebennenſi & ejus Eccleſiae. Hujus autem noſtrae conſtitutionis & confirmationis teſtes ſunt quamplurimi Principes Imperii: quorum nomina haec ſunt:* Conradus Maguntinus Archiepiſcopus: Raynaldus Colonienſis Archie-

Archiepiſcopus: Ulricus Aquileyenſis Patriarcha: Hillirius Treverenſis Archiepiſcopus: Serachius Lugdunenſis Primas & Archiepiſcopus: Stephanus Viennenſis Archiepiſcopus: Walcherus Viſuntinus Archiepiſcopus: Narchuntus Bremenſis Archiepiſcopus: Wilelmus Ebredunenſis Archiepiſcopus: Guido Ravennas Archiepiſcopus: Henricus Wirziburgenſis Epiſcopus; Girardus Bambergenſis Epiſcopus: Henricus Leodienſis Epiſcopus: Hermannus Verdenſis Epiſcopus: Hermannus Conſtancienſis Epiſcopus: Conradus Wormacenſis Epiſcopus: Conradus Auguſtenſis Epiſcopus: Gotefredus Trajectenſis Epiſcopus: Gero Alverſtacenſis Epiſcopus: Hermannus Hildeveſemenſis Epiſcopus: Evergiſus Paderbonenſis Epiſcopus: Johannes Marſebergenſis Epiſcopus: Udo Gicenſis Epiſcopus: Daniel Pergenſis Epiſcopus: Brandeburgenſis Epiſcopus: Halverbergenſis Epiſcopus: Mambruggenſis Epiſcopus: Ffirus Papienſis Epiſcopus: Cremonenſis Epiſcopus: Aycardus Parmenſis Epiſcopus: Anſelmus Aſtenſis Epiſcopus: Vercellenſis Epiſcopus: Novarienſis Epiſcopus: Pergamenſis Epiſcopus: Aquenſis Epiſcopus: Albenſis Epiſcopus: Terdonenſis Epiſcopus: Concordienſis Epiſcopus: Garſendonius Mantuanus Epiſcopus: Henricus Gumanus Epiſcopus: Gratianopolitanus Epiſcopus: Vipicenſis Epiſcopus: Vivarienſis Epiſcopus: Avinionenſis Epiſcopus: Hermannus Herferdenſis Abbas: Augienſis Abbas: Erlebaldus Abbas Stabulenſis: Abbas Sancti Galli: Eglolphus Morbacenſis Abbas: Salſenſis Abbas: Virzeburgenſis Abbas: Lauriſamenſis Abbas: Henricus Dux Bavariae & Saxoniae: Marchio Albertus: Fredericus Dux Suevorum: Lodovicus Langravius: Otto Palatinus Comes de Unytheliſboch & fratres ejus: Fredericus & Otto Marchio: Otto Miſnienſis: Marchio Teodericus: Comes Theco: Dipoldus Dux Boëmiae: Albertus Palatinus de Sumaſſabrenn: Hermannus Dux Karintiae: Gotefridus Dux Lovaniae: Luduicus Comes Lonenſis: Gotefridus Comes Durachienſis: Comes Albertus: Comes Curardus: Willelmus Marchio Montisferrati: Opizo Marchio Malaſpina, & fratres ejus: Wido Comes Blandratenſis, & alii quamplures.

Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCLXII. Indictione X. regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore victorioſiſſimo, Anno Regni ejus Decimo, Imperii verò Septimo.

In Archiepiſcopatu Biſuntino apud Pontem Laone ſuper Senam Septimo Idus Septembris.

Sed ne ſic quidem finis factus ejuſmodi contentionibus. Quare ſub *Arduino Epiſcopo* ex utriuſque partis conſenſu delecti fuere *Robertus Archiepiſcopus Viennenſis* & *Hugo Abbas Bonaevallis*, ut eaſdem poſtremo calculo dirimerent, ſive componerent. Quam illi ſententiam eâ occaſione tulerint, ad Hiſtoriam Genevenſis Civitatis perutilem, accipe ex ſubſequenti Charta, cujus exemplum mihi ſuppeditavit ſupra laudatum Tabularium Primatialis Piſanae.

Senten-

Sententia lata inter Arduinum Epiſcopum Gebennenſem, & Guilielmum Comitem Gebennenſem de bannis, juriſdictione, & Regalibus Civitatis Gebennenſis, Anno 1183.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego* Robertus Viennenſis Eccleſiae Archiepiſcopus, *& ego* Hugo Abbas Bonevallenſis, *cauſe, que vertebant inter* Arduinum Gebennenſem Epiſcopum, & Willelmum Comitem *delatione utriuſque partis cognitores conſtituti: recepto etiam jurejurando a Comite, & firma promiſſione in verbo veritatis ab Epiſcopo, & multis ex utraque parte receptis obſidibus, eandem controverſiam de bannis & juſtitiis Gebennenſis Eccleſiae, & de hominibus adventitiis, vel aliis ad eandem Civitatem pertinentibus, ordine judiciario terminavimus in hunc modum. Exhibitis nobis ab Epiſcopo ſcriptis, primùm quidem glorioſi Domini noſtri* Imperatoris Frederici *de Regalibus ejuſdem Civitatis, per judicium in ſolenni Curia habitum, & ejuſdem Domini noſtri Sigillo, cum maximorum & plurimorum teſtium ſubſcriptione firmatum, eidem Epiſcopo reſtitutis & confirmatis; ac deinde........ tranſactionibus inter* Epiſcopum Humbertum Gebennenſem, *&* Comitem Aymonem, *& inter eum, qui nunc praeeſt.......* & Comitem Amedeum, *factis, & ſigillis predicti Humberti, Comitiſque Aymonis primo ſcripto firmato: ſecundo quoque firmato ſigillis venerabilium* Archiepiſcoporum Eraclii Lugdunenſis, *&* Stephani Viennenſis, *ydoneis etiam teſtibus multis de veritate eorumdem Scriptorum, & formâ tranſactionum: ſimiliter etiam de tranſactione, per venerabilem* Archiepiſcopum Petrum Tharentaſienſem, *poſtmodum factâ; diligenter examinatis atque ſuſceptis legi-*

A *timę allegationibus etiam utriuſque partis cum omni diligentia auditis atque diſcuſſis: Reſidentibus nobiſcum venerabilibus* Epiſcopis Johanne Gratianopolitano, Lamberto Manriaſi, Petro quondam Manriaſi, *& dilectis filiis noſtris Abbatibus G. Altecumbano, J. Alpenſi Stameſtenſi, G. Habundanciano, W. de Syr, J. Intermontano, Bro. o-*
B *lim Abbate Sancti Mauricii, Prioribus quoque Cartuſienſis Ordinis de Rapauſatorio, de Valone, de Pomerio. De conſilio & aſſenſu eorum juſtitiâ mediante decrevimus, ut earumdem Cartarum auctoritas inviolabiliter perſeveret, & per omnia fides debeat adhiberi. Adjudicamus proinde, & firma auctoritate precepimus, ut recordationes olim factae*
C *per homines Epiſcopi & Comitis Gebennenſis, & eorumdem juramento firmate inviolabiliter in perpetuum obſerventur, quas cognovimus tales fuiſſe.* Bannum....... Geneve in omnibus & per omnia ſolius Epiſcopi eſſe: Juſtitiam & dominium cujuſcumque ſit homo, ad Epiſcopum ſ....... titias quoque per annum & diem
D Gebennis moram fecerit, ſolius Epiſcopi eſſe. *Et Comes in tota Geneva nullos homines capere debet.* Hoſpitalitatem, Placitum generale, forationes vini, & omne ripale Coroadani, & mutationes domorum, ſi dominus mortuus fuerit, debet ut dominus poſſidere. Forum totius Ville, & juſtitiam fori, ſimiliter ſolius Epiſcopi
E eſſe. Pedagium & paſcua ſolius Epiſcopi ſimiliter. *Comes quoque per ſe vel per aliquem de ſuis paſcuis Gebennenſibus nullas equitaturas capere debet.*

bet. Monetam in manu Epiſcopi eſſe: & ſi Monetarii falſam (*quod abſit*) Monetam fecerint, nonniſi juſſu Epiſcopi Comes juſtitiam faciat. Si quis verò latro captus fuerit, ipſum & omnia ejus Epiſcopus habere debet. *Si autem Epiſcopus eundem latronem dampnare voluerit, Comiti reddat, & juſtitiam faciat*. Statio Comitis Gebennenſis in cognitione Epiſcopi ſit, *ita tamen ut Comes & familia ejus Eccleſiae, & Civibus & Eccleſiaſticis rebus non noceant. Et vadimonia ſua per vim alicui non ponat: & cum receſſerit niſi ad pacem creditor non dimittat. De cetero ſuper muro novo, quem Guillelmus Comes conſtruxerat extra Caſtrum, per legitimos teſtes coram nobis probatum eſt, quod reverentiſſimum virum ſupradictum* Archiepiſcopum P. Tarentaſienſem *in tranſactione per eum facta inter Epiſcopum Arduinum Gebennenſem & Comitem Amedeum, diffinitum eſt, ac ſub excommunicatione probibitum .... veterem aliquis uſquam murum conſtruerent, & conſtructum extra veterem dimolirentur. Propter quod eſt diffinitum, ut idem murus dimoliatur, & nullus contra predictam tranſactionem, & tanti Pre...... extra veterem murum Caſtri deinceps edificetur. Allegavit revera Comes Willelmus juſtitias....... multorum ſe per longa tempora, & partem ſuam accepiſſe & tenuiſſe. Quod Epiſcopus & Gebennenſis Eccleſia non confitebatur, & quod per tranſactionem factam primo inter Humbertum Epiſcopum & Amedeum Comitem coram Viennenſi Archiepiſcopo, poſtmodum etiam ſecundo per tranſactionem factam inter Amedeum Comitem & Arduinum Gebennenſem Epiſcopum coram venerabilibus Archiepiſcopis Lugdunenſi & Viennenſi; tertio & coram Tarantaſienſi ita expreſſum fuit, poſt excommunicationem factam de muro, ut* A *ſupra dictum eſt, ut priora Placita inviolabiliter teneantur, longeva illa poſſeſſio etſi eſſet interrupta .... ei non poſſe prodeſſe judicamus. Et in omnibus ſicut ſupra dictum eſt, Bannum totius Genevae, & reliqua ſuperius ſcripta patres noſtri ſupraſcripti Eccleſiae Gebennenſi adjudicaverunt, & ipſe Guillielmus Comes totius Civitatis dominium ad Gebennenſem Eccleſiam confeſſus eſt,* B *& quod ibidem habet, ab Epiſcopo teneat. Additum etiam in ſententia, quod Comes Willelmus contra omnem rationem occaſione terminum in quoſdam regulares Clericos etiam manus injecerat, & in Eccleſiarum patrimonia, ne amplius occaſione criminis, furti, homicidii, vel alterius in regulares, vel Ec-* C *cleſiarum patrimonia, vel in bonis mobilibus manus iniciat, vel faciat inici; Clericos etiam ſeculares, qui ſunt in Gebennenſi Comitatu, donec culpa ante Epiſcopum manifeſtata fuerit & probata ...... fuerint, vel degradati.*

Teſtes hujus ſententiae omnes predicti, & de Clericis Gebennenſis Eccleſie Prepoſitus Bartholomeus Decanus, Pon- D *cius de Saiſineu Decanus, Anſelmus de .... Archy...... Boſo de Confinium, Fremardus, Vibertus, Girordus de Villetta, Willelmus...... Clerici. Et de Layas Bomcendus, Laurentius, Mauricius, Jordanis, & multi alii... ....* Wilelmus *ſic a nobis prolata ſuſcepit, & obſervare promiſit coram nobis duobus & ſupraſcriptis tribus E-* E *piſcopis, aliis quoque perſonis pene univerſis, Militibus quoque Amedeo fratre Comitis, Willelmo de Naugie, Petro de Cletis, Willelmo de Feſterna, Willelmo de Grayſie, Willelmo de Altavilla, Guidone Preſentino, Wilielmo Turrumbunci, Wilielmo de Anna, & aliis multis.*

Lata eſt haec ſententia in Oppido de Aquis Anno ab Incarnatione Domini MCLXXXIII.

MCLXXXIII. Preſidente in Sancta Romana Eccleſia beatiſſimo Papa Lucio III. *imperante glorioſo Frederico ſemper Auguſto.*

Scripta eſt preſens Carta per manum Petri Notarii Viennenſis de praecepto noſtro, & diligenter examinata, noſtris & aliorum munita ſigillis.

In tergo hujus membranae legebantur petita in hujuſmodi controverſia ab Epiſcopo Gebennenſi, quae heic adnectenda cenſui.

„ Petitio Epiſcopi Gebennenſis.

IN primis quod fiat renovacio & confirmacio Privilegiorum, & ad cautelam declaretur, quod ſolus Epiſcopus Gebennenſis in ſua Dioeceſi habeat jus cudendi Monetam.

Item quod nullus alius in dicta Dioeceſi..... licentiam poteſt vel debet...... vel exercere....... forum nulli, qui eas vel...... jam habent vel exercent...... recognoſcere in Feudum...... hec fidelitatem facere.

Item quod ad eum ſolum ſpectant in dicta Dioeceſi Regalia, *ſub quibus ſpe-*

A *cialiter continentur* Aurifodine, Argentifodine, & Mine aliorum metallorum, Salinarie, Vie Publice, Curſus aquarum, & fluminum publicorum, Arpes Jures nigre, *& alia ſub Regalibus comprehenſa.*

Item quod ad eum ſpectat inſolidum ita, quod ad nullum alium, merum & miſtum Imperium, & omnimoda Ju-

B riſdictio in Civitate & Suburbio Gebennenſi, *& infra bona ipſius Civitatis, mandantes & precipientes omnibus illis, qui aliquid tenent, vel poſſident vel quaſi........ qui adhuc ea & dicto Epiſcopo non recognoſcunt, vel recognoſcant ea ab ipſo & pro...... fidelitatem faciant indilate.*

Item quod Imperator & Dominus

C *ſcribat univerſis ſubditis, qui eidem Epiſcopo eunt, cum eo pro coronatione ſua conferent & contribuant Eypen * ſecundùm determinationem Legis Friderici Imperialem prope finem.*

Hiſce accedant & Literae Friderici II. Auguſti, quas in eodem Primatialis Piſanae Archivo deprehendi.

Inveſtitura & confirmatio Privilegiorum data Epiſcopo Gebennenſi a Friderico II. Imperatore, Anno 1235.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Fridericus *divina favente clementia* Romanorum Imperator *& ſemper Auguſtus. Quamvis omni petitioni, quae ad uſus hominum, & ad utilitatem ſpectat Eccleſiarum, ex culmine Regie majeſtatis dignum ducimus acquieſcere, precipue tamen hiis obſecundare proponimus, quibus ac in adverſis ſicut & in proſperis idem nobiſcum eſt animus. Igitur tam omnium futurorum, quàm preſentium Chriſti. Regnique fidelium in perpetuum ſolers noverit in-*

D *duſtria, quod venientem ad Curiam noſtram dilectum noſtrum* Nanorlinum *venerabilem* Gebennenſem Epiſcopum, *ſicut tantum Principem noſtrum decuit, benigne recepimus. Et in hiis, que ad donum Regie majeſtatis ſpectabant, Imperiali ſceptro eum promovimus. Deinde pie petitioni ipſius clementer annuentes, quecumque bona vel poſſeſſiones Ec-*

E *cleſia ſua Gebennenſis poſſedit, aut in preſentiarum, vel in futuro largitione Regum, ſeu oblatione aliorum fidelium poterit adipiſci, Regia auctoritate eju-*

ſdem

ſdem Eccleſie uſibus in perpetuum profuturis confirmamus, & preſentis Privilegii ſcripto tam prefato Epiſcopo quàm Succeſſoribus ſuis corroboramus. Statuentes, ut nulla magna vel parva perſona hanc noſtram confirmationem infringere preſumat. Sed ſi quis, quod abſit, contumacia ductus, huic noſtre corroborationis pagine temere contraire temptaverit, Regali banno ſubjaceat, & ſexaginta Libras auri in compoſitione componat, medietatem Camere noſtre, & medietatem jam dicte Eccleſie. Et ut haec omnia in poſterum tempore rata & inconvulſa permaneant, preſenti pagine Sigilli noſtri impreſſione munite, teſtes ſubnotari fecimus, quorum nomina ſunt hec: Petrus Hebredunnenſis Archiepiſcopus: Bonifacius Novarienſis Epiſcopus: Fredericus Argentinenſis Prepoſitus: *Comes Henricus Aciet: Rodulphus Camerarius, & alii quamplures.*

Hoc donum factum eſt Papie, XIII. Kalendas Decembris. Anno Dominice Incarnationis MCCXXXV. Indictione III.

Pauca etiam dicenda ſunt de *Abbatibus*. Et ſine dubitatione continuò ſtatuendum eſt, nullum fere olim fuiſſe magni nominis Monaſterium, quod aut Caſtellis cum plena ditione, aut aliis ſaltem Regalibus non frueretur. Quanta foret temporalis auctoritas & potentia Monaſterii *Caſinenſis*, ex Leonis Oſtienſis Chronico ediſcere quiſque poteſt. Adhuc etiam Caſinenſes Abbates Civitati Sancti Germani, aliiſque Caſtellis dominantur. Et quamquam Cluniacenſium Abbatum olim foret vaſta potentia, Petro tamen Diacono teſte Lib. 4. Cap. 75. ejuſdem Chronici Caſinenſis, profectus Caſinum ſub initium Seculi Duodecimi Pontius Cluniacenſis Abbas, in haec verba erupit:

A *Mallem prius eſſe Decanus Caſinenſis, quàm Abbas Cluniacenſis.* Quot etiam Regalibus olim fruerentur *Cavenſe*, *Vulturnenſe*, & *Caſaurienſe*, alibi palam feci. Vide potiſſimùm Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum, quot & quanta eidem Caſaurienſi Coenobio olim inſigni, nunc autem paene attrito, contulerit Ludovicus II. Au- B guſtus. *Caſtella*, *Curtes*, *Eccleſias* ad eumdem ſacrum locum ſpectantes ſtupeas: eaque ab uno Imperatore donata. Tibi etiam mirari liceat, quei poſt editum ejus Monaſterii Chronicon a Dacherio, Pagius tamen ignorarit, quo in pago ſitum fuerit Caſaurienſe Coenobium. Inquit enim in Critica Baronii ad Annum DCCCL. C §. 6. *Caſa-aurea ſita in Inſula Piſcaria ad Benacum Lacum, hodie in ditione Venetorum.* Non ad Piſcariam ſitam in Lacu Benaco inter Veronam & Brixiam, ſed in Aprutio ad mare Adriaticum, & ad fluvium *Piſcariam* (antiquis Latinis *Aternum*) conditum fuit, & adhuc inſpicitur Caſaurienſe Monaſterium. Neque de- D fuere Abbates, quibus erat non auctoritas tantùm, ſed & titulus *Comitis*. Ejuſmodi honore praeditum, etſi non tam mature, ut creditur, Saeculo tamen Decimo inclinante, Bobienſis Coenobii Abbatem, Diploma Ottonis III. Auguſti a Margarino editum Tom. 2. Bullar. Caſinenſ. nobis oſtendit. *Leonenſis* quoque Ab- E batia in Brixiano agro olim celebris fuit tum antiquitate tum potentiâ, fundata nempe ac ditata a Deſiderio Langobardorum Rege. Chartas vidi in Archivo celeberrimi item Aſceterii Brixiani ſacrarum Virginum Sanctae Juliae, in quibus *Abbas Leonenſis* (nuncupatus etiam *ad Leones*, & *de Leno*) inſcribitur *Comes & Comitatum* habere dicitur. Et fortaſſis hunc

hunc titulum peperit. Burgus Buzolani: quum enim controverſia foret Anno MCLXXXII. inter *Abbatem de Leno, & Azonem Comitem, Hugonem Comitem, & Girardum Comitem de Sancto Martino* fratres, unus e teſtibus haec depoſuit. *Item dicit quod Marcoardus cum Briſiam ſub ſua ditione regeret, exegit fodrum per Briſianam, & per Burgum ſuperius de Buzolano; neque in inferiori Burgo aliquam exactionem fecit, eo quod eſſet de Abbatia Leonenſe &c. Alaiſius Tignoſus tempore Comitiſſae Matildae expulit Monachos de illo Caſtro &c.* Reges ergo & Imperatores, quo munificentiam ſuam in Loca ſacra exercerent, non ea tantùm, quae ad Regium Fiſcum pertinebant, ut Curtes, Caſtella, tributa, ſed etiam quae in jure Comitum Urbibus Praefectorum erant, Eccleſiis largiebantur, Comitum nempe ditionem, auctoritatemque minuendo, & ſacratis Praeſulibus do- A nando, & publica etiam quaedam tributa, uſui ac utilitati Comitum olim aſſignata (his fortaſſe conſentientibus) in patrimonium Eccleſiaſticum transferendo. Ita ſenſim Comitibus Secularibus pennae detractae, & alicubi etiam eorum jura penitus extincta: quippe ad Epiſcopos, aut Abbates delata, e quorum B manibus difficile in poſterum elabebantur. Berengarius I. nuper memoratus liberalem ſe exhibere cupiebat erga vetuſtiſſimum Monaſterium Sanctae Mariae ad Organum, Veronae ſitum. Itaque nonnulla Regalia, *quae ad partem Comitis Veronenſis* pertinebant, *Rodeberto* illius Coenobii *Abbati* conceſſit, ut fidem faciet C ſubſequens Diploma per me deſcriptum ex antiqua membrana, quum mihi ope Clariſs. Viri Marchionis Scipionis Maffaei, aditus patuiſſet in illius Monaſterii Archivum.

Berengarii I. Italiae Regis Diploma, quo varia jura & Inſulam donat Monaſterio Veronenſi Sanctae Mariae ad Organum, Anno 905.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Berengarius *divina favente clementia* Rex. *Si ſacris &* * *venerabilis Locis temporale ſubſidium conferimus, id nobis ad aeterne remunerationis praemium proficere, nequaquam ambigimus. Idcirco noverit omnium fidelium ſanctae Dei Eccleſie, noſtrorumque, praeſentium ſcilicet ac futurorum induſtria,* Bertilam *dilectiſſimam* Conjugem, noſtrique Regni conſortem, *ſuppliciter noſtram exoraſſe clemenciam, quatenus pro Dei amore, & remedium animae noſtrae,* omnia quicquid Regie Parti in Caſtro Monaſterii Sancte dei Genitricis Virginis Mariae ſito in Gajo pertinere dinoſcitur, Theloneum videlicet, cum D omnibus diſtrictionibus, Ripaticum cum univerſis mercationibus, ſeu & Palificaturam, prout dudum ad Partem Veronenſium Comitatus in Ruviſcello reddebantur: *necnon & quandam Poſtam in Gavo fluvio, qui nominatur Pontaria, ſive quandam Inſulam, ſitam in alveo Ateſis, que Brandigum dicitur, praefato Monaſterio, cui in* E *preſenti* Rodibertus *venerabilis* Abba *praeeſſe dinoſcitur, jure proprietario per hoc noſtrum Regale Preceptum modis omnibus concedere dignaremur. Nos verò dignis ejus peticionibus aſſenſum prebentes, theloneum, mercationes, ripaticum, paliſicturam, & cunctas diſtrictiones,* ſeu quicquid inibi noſtrae


Regiae

A

Regiae Parti pertinere videtur, prout olim ad Partem Comitis Veronenſis in Ruviſcello ſolvebatur, *ſeu & praenominatam Poſtam Pontaria, necnon & praelibatam Inſulam ex integro perpetualiter, ac noſtrae auctoritatis inſcriptione, ſuprataxato Monaſterio habenda, tenenda, ac poſſidenda concedimus & largimus*, & de noſtro jure ac dominio in ejus jus atque dominium

B

omnino transfundimus & donamus. *Quatenus omnia ſuperius comprehenſa, pars praefati Monaſterii ad ſua jura in omnibus vindi........ contradicente poſſideat. Contra quod noſtrae auctoritatis ſeu conceſſionis Praeceptum ſi quis inſurgere temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri obtimi Libras centum, medietatem Camere noſtre & medietatem praedicto Rodiberto Abbati, ſuiſque Succeſſoribus. Quod ut verius credatur & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, anuli noſtri impreſſione aſſignari praecepimus.*

Signum Domni  *Berengarii ſereniſſimi Regis.*

Ambroſius Cancellarius ad vicem Ardingi Epiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Data Kalendis Auguſti, Anno Dominice Incarnationis DCCCCV. Domni verò Berengarii ſereniſſimi Regis XVIII. Indictione VIII.

Actum Tulles in Chriſti nomine feliciter. Amen.

C

Quod etiam animadvertendum eſt, ubi novus Princeps Regni capeſſebat habenas, non ſolùm quiſque ſacrorum Praeſulum vetera ſibi jura ac patrimonia ab eo ſibi confirmanda curabat; ſed quantis etiam viribus poterat, aut potentum interceſſione adhibita, aut etiam (uti conjicere fas eſt) efficaci pecuniae effuſione, nova ſibi dona & jura conquirebat; & prout pietas Principum, aut neceſſitas temporum ſuadebat, eorum plerumque preces & vota ſequebatur ſecundus eventus. Multa ſane dona effuderat Liutprandus piiſſimus Langobardorum Rex in celeberrimum Ticinenſe Coenobium Sancti Petri in Caelo Aureo a ſe conditum. Haec omnia rata habuit Otto Magnus Imperator, additis tamen novis, quorum mentio eſt in Diplomate ſubſe-

D

quenti. Habetur illud autographum in Archivo Canonicorum Regularium Ticinenſium, unde ego olim exſcripſi.

Otto,

Ottonis I. Imperatoris Diploma, quo omnia Privilegia & jura confirmat Monaſterio Ticinenſi Sancti Petri in Caelo-aureo, Anno 962.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis. Divinâ favente clementiâ* Otto Rex. *Si circa Loca Deo dicata, munificentia noſtre caritatis largimur, credimus ad noſtrorum Regnorum, noſtreque anime ſalutem omnimodo proficere. Idcirco noverit omnium fidelium ſancte Dei Eccleſie, tam preſentium quàm futurorum univerſitas,* Norbertum *venerabilem* Abbatem Cenobii Sancti Petri, quod dicitur Celum-aureum, *noſtram adiiſſe clementiam, quatenus pro Dei amore, noſtreque anime remedio, ſuo Monaſterio noſtra preceptali auctoritate confirmare & corroborare omnes Cortes & proprietates, quas pridem dinoſcitur poſſediſſe, &* Curtes, *que uſque modò* Vaſſallorum *dicebantur, Munilengo, & Villam, atque* Caſtellum, quod Sancti Petri dicitur; *ipſumque Abbatem, qui modò preeſt, ex omnibus dignaretur inveſtire. Concedimus & donamus ei, modiſque omnibus corroboramus omnes res, terras, poſſeſſiones, omneſque illas Curtes, quas quiſque uſque modò beneſitiali ordine detinuit, & que Vaſſallorum dicebantur, & quecumque idem Cenobium longo tempore poſſedit,* a Liuprando ipſius Loci fundatore *conceſſa. Scilicet Eccleſiam unam in honore Sancti Auguſtini juxta Civitatem Januam cum centum Manſis terrae, cum omni honore. Et in Epiſcopatu Terdonenſi Villam unam Montem-Sommarium, cum omni honore, Servis, Ancillis, pratis, ſilvis, paſcuis, ripis, rupinis, cum Eccleſia inibi fundata in honore ejuſdem Sancti Auguſtini. Et concedimus ſimiliter Curtem, que Alpe-plana dicitur, per deſignata loca idem fines Serra de Alpe dicitur* A *longa, que diſcernitur inter fines Sancti Gaudentii & Tebolaria, deſcendente in rivo Gramibiola, & in fluvio Trebia, admontante per fluvio ad Coſtam Finalem, & exinde per ſummum jugu exiente in Cruce-ferrea, comprehendente fines Sancte Marie uſque in fluvio Avanto. Duas quoque Domnicales Curtes Villà-raſca ſcilicet & Lar-* B *diratus, cum omnibus ſuis maſſaritiis, appenditiis, piſcationibus, molendinis, ſilvis, cultis, incultis, omnibus rebus ad eaſdem Cortes pertinentibus in integro: Portum & in Olona fluvio concedimus, diſcurrere volumus, & jubemus, ut molendina, que in Catherona, ſeu in aliquibus fluminibus predictum Monaſterium poſſidet, abeat tam Abbas* C *quàmque & Monachi poteſtatem levandi atque deponendi quouſque, vel quomodo eorum decreverit voluntas; & aqueductum, qui Boa Liuprandi dicitur, in eorum ſit poteſtate ad rigandos ortos Monaſterii. Inſuper etiam preceptali auctoritate confirmamus terram totam in campania Papienſis Urbis jacentem, & a beate memorie Liuprando* D *Rege eidem Monaſterio data, & legaliter terminata. Primum ſcilicet terminum habet in coſta vel ripa illius Vallis, que Vallis Ranaſca dicitur, in confinio terrae Sancti Salvatoris: inde deſcendens per ipſum jerbum ſeu paludem Triviſienſem, tendit ad eundem terminum idem foſſatum, qui eſt in terra Valle Ranaſca conſtitutum: deinde* E *a ripa Ticini, ubi Buca Rodoloſi dicitur, ſe porrigit: deinc quoque ultra Ticinum tranſiens certis & preordinatis terminis prefata terra circumquaque conexa, cum omnibus pratis, paſcuis,*

ſcuis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, ſilvis, terris cultis vel incultis, rupibus, ripis, omnibuſque eorum pertinentibus: Et Cortem Creſiam Godii, Turrine, Serenziano, Turrade, Mozacle, Vetegrano, cum omnibus ſuis pertinentiis. Et ſimiliter confirmamus poſſeſſiones, quas abere videtur in Comitatu Laudenſi Curte, que Flumbo dicitur, cum Eccleſias duas Sancti Petri, & Sancti Columbani, cum omni honore, pratis, vineis, ſilvis, jerbis, cultis & incultis, aqueductibus, paludibus, molendinis, piſcationibus, cum omni honore...... confirmamus, ut habeant ſupraſcriptas terras cum omni inveſtitione, & Fotrum, Albergarias, *cum omnibus ſuis adjacentiis, pertinentiis. Similiter habeant omnia ſedimina, que habent in Civitate Laudenſi, cum omni honore.... qui ſunt in ejus Epiſcopatu.*

In Epiſcopatu Terdonenſi *donamus & offerimus pro anime noſtre mercede, & noſtrorum ſucceſſorum Regum ſeu Imperatorum* Caſtrum *unum* Muſclarum *nomine, cum Villa ipſius Caſtri fundata: & eſt ipſa Villa a duabus partibus....... Oriente & Meridie jugeas quatuor millia diviſa per medium ab aliis duabus partibus, ſcilicet Occidente per latitudinem jugeas duas, per longitudinem jugeas tres, a Septentrionali plaga totidem undique in integrum terram ipſius loci: & Eccleſiam ibi prope fundatam in honore Sancti Petri cum edifitiis cum cimiterio a Meridie & Occidente per perticas tres cum puteo & dotes ipſius Eccleſie, que ſunt poſite inter Pontem Coironum & Vigalum jugeas ſeptem. Inſuper* Caſtrum *& Villam & edifitia Eccleſie, Cimiterium, dotes terris aratorum, pratis, jerbis, paſcuis, cultis & incultis in integrum, jugea ſeptuaginta cum omnibus rebus ad ipſam Curtem pertinentibus, cum*

A *omni honore,* Fotrum, Albergarias, inveſtitiones, *omnia in integrum. Et in Valle Bolberia Villam unam nomine Pobli, cum Eccleſia inibi fundata in honore Sancti Petri, cum Monte, qui nominatur Calmum, pertinentem uſque ad locum, qui nominatur Plotium, pertinentem uſque ad Villam, que vocatur Saxetum, cum omni honore, omnia in*

B *integrum. Et confirmamus poſſeſſiones, quas videtur habere in Caſtro Novo, cum omni honore; & in Caſellis Eccleſiam unam in honore Sancti Auguſtini, cum omnibus ſuis adjacentiis & pertinentiis, cum omni honore. Et in Vigueria, quod detinere videtur. Similiter confirmamus illud, quod detinere videtur in Riturbio, & in Sola-*

C *riolo quatuor Manſos, & tria molendina cum aquarum ductibus, cum Servis & Ancillis, terris cultis & incultis, jerbis, pratis, vineis: caſam unam in Burgo Riturbio, cum* Fotro *&* Albergaria, inveſtituram *omnia in integrum: Et in Nuvolaxo tres Manſos, & in Vico Lardario, & in Campanino illud poſſidere videtur. Et in Epi-*

D *ſcopatu Placentie Villam unam, Ruxorum nomine, cum Eccleſia inibi fundata in honore Sancti Martini, a via publica uſque in foſſatum detinentem. In Caſale Polino manſum unum, & in Fortunato unum, cum omni honore, omnia in integrum.* In Epiſcopatu Parmenſi *ſimiliter confirmamus illum locum, qui dicitur Caſale Sancti Petri,*

E *& Caſale Aribaldi, & Caſale Sindex,* & Caſtellum Aicardi, *& medietatem Somme, & Rivulas cum ſervis & ancillis, cum omni honore. Et corroboramus eidem Cenobio ea, que in partibus Tuſcie videtur habere, Eccleſias, poſſeſſiones cum omni honore: & in Epiſcopatu Florentie Eccleſiam unam, edificata in Civitate in honore beati Petri. Et confirmamus Curtem Paonem cum*

cum omni honore, & Ovilias cum duabus Eccleſiis, unam in Villa, aliam extra locum, cum Servis & Ancillis, cum omni honore, omnia in integrum. Paonem ita determinamus a loco, ubi dicitur Salſo; & tenet cum terra & aqua uſque, ubi dicitur Moza, & ex alia parte a loco, ubi dicitur ad Crucem, & ex alia parte locum, ubi dicitur Draconaria: & omnia, que Monte-ferrato detinet, cum omni honore, Fotrum, Albergarias, Inveſtitiones. *Duas item Cortes Maliacem & Calcaria, cum Seſello, & Leuco, cum Eccleſiis inibi fundatis, atque Capellam Sancte Marie, que dicitur Primaſca in Valle Belinzona: & illud quod habet in Beligno, & in Leventina, cum ſuis pertinentiis, ſervis & ancillis, cum molendinis, piſcationibus,* Fotro, Albergarias, inveſtitionibus, *cum omni honore, omnia in integrum. Sint quoque omnes poſſeſſiones in noſtra defenſione & noſtrorum Succeſſorum. Et ſtatuimus, & modis omnibus precipimus, & juxta noſtrorum Anteceſſorum auctorita-*

A *tem edicimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vicedominus, ſeu aliqua magna vel parva totius noſtri Regni perſona in predictas poſſeſſiones, eidem prefato loco pertinentibus, Placitum tenere, vel diſtrictum facere, ſive Fotrum, aut aliquam publicam functionem a ſupradictorum locorum abitatoribus exigere, tollere pre-*
B *ſumat. Secundùm hec regalia ſcripta ſancimus, & interdicimus omnibus hominibus, ut nullam poteſtatem deinceps exerceant in predictis rebus, ad noſtram mercedem Monachis delegatis, vel Abbatem in aliquid conturbent: ſed liceat Abbati, ſuiſque Monachis ſub Regula Sancti Benedicti degere, & cotidie pro animabus........ laudes Deo offer-*
C *re. Si quis igitur contradictor contra hanc auctoritatem & noſtram confirmationem aliquid agere temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri puri Libras mille. Quod ut verius credatur, & ab omnibus cuſtodiatur, manu propria roborantes, Sigilli noſtri impreſſione preſentem paginam juſſimus inſigniri inferius.*


Signum Domni



Ottonis Primi Regis invictiſſimi.

Sigillum cereum ſatis venuſtum, ſed obliteratâ epigraphe.





Oviardus Cancellarius, Hermannus Archicancellarius recognovi.

Data V. Idibus Aprilis, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXII. Imperii verò Domni Imperatoris Hettonis Auguſti Piiſſimi I. Indictione V.

Actum . . . . . . ie, feliciter. Amen.

Itaque augeſcentibus in dies Eccleſiarum opibus, tum ex his cauſſis, tum ex aliis, quas in Diſſertatione LXVII. *de Modis acquirendi* expoſui, ſenſim factum eſt, ut non Epiſcopi duntaxat, atque Monaſteriorum ſaltem inſignium Abbates, ſed ipſae etiam Abbatiſſae, & Canonicorum Collegia tam in Italia, quàm extra Italiam, aut Civitatibus aut Caſtellis dominarentur, ibique Populo ſubjecto poteſtate supremâ, uni tantùm Regi, ſive Imperatori obnoxiâ, jus dicerent; aut ſi hiſce carerent, minutis ſaltem Regalibus fruerentur. In Mutinenſi agro, & conterminis locis, *Nonantulanis Abbatibus* plura Caſtella ſuberant, in quae noſtris etiam temporibus, Seculari ditione extinctâ, ſpiritalis perſeverat. Id praeſertim intelligas ex Diplomate, quod publici juris feci in Diſſertatione XXI. *de Ital. ſtatu*. In multas etiam Villas *Fraxinorenſe Monaſterium*, a Mathilda Comitiſſa, ejuſque matre Beatrice in Mutinenſium

ſium montibus conditum, dominationem exercebat. Vide Diſſertationem XLVII. *de Amplificata Civitatum Italicarum potentia*. Ita & *Padolironenſe* in Mantuano agro, *Pompoſianum* in Ferrarienſibus finibus, ut cetera omittam. Caſtella verò iſta partim ſacri Antiſtites & Abbates aut largitione Regum, aut oblatione Fidelium, aut pretio exſoluto acquiſivere; partim ſuo aere aedificarunt atque munierunt. Exſtat in Chronico Vulturnenſi Part. II. Tomi I. Rerum Italicarum pag. 445. Diploma Pandolfi & Landolfi Principum Beneventi & Capuae, per quod Anno Chriſti DCCCCLXVII. concedunt, *ut ubicumque tu, qui ſupra* (.ideſt Paulus *Abbas* Vulturnenſis) *vel Succeſſores tui in rebus predicti Monaſterii Turrem aut Caſtellum facere volueritis, poteſtati veſtrae ſit ipſum faciendum in rebus praedicti Monaſterii: & in veſtra & de Succeſſoribus veſtris ſint poteſtatem & dominationem, ut nullam poteſtatem & dominationem ibidem habere debeat Pars noſtra Publica*. Quare non ſecus atque in Germania, ubi potentes ac ditiſſimi Abbates perdurant, in Italia quoque olim numerabantur Abbates, ad potentiam ac opulentiam invidiae obnoxiam evecti, ex quibus nunc pauciſſimi ſuperſunt. Ac proinde non difficile fidem adjungas Gualvaneo de la Flamma circiter Annum MCCCXL. ſcribenti in Manipulo Florum Cap. 326. Tom. XI. Rer. Italicarum: *In hac praeclariſſima Civitate* (Mediolani) *ſunt Abbates, quorum aliquis eſt Archiepiſcopo Mediolanenſi ditior*. Quod etiam animadvertas, non ſerie non labore complurium Seculorum tantae opes & commoda parata ſunt Monaſteriis, ſed aut in ſua origine ex dotatione Regum, Epiſcoporum, & Magnatum, ad ſummam potentiam extollebantur, aut uno Seculo, adhibitis nempe modis, de quibus alibi actum eſt, in varios Comitatus & loca ſuam dominationem protendebant. Videlicet haec erat illorum temporum conditio, ac pia liberalitas, ſimulque & Monachorum induſtria. Et quoniam ad nonnulla quoque Sanctimonialium Coenobia portionem Secularis hujuſmodi poteſtatis delatam fuiſſe dixi, uno exemplo rem confirmabo. Uti ſupra vidimus, inter alia dona illuſtri Sanctimonialium, nunc verò Monachorum, Sancti Sixti Monaſterio, Placentiae ſito collata, numerabantur *Curtes Guardiſtalla, & Luciaria*. Legi ego in Archivo Communis Cremonenſis concordiam Anno MCII. initam inter celebrem *Comitiſſam Mathildam, & Imeldam Abbatiſſam* ejuſdem Monaſterii, de jure diſtringendi, ſive judicandi & puniendi in eodem *Caſtro & Curte Wardiſtallae*; ex qua conſtabit, ad eum uſque diem Sanctimonialium Placentinarum ditionem ibidem ſtetiſſe, eamque Regalem fuiſſe. En Chartam ipſam qualem pervetuſta apographa membrana mihi exhibuit.

Mathil-

Mathildis magnae Comitiſſae concordia cum Abbatiſſa Monaſterii Placentini Sancti Sixti, pro Caſtro & Curte Guardiſtallae, Anno 1102.

A *In nomine Domini. Brevis recordationis, qualiter, vel in quorum preſentia* Domina & Comitiſſa Matildis, filia quondam Bonifacii, qui fuit Dux & Marchio, *fecit conventionem cum* Abbatiſſa Imelda *de Monaſterio Sanctorum Syxti & Fabiani, quod hedificatum eſt Placentie, nominative* de Caſtro & Curte Wardeſtalle, B *ſicut dividitur ab Epiſcopatu Cremonenſi ultra Padum, & cum & ſicut diſtinguitur inter Curtem Luciarie, & per totum decurſum Gurgi, & ejus decurſiones in Bundinum. Item ſicut dividitur ab Epiſcopatu Parmenſi per flumen Diſtiſi & Bundini, cum ejus decurſione uſque ad locum Crucis.* Ut ab hac hora in antea habeat jam dictum C Monaſterium predictum Caſtrum & Curtem ita prefatam cum omni penſione & condictione, *quod de ſupraſcripto Caſtro exierit, pro Inveſtitura ipſius Caſtri & Curtis.* Et ſi aliquis offenderit in ipſo Caſtro de furto, vel traditione ipſius Caſtri, Abbatiſſa, vel ejus Succeſſor habeat poteſtatem emendandi. *Si verò aliquis offen-* D *derit in ipſo Caſtro & Curte, ſi de foris habuerit, ipſa Domina Matildis, vel ſuus Miſſus emendet.* In Caſtro autem nulla violentia Abbatiſſe fiat: ſed ipſa Abbatiſſa vel ejus Succeſſor, aut illorum Miſſus emendet. *Curtem verò, & omnia Feuda de his, que .... de foris hominibus, & cetera in integrum poſt meum deceſſum habeat jam dictum Monaſterium.* E *Etiam hoc convenit inter eos, ut nulli alii ab hac die in antea aliquid ipſius Caſtri vel Curtis dare debeat jam dicta Domina Matildis, de hóc, quod habet in ſuo dominicato vel Curte.*

Factum eſt hoc Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Secundo, IIII. die Menſis Junii, in Indictione Decima, in loco, qui dicitur Mirandula.

Ibi fuerunt Opizo de Parpaneſe, Alvardus, Johannes Engelbaudi, Sigezo de Monaſterno, Belencionus, Lanfrancus, Johannes Bonus, & Johannes filius Johannis Diacon. Martinus Bivinus.

MA TIL
DA DEI
GRA SI
QID EST

SUBSCRIPSI.

Ego Johannes Judex ſacri Palatii rogatus ſubſcripſi.

Itaque tanta acceſſio facta fuerat ad Eccleſiaſticorum potentiam Saeculo Chriſti Undecimo, ut Imperatores ac Reges contendere coeperint, neminem ad Epiſcopatus atque Abbatias conſcenſurum, niſi Inveſtituram eorum acciperet, quae a Regali Fiſco in Eccleſias obvenerant, & Regalia vocabantur. Hinc autem lites, & funeſtiſſima bella exarſere inter Sacerdotium & Imperium ſub Gregorio VII. Pontifice, ejuſque Succeſſoribus. Tum ſub Paſchali II. res eo devenerat, ut Pontifex, ne per hujuſmodi Inveſtituras aleretur teterrima

rima peſtis Simoniaca in Eccleſia A
Dei, conſilium potius capeſſeret re-
mittendi (quemadmodum idem ſcri-
bit Epiſtolâ 22. aliique Hiſtorici te-
ſtantur) Henrico V Regi, inter Im-
peratores IV Regalia quaeque Eccle-
ſiarum, *ideſt Civitates, Ducatus, Mar-
chias, Comitatus, Monetas, Teloneum,
Mercatum, Advocatias, jura Centurio-
num, & Turres, quae Regni erant,* B
*cum pertinentiis ſuis, Militiam, &
Caſtra &c.* At ſecus res poſtea pro-
ceſſit. Eximia certe, ſplendida ho-
norifica haec omnia videantur nobis
ſpectantibus remota ea tempora ac
mores a noſtris plane diverſos. Mi-
rabimur tantas opes ad ſacros viros,
ſacroſque coetus delatas: erit etiam,
ita me Deus amet, qui invideat. C
Sed velim praeterea animadvertamus,
tot divitias, Seculariſque faſtus ali-
menta, mirum in modum obfuiſſe
diſciplinae ac moribus Epiſcoporum,
Abbatum, & Cleri fere univerſi il-
lius aevi. Nimis enim facile ſe in-
gerit ambitio, luxus, & libido, at-
que libertatis omnimodae urens quo-
tidie cupido, in eos, quos ingens D
divitiarum copia impinguat. Nun-
quam quievere Abbates, donec ſeſe
omnino ab Epiſcoporum ſubjectione
ſubtraxerunt, eiſque poene pares,
impetrato Mitrae, aliorumque Epi-
ſcopalium ornamentorum uſu, ince-
dere coeperunt. Immo Epiſcopos in-
terdum ambitioſâ ſuae comitivae
pompâ poſt ſe relinquebant: quod E
in primis perſtringit Sanctus Bernar-
dus in Apologia ad Guillielmum Ab-
batem ſcribens: *Quod enim, ut cete-
ra taceam, ſpecimen humilitatis eſt,
cum tanta pompa & equitatu incedere,
tantis hominum crinitorum ſtipari obſe-
quiis, quatenus duobus Epiſcopis unius
Abbatis multitudo ſufficiat? Mentior,
ſi non vidi, Abbatem ſexaginta equos,
& eo amplius, in ſuo ducere comitatu.*

Ita & in Chronico Regienſi Gazatae, a me evulgato in Collectione Rer. Italicarum Tomo XVIII. Hinc diſcas opes Abbatum aliquot eorum temporum, & qualis illarum fuerit uſus. Quo verò tempore Epiſcopalibus ornamentis Abbates uti coeperint, non eſt hujus loci inquirere. Illud tantummodo innuam, ſuſpicionem juſtam ingeri aut fictionis, aut interpolationis a verbis, quibus utitur Thado Archiepiſcopus Mediolanenſis in Charta Anno Chriſti DCCCLXVI. exaratâ, atque a Puricellio edita in Monumentis Baſilicae Ambroſianae, ſcilicet: *Inſuper etiam concedimus praefato Abbati* (Coenobii Ambroſiani,) *Succeſſoribuſque ejus, ſicut PRISCA CONSUETUDO ex antiquo tenere videtur: ut in Dominicis, ſeu in Solemnibus diebus, indutus Sandaliis, ceteriſque ornamentis Epiſcopalibus....... in Eccleſia beati Ambroſii divinum celebrare officium.* Pugnare cum veritate deprehendas Chartam, in qua legimus, Anno Chriſtianae Aerae DCCCLXVI. *ex priſcâ Conſuetudine* Abbates *Epiſcopalibus ornamentis* uſos fuiſſe, & Archiepiſcopum Mediolanenſem tantum ſibi juris adrogare, ut *concedat* ejuſmodi ornamenta Abbatibus. Et nihilominus Charta illa eadem eſt, qua praecipue innititur Puricellius, ut oſtendat, nobile Canonicorum Collegium in Ambroſiana Baſilica a tot Seculis militantium (cui & ego olim Privilegio Bibliothecae Ambroſianae fruens adſcriptus fui) originem duxiſſe ex indulgentia Monachorum, levibuſque ex initiis. Ceterum ex hoc eodem fonte adauctae potentiae, atque ex impetrata potiſſimum Seculari etiam dominatione in Civitatibus, ritus ille manavit, ut novelli Epiſcopi ſolemni pompa, toto Clero & Populo occurrente, ſub Pallio,

ſive

I

ſive Umbella, quam nunc *Baldacchi*
no Italice appellamus, ſuper equo
ſedentes, inveherentur in Urbem
ſuam, & ad Baſilicam majorem pri-
mùm adducerentur. Cujus conſuetu-
dinis quum nulla mihi veſtigia oc-
currant ante Annum a Chriſto nato
Milleſimum, propterea invectam po-
ſtea puto, & cauſſam dediſſe tot
contentionibus Saeculo Duodecimo &
ſequenti, cui nempe Equus & Pal-
lium deberetur, quibus uſus fuerat
novus Epiſcopus.

Ad iſta accedit, quod ex quo tem-
poralium ditionum curam aſſumſere
ſacri Paſtores, incredibili etiam fa-
ſce curarum Secularium ſeſe onera-
tos ſenſerunt. Identidem opus erat
pro negotiis ſuorum, ut ajunt, Sta-
tuum accedere ad aulam Regum;
temporibus autem illis rarò ii conſi-
ſtebant in una Urbe, ſed fere ſem-
per aut intra fines Regni, aut etiam
aliquando longius vagabantur. Ne-
ceſſe quoque erat ad Regni Comitia
una cum aliis Principibus conveni-
re, aut eſſe in ipſorum Regum ſive
Auguſtorum comitivâ. Hinc per plu-
rimam anni partem interdum Epi-
ſcopi & Abbates, gregem ſibi a Deo
creditum deſerentes, mercenariis com-
mendare cogebantur. Succedebant e-
tiam neceſſitates belli; nam non ſe-
cus Eccleſiaſtici, ac Seculares Prin-
cipes, ſuam portionem militum ac
Vaſſallorum Regi conferre ex debito
conſueverunt, prout tutela Regni,
aliaque Reipublicae negotia expoſce-
bant. Parum hoc fuiſſet: Epiſcopi
ipſi, ipſique Abbates, ut alibi adno
tatum eſt, reclamantibus fruſtra Con-
ciliorum decretis, compellebantur ad
deducendos eoſdem ſuos milites ad
caſtra, & ad militandum Regi. Dein
de contra vicinos, ac uſurpare ten-
tantes Eccleſiarum bona ac dominia,
oportebat Vaſſallos ad arma cogere,

A & in aciem prodire. En ſtudia Cle-
ricis & Monachis verè digna! quo-
rum effectus pravos nihil eſt, quod
ego in praeſentia recenſeam, uti ne-
que exempla proferam, quippe quae
in eorum temporum Hiſtoria paſſim
in omnium oculos incurrunt. Tot
autem divitiae, uti faſtum excitant
ſuapte naturâ ac nutriunt in poſſi-
B dentibus, ita & ambitionem facilli-
me ſuadent, ut poſſideantur. Propte-
rea quum antiquis Seculis frequens
foret turba virorum, Epiſcopale aut
Abbatiale munus prae humilitate fu-
gientium, ſubſequutis temporibus con-
certatio viſa eſt inhiantium ad huju-
ſmodi dignitates, latumque propte-
rea oſtium apertum eſt Simoniacae
C pravitati, ita ut non pauci olim nu-
merarentur, qui improbis artibus ac
pretio dato ſibi conquirebant hono-
res Eccleſiae. Frequentia quoque
eamdem ob cauſſam Schiſmata emer-
ſere. Neque heic res ſtetit. Tanta
haec Cleri opulentia urebat quotidie
oculos & animos Secularium; quos
nulla proinde Religionis ratio, nul-
D lus Regum, aut Romani anathema-
tis metus abſterrebat, quin vi & ar-
mis, aliiſque deteſtandis modis, Ec-
cleſiarum bona ſaepiſſime invaderent
atque vorarent. Tunc vim vi repel-
lere, novos milites, praeter Vaſſal-
los, conſcribere opus erat, & bello
inſiſtere: quae cura quantum a leni
ſacrorum hominum inſtituto abhor-
E reat, quis non videt? Audi Gero-
hum Reicherſpergenſem Praepoſitum,
qui circiter Annum Chriſti MCL.
ejuſmodi morem, ſacris Canonibus
adverſantem, deteſtans, haec ſcribit
in Libro de corrupto Eccleſiae ſta-
tu: *Audiant haec*, inquit, *Epiſcopi*,
qui ultro, & contra juſtitiam plerum-
que bella movent, Guerras excitant,
& plerumque innocentes etiam perſonas
truncari & morte tenus male tractari
praeci-

praecipiunt, *officiumque Militis & Sacerdotis in una perſona confundunt: Comitis & Pontificis dignitatem ſimul adminiſtrant: hoſtibus non tyrannizantibus, verùm ea, quae pacis ſunt & gratiae, humiliter quaerentibus, gladios intentant, & eos occidi vel truncari praecipiunt &c. Eſurimus & ſitimus hanc juſtitiam, ut judicia & negotia Spiritalia per Spiritales, & Saecularia per Saeculares ita peragantur, ne termini a Patribus conſtituti negligantur*. Lege Hiſtorias, & non ſine ſcandalo ac irâ obvios habebis tot Epiſcopos in arma ruentes, & quosdam in ipſis proeliis obtruncatos, ſive captos: quod quantum in dedecus Sacerdotii vergeret, nemo non intelligat. Praetereo Epiſcopos, ipſosque etiam Laicos, & milites, qui a Regibus ipſa Monaſteria impetrabant. Paucis omnia complectar. Saeculo Decimo & Undecimo, quae immanis corruptela morum in utroque Clero per Italiam potiſſimùm occurrit, ipſaque diſſidia inter Reges & Paſtores Eccleſiae, aliaeque innumerae perturbationes & mala, ſi attentis oculis expendantur, originem ſuam praecipue debent opibus Eccleſiaſticorum, quae tum ambitioni poſſidentium, tum rapinis improborum ejus aevi obnoxiae, vitia fere omnia in ſcenam traxerunt, atque Italiae ſinum diu dilacerarunt. Sed quid factum de tot opibus, de tam ampla potentia ſacrorum Praeſulum, fortè ſciſcitaris, quum inter eorum temporum noſtrorumque conditionem tantum diſcriminis intercedere conſpiciamus? Ego in Diſſertatione ſubſequenti interrogationi huic faciam ſatis.

Interim habemus, unde felicitati Seculi noſtri gratulemur, quo minus quidem fortunarum, ſed plus quietis ac Pietatis Eccleſia in ſinu ſuo nutrit. Ego verò, antequam hoc argumentum dimittam, producere ſtatui Catalogum Chartarum, quae olim, hoc eſt Anno Chriſti MCCCLXVI. adſervabantur in ſacro Tabulario Apoſtolicae Sedis, ut ex ungue diſcas, quanta olim jura temporalia forent Romanis Pontificibus, & praeſentia cum praeteritis conferas. Neque tibi perſuadeas, ſtetiſſe heic univerſa jura ejuſdem Sanctae Sedis: non enim Catalogus iſte totam ſupellectilem expreſſiſſe videtur Archivi Pontificii, & certe complura in hoc Opere accepiſti, heic minime recenſita, ſed quidem ex Cencii Camerarii Regeſto MSto per me deſcripta. Atque ad Catalogum iſtum quod attinet, illum ego acceptum refero Eſtenſi Bibliothecae, inter cujus MStos Codices adſervatur membranaceus, ſeriem Chartarum illarum complectens. Tempus exarati Codicis in calce Libri adnotatum fuit his verbis: *Explicit iſte Liber, ſcriptus a Fratre Alberto de Varennis, Monacho Monaſterii de Caberyo Ciſtercienſis Ordinis Remenſis Dioceſis: Anno a Nativitate Domini Milleſimo Trecenteſimo Sexageſimo Septimo, Indictione V. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Urbani, divina providentia Papae Quinti, Anno Quinto*. Itaque ſcriptus Codex uno tantùm Anno, poſtquam literis mandatus fuerat Index ipſe membranarum Pontificii Archivi. Eruditorum erit, prout argumenta varia occurrant, hinc aliquid lucis mutuari. Atque his jungi poterunt, quae Clariſſimi viri PP. Martene & Durand Benedictini Congregationis Sancti Mauri de hoc ipſo argumento edidere Tomo II. pag. 1226. Veter. Scriptor. Collect. ſpectantia duntaxat ad Fridericum II. Auguſtum.

CATALOGUS
CHARTARUM ARCHIVI
SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE,
CONFECTUS ANNO MCCCLXVI.

[A] IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti. Amen. Anno a Nativitate Domini Milleſimo Trecenteſimo Sexageſimo Sexto, Indictione IV. die XXVII. Menſis Junii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini [B] Urbani, divinâ providentiâ Papae V. Anno IV.

Reverendiſſimus in Chriſto Pater, Dominus A. eâdem gratiâ Archiepiſcopus Auxitanus, dicti Domini Papae Camerarius, de mandato ipſius Domini Papae, vivae vocis oraculo ſibi facto, hoc Opus fieri & compilari fecit per certos ipſius Domini Papae Scriptores, de [C] diverſis Privilegiis, Inſtrumentis & Scripturis, ſanctam Romanam Eccleſiam tangentibus, in Palatio Domini Papae, videlicet Avinione, inventis. Et continentur in ipſo Libro ſummationes, effectuſque breves nonnullorum Privilegiorum, Literarum, & Inſtrumentorum, videlicet, Imperatorum & Regum Romanorum, necnon Imperatorum Romaeorum [D] & Graecorum, ac Regum, videlicet Armeniae, Siciliae, Hieruſalem, Hungariae, Aragonum, Caſtellae, Portugalliae, Franciae, Angliae, Daciae, Sueviae, Poloniae: & nonnullorum Ducum, Principum, Comitum, Baronum, Militum, Nobilium, Praelatorum: & nonnullarum aliarum perſonarum Eccleſiaſticarum. Necnon ſuper Comitatu Veneſini, & nonnullis Caſtris & Terris eidem vicinis, ac Civitate Avinionenſi. Ac nonnullis Cenſibus Eccleſiae Romanae debitis: necnon ſuper juribus & juriſdictionibus eidem Eccleſiae debitis in Civitatibus, territoriis, & diſtrictibus, videlicet Bononienſi, Ferrarienſi, & quibuſdam partibus Lombardiae: necnon in provinciis Romandiolae, Marchiae Anconitanae, Ducatus Spoletani; Patrimonii beati Petri in Tuſcia; ac Campaniae & Maritimae; ac in Urbe, & ejus diſtrictu, & Terris aliis eis adjacentibus: necnon proceſſum contra Ludovicum de Bavaria, & Fratrem Petrum de Corbaria Antipapam, ac contra Porcellum de filiis Urſi, factorum, ac depoſitionum Cardinalium de Columna; ac proviſionum Officiariorum in terra Imperii, vacente Imperio, per ſummos Pontifices ponendorum: ac deſtructionum Templariorum: & ordinationum Ordinum Mendicantium. Quorum quidem Privilegiorum, Literarum ac Inſtrumentorum originalia in Archivis Eccleſiae ſupradictae repoſita, ac in diverſis voluminibus regiſtrata reperientur.

Effectus brevis Literarum Imperatorum Romanorum coronatorum, ac electorum in Regis Romanorum, non coronatorum, quorum nomina inferius ſecun-

ſecundùm prioritatem & poſterioritatem ſunt deſcripta. Et primo, Henrici *in Imperatorem coronati, tempore felicis recordationis* Calixti Papae: Ottonis IV. *in Imperatorem coronati:* Frederici II. *in Imperatorem coronati:* Guillermi *in Regem Romaeorum electi, non coronati:* Manfredi: Alfonſi: Rodulfi *in Imperatorem coronati:* Alberti: Henrici V. *in Imperatorem coronati:* Caroli IV. *in Imperatorem coronati: Ac Imperatorum Romanorum & Graecorum. Conſtantinopolitani videlicet* Michaëlis: Andronici *ejus filii; ac &* Johannis *moderni Romaeorum & Graecorum: Ac* Regum, *videlicet* Armeniae, Siciliae & Hieruſalem, Aragoniae, Caſtellae, Portugalliae, Hungariae, Franciae, Comitatus Veneſini, & Civitatis Avinionenſis. *De Cenſibus in Regno Franciae, Angliae, Poloniae, Italiae, Bononiae, Ferrariae, Lombardiae, Marchiae Anconitanae, & aliarum partium Italiae. De diverſis, videlicet ſuper depoſitione Jacobi & Petri de Columna Cardinalium; Bavari. De Officiis vacante Imperio per Summos Pontifices concedendis.*

„ Super donationibus, confirmationi-
„ bus, Privilegiis, juramentis, &
„ promiſſionibus per eos ante co-
„ ronationem ſuam & poſt prae-
„ ſtitis, conceſſis, & factis ſacro-
„ ſanctae Romanae Eccleſiae.

„ Henrici Imperatoris, tempore felicis
„ recordationis Calixti Papae.

PRivilegium Henrici Romanorum Imperatoris, *qui pro amore Dei, & ſanctae Eccleſiae Romanae, &* Domini Papae Calixti, *& pro remedio animae ſuae, dimiſit Deo, & ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, ſanctaeque Ro-*

A *manae Eccleſiae, omnem Inveſtituram per Anulum & Baculum. Et conceſſit in omnibus Eccleſiis totius Regni & Imperii ſui, canonicas electiones & liberas Conſecrationes fieri. Reſtituitque poſſeſſiones &* Regalia Sancti Petri, *quae a principio hujus diſcordiae uſque ad hodiernam diem, ſive tempore patris ſui, aut ſuo, ablata ſunt, quae*
B *habebat: quae autem non habebat, ut reſtituantur, fideliter juvaret. Et ſimiliter de poſſeſſionibus aliarum Eccleſiarum. Promittens etiam juvare Eccleſiam, dum requireretur. In quo Privilegio non eſt* Data. *Sed omnia facta fuerunt conſilio & conſenſu Archiepiſcoporum Maguntinenſis & Colonienſis, Epiſcoporum Ratiſponenſis, Bambergenſis,*
C *Spirenſis, Auguſtenſis, Treverenſis, Conſtantienſis, unius Abbatis, & plurium aliorum Ducum, Comitum, & Marchionum, in hujuſmodi Literis expreſſorum.*

Item tranſcriptum authenticum dicti Privilegii extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in Civitate Aſſiſii in domo Minorum: continens per omnia de verbo ad verbum, prout ſu-
D *pra ſcriptum eſt:* Actum Aſſiſii die XX. Martii, Anno Domini MCCC-XXXIX. Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

Item ſequitur aliud Privilegium confirmationis Henrici Romanorum Imperatoris, *literis aureis in charta coloris violati rubei ſcriptum, cum filis ſericis rubeique coloris, Bullâ aureâ bul-*
E *latum: conceſſum beato Petro, &* Domino Benedicto Papae *& Succeſſoribus ſuis*, de Civitate Romana cum ſuo Ducatu atque Viculis omnibus, & territoriis ejus montanis & maritimis, litoribus ac portubus, ſeu cunctis Civitatibus, Caſtellis, Oppidis, ac Viculis, Tuſciae partibus, & Portu Centumcellis, Cera, Bleda, Marturiano, Sutria, Nepe, Caſtello, Gal-

lica, Porta, Polimartio, Ameja, Tuda, Peruſia, cum tribus Inſulis ſuis, ideſt majore & minore, ideſt Pulveno, Sinari, & Utriculo: Penſauro, Fano, Senogallia, Ancona, Auximo, Humana, Heſio, Foroſimphronio, Montefeltro, Urbano, aliàs Orbino, territorio Balnenſi, Callo, Buciollo, Eugubio, territorio Sabinenſi, Caſtro Felicitatis, Urbeveteri, Balneo Regio, Populonio, Roſello, Ferenti, Viterbio, Ortha, Martha, Bleda, Tuſcana, Suana, Exarchatu Ravennenſi, hoc eſt Civitate Ravenna, Amelia, Bobio, Caeſena, Foripopilio, Faventia, Forolivio, Imola, Bononia, Ferraria, Comiacello, Adriano, Gabello, Pentapoli, Arimino. A Lunis cum Inſula Porticus in Suriana: deinde in Monte Bardonis, deinde in Verſeto. Exinde in Parma, inde in Regia, inde in Mantua, atque in Monte Silicis, atque in provincia Venetiarum & in Iſtria. Nec non & totum Spoletanum Ducatum, ſeu Beneventum, una cum Eccleſia Sanctae Chriſtinae poſita prope Papiam juxta Padum IV. milliario. Item in partibus Campaniae Sora, Arce, Aquino, Arbino, Teano, Capua, nec non & Patrimonio, Beneventano, Neapolitano, atque Patrimoniis Calabriae ſuperioris & inferioris; nec non & patrimonio Siciliae, Civitate Gajetana, & Fundo Fundenſe Monaſterio, & conſecratione ipſius Abbatis. Atque in omnibus Monaſteriis, Cortis & Villis, quas in ultramontanis Sanctus Petrus habere dignoſcitur. Atque Anteſena, Vintreringa, ſive Wialimbac, quae a Sancti Petri Eccleſia per commutationis paginam Epiſcopo noſtro Baſeligenſi collatae ſunt. Pro quibus tranſcribimus & confirmamus omnem illam terram, quam intra Narniam & Interamnem, vel Spulitum ac Spoletum, & Regni noſtri parte hujus &c. Praeterea Sancto Petro & veſtra veſtrorumque Succeſſorum praetactum Epiſcopatum Babubergenſem offerimus, unde ſub penſionis veſtrae nomine equum unum album phaleratum ex ejuſdem loci Epiſcopo vos annualiter ſuſcepturos &c. Offerimus inſuper & confirmamus Civitates & Oppida cum Piſcariis ſuis, Reatam, aliàs Reatem, Amiternam, Furconem, Nurſiam, Balviam, & Marſiam, & aliam Civitatem Interamnenſem &c. Has autem ſupraſcriptas Provincias, Urbes & Civitates, Oppida atque Caſtella, Viculos, ac Territoria, ſimulque Patrimonia pro ſtatu Regni noſtri, cunctoque Populo Chriſtianorum conſervando, jam dictae Eccleſiae Romanae, beato Petro, uſque in finem Seculi confirmamus, cum omnibus Inſulis, territoriis, & pertinentiis ſuis: *prout in ipſo Privilegio expreſſius continetur*. Simili modo confirmamus donationes, quas piae recordationis Pipinus Rex, & poſtea Dominus Carolus Imperator, atque deinceps Ottones piiſſimi beato Petro contulerunt. Necnon & Cenſum ſeu penſionem, & ceteras dationes, quae annuatim in Palatium Regis Langobardorum inferri ſolebant ſive de Tuſcia, ſive de Ducatu Spoletano, ſicut in ſupraſcriptis donationibus continetur; & inter ſanctae memoriae Adrianum Papam, & Dominum Carolum Imperatorem convenit, quando idem Pontifex eidem de ſupraſcriptis Ducatibus, ideſt Tuſcano & Spoletano, ſuae auctoritatis Praeceptum confirmavit, eo ſcilicet modo, ut annis ſingulis praedictus Cenſus ad partem Eccleſiae Sancti Petri perſolvatur, ſalvâ ſuper eoſdem Ducatus noſtrâ in omnibus dominatione, & illorum ad noſtram partem ſubje-

ſubjectione. *Et in hujuſmodi Privilegio confirmationis Maguntinenſis & Colonienſis Archiepiſcopi & multi alii praelati, Comites, & Nobiles de mandato ipſius Imperatoris ad majorem firmitatem ſe ſubſcripſerunt, & quilibet ipſorum ſignum ſuum appoſuit. Et eſt ſine* Datâ *aliquâ*.

Item aliud tranſcriptum dicti Privilegii confirmationis extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in Civitate Aſſiſii in domo Minorum, continens per omnia de verbo ad verbum, prout ſupra ſcriptum eſt: Datum Aſſiſii die XX. Martii, Anno Nativitatis Domini MCCCXXXIX. tempore Domini Benedicti Papae XII. Pontificatus ſui Anno V.

Eſt etiam unum aliud tranſcriptum ejuſdem tenoris.

Item quidam rotulus de corticibus arboris, ſcriptus literis quaſi illegibilibus, prout ſupra ipſum ſcriptum eſt. in quadam cedula, & ideo non fuit ſummatus.

„ Ottonis Imperatoris.

P*Rivilegium* Ottonis Imperatoris, *continens:* Romam caput Mundi profitemur. Romanam Eccleſiam matrem omnium Eccleſiarum eſſe teſtamur: Sed incuriâ & inſcientiâ Pontificum longe ſuae claritatis titulos offuſcaſſe. Nam non ſolum quae extra Urbem eſſe videbantur, vendiderunt, & quibuſdam coloniis a lare Sancti Petri alienaverunt &c. *In fine loquitur ſic:* Sicut enim pro amore Sancti Petri Dominum Silveſtrum magiſtrum noſtrum Papam elegimus, & Deo volente ipſum ſtrenuiſſimum ordinavimus & creavimus, ita pro amore ipſius Domini Silveſtri Papae Sancto Petro de publico noſtro dona conferimus, ut habeat magiſter, quod A Principi noſtro & Petro a parte ſui diſcipuli offerat. Igitur Comitatus pro amore magiſtri Domini noſtri Silveſtri Papae Sancto Petro offerimus & donamus, ut ad honorem Dei, & Sancti Petri cum ſua & noſtra ſalute habeat, teneat, & ad incrementa ſui Apoſtolatus, noſtrique Imperii ordinet. Has autem ſibi ad ordinan- B dum concedimus, Piſaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Foſſabrum, Calli, Heſi, & Auſimum &c. *Et eſt ſine* Datâ. *Sed fuit manu ſua ſcriptum, & eſt bullettâ plumbeâ bullatum.*

Item tranſcriptum dicti Privilegii, extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in Civitate Aſſiſii, in domo Minorum, continens per omnia de C *verbo ad verbum, prout ſupra ſcriptum eſt. Et in dicto Privilegio continetur* Data *dicti tranſumti*, die XX. Martii, Anno Domini MCCCXXXIX. Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

Item quoddam aliud tranſcriptum duorum Privilegiorum Ottonis, & Henrici Imperatorum Romanorum, *extra-* D *ctum per Amelium Commiſſarium Domini Benedicti Papae XII. tunc exiſtentium in Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in domo Minorum Civitatis Aſſiſii. Et continent in effectu, quod dictus Otto Imperator, & filius ſuus* Otto Rex *confirmabant* Domino Johanni Papae XII. *nomine Eccleſiae Romanae, ſicut a praedeceſſoribus ſuis in* E *poteſtate ſua & ditione tenuerant*, Civitatem Romae cum ſuo Ducatu, & aliis Terris, *hic ſpecificatis nominatim, prout ſunt ſupra in Privilegio Henrici Imperatoris: ſubnectendo multa alia bona pro libertate Eccleſiae conſervanda. Et idem conceſſit Henricus Imperator Domino Benedicto Papae.* Data *Privilegii dicti Ottonis* Anno DCCCCLXII. die XIII. Februarii.

In

In juramento dicti Henrici non eſt Data.

Item eſt ad partem aliud tranſumtum ſimiliter extractum de Privilegiis dictorum Ottonis Imperatoris, & Ottonis Regis ejus filii, continens in effectu, quae ſupra dicta ſunt, & ſub eiſdem ſignis, & Datâ ipſius Privilegii. Data *verò ipſorum duorum tranſumtorum eſt* in Aſſiſio, Anno Domini MCCCXXXIX die XX Martii, Pontificatus Domini Benedicti Papae Anno V.

Item aliud Privilegium Regis Romanorum Ottonis IV. *bullâ aureâ communitum, in quo idem Rex Romanorum promittit* Domino Innocentio Papae, *& ſanctae Romanae Eccleſiae omnem obedientiam & reverentiam, & ſervare Eccleſiaſticas Libertates tam in Electionibus & Appellationibus ad Sedem Apoſtolicam emiſſis, quàm libere dimittendis bonis decedentium Praelatorum, & Eccleſiarum vacantium, ac Juriſdictione Eccleſiaſticâ libere exercendâ, & eradicandâ heretica pravitate, & dimittendo liberas poſſeſſiones, a ſuis praedeceſſoribus Eccleſiae conceſſas. Ac etiam juvandâ Romanâ Eccleſiâ ad recuperandum ablatas Terras. Ad has pertinet tota terra,* quae eſt a Radicofano uſque ad Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, Terra Comitiſſae Mathildis, Comitatus Britenorii, Exarchatus Ravennae, Pentapolis cum adjacentibus Terris, *expreſſis in multis Privilegiis Imperatorum & Regum a tempore* Ludovici. *Item adjuvare Eccleſiam Romanam ad retinendum Regnum Siciliae, ſub* Data, Anno Domini MCCIX. Undecimo Calendas Aprilis.

Item aliud Privilegium ejuſdem Ottonis, bullatum ſuâ Bullâ aureâ, continens in effectu quae ſupra proxime dicta ſunt in alio Privilegio. Et ultra promiſit eidem Domino Innocentio Papae ſtare ſuo conſilio & mandato ſuper facto Societatis Tuſciae & Lombardiae. Et ſi propter negotium ipſius oportuerit Eccleſiam Romanam incurrere guerram, ſubvenire ei, prout neceſſitas poſtulaverit, in expenſis. Et eſt ſine Datâ.

Item aliud Privilegium Imperatoris Ottonis, *ſcriptum literis aureis in charta coloris violati rubei. In quo Privilegio, ſeu Literis apparet, quod appenſa fuit Bulla aurea dicti Domini Ottonis Imperatoris, ut in tranſcripto dicti Privilegii legitur, licèt modò in ipſo Privilegio non ſit. Continens, qualiter ipſe Imperator una cum* Ottone Rege filio ſuo *promiſerunt beato Petro Principi Apoſtolorum, &* Domino Johanni *Papae XII. ſummo Pontifici donationes factas per praedeceſſores eorum, & ſicut a praedeceſſoribus ſuis uſque nunc in poteſtate tenuit & diſpoſuit:* Civitatem Romanam cum Ducatu ſuo, *& multis aliis, quae piae recordationis* Pipinus, *&* Dominus Carolus Imperatores *praedeceſſores ſui beato Petro & Eccleſiae Romanae contulerunt: hoc eſt* Civitatem Ravennam, cum multis aliis Civitatibus & Terris, *hic contentis, & ſuperiùs in Confirmatione Henrici Imperatoris expreſſis, quae in hujuſmodi Privilegio ſimiliter exprimuntur.* Datum Anno Incarnationis Domini DCCCCLXII. die XIII. Februarii, Imperii verò ſui Anno XXVII.

Tranſcriptum authenticum plurium Privilegiorum, extractum per Johannem Amelii Archidiaconum Forojulienſem de mandato Domini Benedicti Papae XII. de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae, in domo Fratrum Minorum Conventus Aſſiſii. Et narrat primum Privilegium, quod Otto IV. Rex Romanorum *conceſſit, quod omnes Electiones Praelatorum libere fiant ſecundùm jura.*

ra. Item quod Appellationes Eccleſiaſticae ad Eccleſiam devolvantur, quibuſcumque ſtatutis per ipſum & praedeceſſores ſuos, in contrarium editis non obſtantibus. Item quod bona ſeu ſpolia Praelatorum & Eccleſiarum vacantium non occupare promiſit. Item omnes Civitates, Caſtra, loca, poſſeſſiones & alia jura Eccleſiae, quae detinebantur per praedeceſſores ſuos, remiſit Eccleſiae: *Sub* Anno MCCIX. Undecimo Calendas Aprilis. *Item in ſecundo tranſcripto narratur, qualiter idem Otto promiſit & juravit ſervare & defendere omnes Terras & poſſeſſiones Eccleſiae, & ablata reſtituere pro poſſe. Item aliud Privilegium, quod concordat cum praecedenti.*

Item aliud tranſcriptum continens, quod Bela Rex Hungariae *ſcribit* Domino Gregorio Papae, *quod exhortaverat* Watacium Imperatorem Graecorum, *ut obediret mandatis Eccleſiae Romanae. Item ſcripſit dictus Rex Hungariae dicto Domino Gregorio, ut ſecum diſpenſaret, quod in Terris, quas acquireret contra Infideles, poſſet in dictis Terris Archiepiſcopos, Epiſcopos &c. prima vice deputare, & terras eorumdem limitare &c. Item ſcripſit dictus Rex dicto Domino Gregorio Papae, ut ſibi & ſuo Regno auxilium praeberet contra Tartaros, qui ſuum Regnum invaſerant.* Data *dicti tranſumti* in Aſſiſio die XX. Martii, Anno Domini MCCCXXXIX. Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V. *Infra eſt melius & clarius ſcriptum.*

Item aliud tranſcriptum Privilegiorum Eccleſiae Romanae conceſſorum, extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae in domo Minorum in Civitate Aſſiſii, in quo cavetur forma juramenti per Ottonem Imperatorem, *ſeu Procuratorem ſuum nomine ſuo ante coronationem ſuam* Domino Innocentio Papae III. *& Eccleſiae Romanae praeſtitum, ſub* Anno Domini MCCIX. Undecimo Calendas Aprilis. *Et forma juramenti eſt pulcra. Quaſi enim jurat omnia, quae in ſupraſcriptis ſuis Privilegiis continentur.*

Item forma juramenti per Fredericum II. Regem Romanorum & Siciliae, *dicto* Domino Innocentio Papae III. *praeſtiti. Pulcra eſt forma juramenti, & ſimilis illi Ottonis.*

Item alia forma juramenti per ipſum Fredericum II. Domino Honorio Papae III. *praeſtiti ſub* Datâ MCCXIX.

Item aliud tranſcriptum Rodulphi Romanorum Regis, *continens formam juramenti per ipſum praeſtiti* Domino Gregorio Papae. Data *verò dicti tranſcripti* die XX. Martii, Anno Domini MCCCXXXIX. Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

Literae teſtimoniales quinque Archiepiſcoporum & duorum Comitum de Alemannia, *continentes, ſe vidiſſe & audiviſſe legi coram* Domino Gregorio Papae X. *in Concilio generali exiſtente, Privilegia & juramenta conceſſa & praeſtita per* Ottonem IV. Imperatorem Romanorum Domino Innocentio Papae, & Fredericum II. Imperatorem Domino Innocentio Papae III. *bis &* Honorio Papae III. *ſemel: quorum tenores hîc inſeruntur. Quibus lectis & auditis* Praepoſitus Spirenſis Cancellarius Rodulphi Regis Romanorum, *omnia & ſingula praedicta ratificavit & approbavit, habens ad iſta ſpecialem poteſtatem hîc inſertam. Et de novo ſimiliter juravit & fecit. In quorum teſtimonium quindecim Sigilla dictorum Praelatorum & Comitum fuerunt hîc appoſita in pendenti.* Actum Lugduni in praedicto Concilio Anno Domini MCCLXXIV. die VI. Menſis Junii, Pontificatus ejuſdem Domini Gregorii X. Anno II.

Lite-

Literae Fratris Conradi Miniſtri Ordinis Minorum, ſuperioris Alemanniae, Procuratoris Rodulphi Regis Romanorum, *recognoſcentes* Domino Nicolao Papae III. *quod idem Rodulphus aliàs conſtituit Procuratorem ſuum Praepoſitum Spirenſem, ad confirmandum & jurandum* Domino Gregorio Papae X. *omnia jura, quae Oto, & Fredericus II. praedeceſſores ſui eidem Romanae Eccleſiae dederant & juraverant, hìc inſerta. Et ita fecit. Quae etiam omnia idem Miniſter confirmavit & juravit, & de novo conceſſit nomine ejuſdem Rodulphi, ut hìc ſerioſius continetur, eidem Domino Nicolao III.* in Palatio Apoſtolico Romae, Anno Domini MCCLXXVIII. Quarto die Maji, Pontificatus ejuſdem Domini Papae Nicolai III. Anno Primo.

Item aliud tranſcriptum, extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in Civitate Aſſiſii, continens ratificationem, approbationem, & obedientiam per Ottonem Marchionem Brandeburgenſem, filium Rodulphi Imperatoris Romanorum, *ſuper Privilegiis & Terris datis, confirmatis & conceſſis per dictum Rodulphum Imperatorem Eccleſiae Romanae.* Data *dicti Privilegii* Anno MCCLXXIX. Secundo Idus Septembris, Regni dicti Imperatoris, Anno VI. Data *verò dicti tranſumti*, Aſſiſii die XX. Martii, Anno Domini MCCCXXXIX. &c. (*ut ſupra*)

Item aliud tranſumtum, per modum VIDIMUS, *Privilegiorum Eccleſiae Romanae per* Ottonem, & Henricum Romanorum Imperatores *conceſſorum, ſigillatum Bullâ* Domini Innocentii Papae III. *cum multis Sigillis diverſorum Praelatorum hìc appoſitis. Primum Privilegium eſt Ottonis Imperatoris, recognoſcentis* Papae Johanni XII. Civitatem Romanam cum ſuo Ducatu, & cum pluribus aliis Civitatibus & Terris, *in dicto Privilegio contentis & ſupra ſcriptis. Secundum eſt Henrici Imperatoris recognoſcentis* Domino Benedicto Papae, Civitatem Romanam &c. *ut in alio continetur, vel quaſi: cum pluribus proteſtationibus ſuper electione Summorum Pontificum, quae ſunt contra Eccleſiam.* Data dicti VIDIMUS Tertio Idus Julii, Pontificatus dicti Domini Innocentii Papae III. Anno III.

Item aliud tranſcriptum, extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in Civitate Aſſiſii in domo Minorum, continens, quod Otto Rex Romanorum *promiſit* Domino Innocentio Papae honorificentiam, obedientiam, & reverentiam, Electionemque Praelatorum liberas eſſe conceſſit, *& voluit, quod libere & canonice fiant, quem totum Capitulum, vel major & ſanior pars ipſius duxerit eligendum. Et bona decedentium Praelatorum, & Eccleſiarum vacantium non eſſe per aliquot Seculares occupanda. Item continet juramentum fidelitatis, in quo recognovit poſſeſſiones & Terras hìc contentas, Domino Innocentio Papae, & Eccleſiae Romanae. Et in dictis Privilegiis non eſt* Data. Data *dicti tranſumti.* Aſſiſii XX. die Martii, Anno Domini MCCCXXXIX. &c.

„ Frederici Primi & Secundi Impera-
„ torum Romanorum, & aliorum.

Litera *miſſa* Domino Eugenio Papae per Fredericum I. Romanorum Imperatorem, *continens concordiam factam inter Eccleſiam & ipſum, intercedentibus Dominis Cardinalibus, tunc Legatis, eidem Imperatori miſſis, & multis perſonis Eccleſiaſticis, & Nobilibus. Et quod ipſe Imperator promiſit pacem & treugam facere cum Romanis.*

maris. Nec cum Rogerio Siciliae *ſine conſenſu Domini Papae. Et pro viribus laborabit, Romanos ſubjugare Domino Papae, & Romanae Eccleſiae honorem Papatus. Et* Regalia beati Petri *pro poſſe contra omnes homines conſervabit & defendet.* Graecorum Regi *nullam Terram ex illa parte maris concedet. Quod ſi fortè ille invaſerit, pro viribus, quamcitius poterit, ipſum ejicere curabit. Dictus verò Dominus Papa, Apoſtolicae auctoritatis verbo, una cum praedictis Legatis promiſit, quod dictum Imperatorem, ſicut cariſſimum beati Petri filium honorabit, & Imperatorem coronabit, & augendum juvabit &c.* Datum Conſantiae V. Calendas Aprilis, Anno Domini MCLII. Regni ſui Anno V.

Literae Imperatoris Friderici II. *in quibus confitetur*, Comitatum Comitiſſae Mathildis ad Romanam Eccleſiam pertinere, & mandat Caſtrum Gonzagae cum pertinentiis ſuis, quod eſt de Comitatu Comitiſſae praedictae, *occupatum a filiis Comitum Alberti de Caſalode & Veriſii, ſub certis poenis, hic expreſſis*, reſtitui. Datum Capuae Anno Domini MCCXXI. de Menſe Januarii, Regni ſui Anno Primo.

Item tranſcriptum authenticum, factum in Concilio Lugdunenſi, quinque Privilegiorum in praeſenti Litera Apoſtolica Domini Innocentii Papae IV. contentorum, perſonis Eccleſiaſticis per Dominum Fredericum II. Imperatorem *conceſſorum. Et eſt multis Sigillis Praelatorum ſigillatum. Cui tranſumto idem Dominus Innocentius Papa voluit tamquam originalibus fidem indubiam adhiberi. Duae primae Literae ſeu Privilegia ſub eâdem* Datâ, *videlicet* Anno MCCXXI. de Menſe Decembris, *continent qualiter Dominus Fredericus Romanorum Imperator caſſavit & irritavit omnia ſtatuta & conſuetudines, per quaſcumque perſonas contra Libertates Eccleſiae, & perſonas Eccleſiaſticas, editas, obſervatas, vel in futurum edendas. Quae omnia infra duos menſes praecepit penitus aboleri. Contra facientes ſubjici multis poenis. Item tertium, quod nulla Communitas, ſeu perſona publica vel privata imponat perſonis & rebus Eccleſiaſticis collectas & exactiones quaſcumque, nec bona Eccleſiaſtica invadat.* Datum MCCXI. de Menſe Februarii. *Item quartum, quod nullus perſonam Eccleſiaſticam in Criminali quaeſtione vel civili trahere ad judicium Seculare praeſumat contra Imperiales & Canonicas ſanctiones, diverſas poenas contra facientibus infligendo. Omnes haereticos diffidavit, & bannivit, eorum bona confiſcando. Item quod omnia navigia fracta, quocumque loco applicantia cum mercibus illis, quorum primo erant, remaneant, quacumque conſuetudine in contrarium non obſtante. Item quod omnes peregrini, ubi voluerint, hoſpitari & teſtari poſſint. Item quod omnes agricultores, & eorum boves ſecure permaneant juxta Legem* Agricultores. Datum Anno MCCXXI. de Menſe Decembris. *Tertium Privilegium continet, quod* Fredericus Rex Siciliae recognovit a Domino Innocentio Papa III. *&* Eccleſia Romana, ſibi, & Succeſſoribus ſuis Regnum Siciliae, Ducatum Apuliae, Principatum Capuae, Neapolim, Salernum, & Amalfiam; Marſiamque, cum eorum pertinentiis omnibus fuiſſe conceſſa. *Pro quibus Domino Gregorio Sancti Theodorici Diacono Cardinali, Sedis Apoſtolicae Legato, fidelitatem nomine Domini dicti Papae & Succeſſorum juravit, & promiſit perſonaliter accedere ad praeſentiam dicti Domini Papae, homagium pro praedictis facturus, Cenſumque ſexcentorum*

Squiſatorum de Apulia & Calabria, quadringentorum de Marſia, vel equivalens in auro & argento, per ſe & Succeſſores ſuos annis ſingulis eidem Domino Papae & Succeſſoribus ſuis ſolvere promiſit, volens & conſentiens, Electiones fiendas in dicto Regno canonice fieri. Quod Privilegium perpetuum Eccleſiae Romanae conceſſit. Datum in Civitate Meſſanae, Anno Domini MCCXI. Menſe Februario, Regni ejuſdem Frederici Anno IV. *Quartum Privilegium continet, qualiter dictus Fredericus Rex Siciliae pro vitando diſſenſiones, quae aliàs fuerant, inter Eccleſiam & Regnum ſuper electionibus faciendis, ordinavit, quod Sede vacante Capitulum obitum praedeceſſoris ſibi aut ſucceſſoribus ſuis ſignificet: deinde Capitulum eligat perſonam idoneam canonice & ſecundùm Deum, cui requiſitum tenetur praeſtare aſſenſum &c. Concedit, libere poſſe fieri electionem in Regno.* Datum Anno & Die *proxime dictis. Quinctum Privilegium continet, quod Fredericus Rex Romanorum & Siciliae, volens Libertatem Eccleſiae & perſonarum Eccleſiaſticarum inconcuſſe ſervari, caſſat omnia ſtatuta & conſuetudines, Eccleſiaſticae Libertati praejudicantia, ſub poena Mille Marcharum, Poteſtatibus, Conſulibus, & Comitatibus univerſarum Civitatum & Caſtrorum Italiae, inhibendo, ne de cetero illis ſtatutis, conſuetudinibuſque, tamquam prohibitis, utantur.* Datum in Caſtro apud Sanctum Leonem, Anno Domini MCCXXVIII. Calendis Octobris. *Et in fine praeſentis tranſcripti ſunt omnia nomina Praelatorum ſcripta, quorum Sigillis eſt ſigillatum.* Datum *quod ad tranſcriptum*, Lugduni in Concilio Generali, III. Idus Julii, Pontificatus Domini Innocentii IV. Anno Tertio. *Sequitur Originale Privilegium dicti tranſcripti. Privilegium Frederici Imperatoris, in quo irritat & anullat omnia ſtatuta & conſuetudines facta contra Libertatem Eccleſiae, & banno Mille Marcharum praecepit ſubjacere ea ſervantes, & infames ipſo jure reputat. Et ſi per annum inveniuntur, mandat bona eorum impune ab omnibus occupari. Item ſtatuit, quod ſi Communitas, aut perſona per annum in excommunicatione, latâ propter Libertatem Eccleſiae, perſtiterit, ipſo jure Banno Imperiali ſubjaceat. Item ſtatuit, ut nullus Eccleſiaſticam perſonam in criminali quaeſtione vel civili ad judicium Seculare praeſumat advocare. Damnat Catharos, & alios Haereticos, hìc contentos, & omnes adhaerentes eiſdem, & bona ipſorum confiſcat. Et plura alia ſtatuit contra dictos haereticos. In quo non eſt* Data; *ſed quoddam Sigillum antiquum de cerâ in pendenti.*

Item aliud tranſcriptum dicti Privilegii, extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in Civitate Aſſiſii, in domo Minorum, continens per omnia, ut ſupra ſcriptum eſt proxime.

Item aliud Privilegium Frederici II. Romanorum & Siciliae Regis, *recognoſcens* Domino Innocentio Papae *obedientiam, reverentiam & honorem; Electioneſque canonicas Capitulis Eccleſiarum totius Imperii, & Regni Siciliae ſuorum libere relaxavit: multaque pro defenſione Eccleſiae, & viribus ſuis, ſervare promiſit, & ſpecialiter in recuperatione Terrarum Italiae, & Tuſciae, & multarum Civitatum hìc expreſſarum: videlicet* terram, quae eſt a Radicofano uſque ad Ceperanum, Marchiam Anconitanam, Ducatum Spoletanum, Terram Comitiſſae Mathildae, Comitatum Brutenori, Exarchatum Ravennae, Pentapolim, cum aliis adjacentibus Terris, *expreſſis in multis Privilegiis Imperatorum & * Re-*

gnum

gnum a tempore Ludovici. Datum Anno Domini MCCXIII. *Et eſt ſine Bulla, licèt aliàs fuerit bullatum bullâ aureâ, pro ut hîc ſcribitur.*

Item Juramentum Frederici II. Regis Romanorum & Siciliae *praeſtitum* Domino Innocentio Papae III. *continens juramentum fidelitatis per ipſum ante coronationem ſuam praeſtitum in praeſentia multorum Nobilium hîc nominatorum. Promittens ſervare bona, terras & poſſeſſiones Eccleſiae Romanae, hîc contentas, pro poſſe, & ſubvenire Eccleſiae Romanae, ſi guerram haberet, in expenſis.* Datum in Caſtro Egrae, Anno Domini MCCXIII. Quarto Idus Julii.

Item quoddam aliud Privilegium ab eodem Frederico Rege Romanorum & Siciliae, Domino Honorio Papae III. *& Eccleſiae Romanae, ſuper Libertatibus Eccleſiaſticis indultum: in quo obedientiâ & reverentiâ praemiſſis, conceſſit, ut Electiones Praelatorum libere juxta ordinationem Capitulorum fierent, & appellationes in cauſis Eccleſiaſticis ad Sedem Apoſtolicam libere devolvantur; bonaque Praelatorum decedentium, Eccleſiarumque vacantium, & omnia bona ſpiritualia dicto Domino Papae, & Praelatis Eccleſiaſticis diſponenda reliquit; ac Terras & omnes poſſeſſiones, quas Eccleſia Romana a ſuis anteceſſoribus habuerat; videlicet a Radicofano uſque ad Ceperanum, cum multis aliis, ſupra enumeratis, dicto Domino Papae, Eccleſiaeque Romanae perpetuò dimiſit, confirmavit, & donavit. Et eſt ſignatum ſigno dicti Imperatoris.* Datum apud Hagnowe, Anno MCCXIX. Menſe Septembris, ſui Imperii VII. & Siciliae XXII.

Item alia Litera miſſa Domino Honorio Papae III. *continens juramentum fidelitatis per* Dominum Fredericum II. Regem Romanorum *ante ſuam coronationem, eidem Domino Papae & Succeſſoribus ſuis, ac Eccleſiae Romanae, praeſtitum in praeſentia multorum Nobilium hîc nominatorum; recognoſcens Terras Eccleſiae Romanae hîc contentas &c. ut ſupra.* Datum Anno Domini MCCXVIIII. Menſe Septembri, Indictione VIII.

Item aliud tranſcriptum authenticum, extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in Civitate Aſſiſii in domo Minorum, continens, quod dictus Fredericus II. Romanorum & Siciliae Rex *dedit in mandatis Epiſcopo Spirenſi Cancellario ſuo, reſignandi* Comitatum quondam Comitiſſae Mathildis, cum omnibus Caſtris & Villis ejuſdem, *Romanae ſanctae Eccleſiae matri ſuae. Qui dictus Epiſcopus invenit Caſtrum de Gonzaga, occupatum a filiis Comitis Alberti, quod noluerunt reſignare nec reſtituere, non obſtantibus poenis & proceſſibus, quas dictus Imperator eis impoſuit. Sed propter eorum inobedientiam eis fuit mota guerra.* Datum Calendis Octobris, Anno Domini MCCXXI. Menſe Januarii. Datum *dicti tranſumti* XX. Martii Anno MCCCXXXIX. &c. *ut ſupra.*

Item aliud tranſcriptum authenticum, continens Privilegia Domini Frederici Imperatoris & Siciliae Regis. *Primo, ne dictum Regnum de Imperio, ſed de Romana Eccleſia poſſit dici. Et conſentit, quod in dicto Regno,* Henricus filius ſuus *tamquam Rex nominaretur, & per idoneam perſonam gubernaretur, quouſque ad aetatem legitimam perveniſſet.* Datum apud Hagnowe, Anno MCCXXIV. Idus Februarii. *Item aliud Privilegium dicti Domini Imperatoris, quaſi conſimile, conceſſum dictae Romanae Eccleſiae.* Datum apud Argentinam Anno MCCXVI. Calendis Julii. *Item aliud Privilegium ſuper quadam*

dam diſcordia concordata inter Dominum Ludovicum Ducem Bavariae *ex una parte & Eccleſiam Romanam ex altera ſuper certis Terris, & aliis bonis Eccleſiae Romanae pertinentibus.* Datum apud Wormatiam II. Nonas Octobris. *Item quarto & ultimo eſt aliud Privilegium, in quo* Fredericus Rex Romanorum, Siciliae, & Hieruſalem, *conceſſit & dedit* Conrado filio ſuo *Civitatem Gajetae cum ſuis pertinentiis. Item dedit & donavit eidem Conrado filio ſuo in Vaſſallos Rogerium de Galliucio, Raynonem de Prata, cum Terris, Villis &c. Qui Vaſſalli, exiſtente diſcordia inter dictos Romanam Eccleſiam & Fredericum Imperatorem, adhaeſerunt ipſi Eccleſiae.* Datum apud Politorum MCCXXXIII. Menſe Martii. Datum *quoad tranſcriptum* Lugduni III. Idus Julii, Pontificatus Domini Innocentii IV. Anno III. *& ejus bullâ plumbeâ bullatum, & multis Sigillis Praelatorum ſigillatum.*

Literae teſtimoniales Praelatorum, qui viderunt Literas Principum Alemanniae, quarum tenor hic inſeritur, ſuper approbatione omnium Privilegiorum Eccleſiae Romanae per Dominum Fr dericum Imperatorem *conceſſorum.* Datum *quoad Privilegium* apud Francenfort, Anno Domini MCCXX. Nono Calendas Maji. Data *praedictarum Literarum*, Lugduni MCCLXXIV. *Et ſunt ſigillatae quindecim Sigillis Praelatorum. Sequitur originale ſupradictae approbationis. Approbatio Principum Alemanniae ſuper Privilegiis Eccleſiae Romanae per Fredericum Imperatorem & alios conceſſis, facta tempore Domini Innocentii Papae III. & ſibi miſſa, ſigillata magnis Sigillis dictorum Principum.* Datum apud Francenfort Anno Domini MCCXXIX, Calendis Maji.

Item quaedam Bulla aurea, in qua continetur confirmatio facta per Fredericum Imperatorem *compoſitionis factae per certos Romanae Eccleſiae Cardinales ſuper diſcordia, quae fuit inter Dominum Fredericum, & certas Communitates Lombardiae. Et fuit compoſitum, quod ipſae Communitates teneantur exhibere ſuis propriis ſumtibus quingentos milites ad biennium pro ſubſidio Terrae Sanctae.* Datum Anno MCCXXIII. die XIV. Auguſti.

Tranſcriptum authenticum ſeptem Literarum Imperialium, videlicet Frederici Imperatoris II. *&* Henrici *ejus filii, ordinatum per* Dominum Innocentium Papam IV. *in Concilio Lugdunenſi, & ejus bullâ plumbeâ bullatum, ac multorum Praelatorum Sigillis ſigillatum cui voluit adhiberi fidem velut originalibus, ſub* Data, Lugduni III. Idus Julii, Pontificatus ſui Anno Tertio. *Prima Litera, univerſis directa, continet, quod Fredericus Imperator Romanorum & Rex Hieruſalem ac Siciliae poſuit in diſpoſitione* Domini Gregorii Papae *controverſiam, quam habebat cum gentibus Lombardiae, Marchiae Tarviſinae, & Romandiolae, ſuper detentione ſuorum Regalium & jurium, & ſuper injuriis per ipſas ſibi & filio ſuo Henrico illatis.* Datum in Monteflaſcone, Anno Domini MCCXXXIV. *Secunda Litera, directa Domino Gregorio Papae per Imperatorem ipſum continet, quod ipſe pro ſe & filio ſuo Henrico vult tenere compromiſſum factum inter ipſum ex una parte, & Univerſitates Lombardiae & duos Cardinales Legatos ſuper hoc pro Eccleſia Romana ex altera.* Datum apud Caſtrum Johannis, Anno Domini MCCXXXIII. die XIV. Auguſti. *Tertia Litera continet, ut Prima. Quarta continet, quod dictus Fredericus ſcripſit Domino Gregorio Papae, quod*

quod ipſe volebat contrahere matrimonium cum Iſabella ſorore Regis Angliae: *ſuper quo mittebat unum Procuratorem, quem voluit hoc tractare de conſilio & ordinatione dicti Domini Papae. Quincta continet, quod dicto Frederico placebat, ut multi Crucesignati Regni Franciae, qui ad ſui inſtantiam retardarant tranſire * ulra mare in ſubſidium Terrae Sanctae, a cetero tranſirent, quos juvare ſe obtulit, ſi per patriam ſuam tranſirent. Sexta continet, quod Henricus filius Frederici Imperatoris juravit tenere omnia, quae tractarentur inter patrem ſuum & Dominum Gregorium Papam, ſcribendo ſuper illa controverſia, de qua in prima Litera habetur mentio. Septima continet ſacramentum fidelitatis per Fredericum Imperatorem Domino Innocentio Papae IV. praeſtitum.* Datum Anno Domini * MCCXXXIII. Quarto Idus Aprilis.

Item aliud tranſcriptum authenticum, extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in Civitate Aſſiſii in domo Minorum, continens primo, quod Dominus Innocentius Papa IV. *univerſis fidelibus ſcribens, ne occaſione caſuum futurorum, quibus corporaliter ſubjacent univerſa Privilegia & Literae, quae temporibus retroactis, ab Imperatoribus Sedi Apoſtolicae ſunt conceſſa & miſſa, bullis aureis & ſigillis roborata, valeant deperire, auctoritate Apoſtolicâ decrevit, quod hujuſmodi tranſumto fides adhibeatur &c. Et primo* Fredericus Imperator & Siciliae Rex *totum negotium illorum de Lombardia, Marchia & Romandiola revocavit, ac ordinationi & laudationi Domini Gregorii Papae commiſit, & ſcripſit cum Literis bullâ aureâ, ut dixi, bullatis cum multis aliis capitulis. Item ſcripſit eidem Domino Gregorio ſuper quodam matrimonio contrahendo cum ſorore Regis Angliae. Item continetur juramentum fidelitatis & homagii per Dominum Fredericum & Henricum poſt ipſum, Imperatorem praeſtitum. Datum, quo ad dicta Privilegia hîc contenta,* Anno Domini MCCXXXIV. Menſe Aprilis, Auguſti, & Septembris. Datum *dicti tranſumti*, III. Idus Julii, Pontificatus dicti Domini Innocentii Papae IV. Anno III.

Relatio Praelatorum hîc nominatorum, de modificationibus gravaminum per Fredericum Imperatorem *Eccleſiis in Italiae partibus illatorum.* Datum Cremonae in domo Imperiali apud Sanctum Laurentium, V. Calendas Novembris, XII. Indictione.

Mandat Dominus Innocentius Papa IV. *Gregorio de Montelongo, Subdiacono ſuo, ſub bulla aurea, ut* Fredericum Imperatorem *excommunicatum & anathematizatum habeat & teneat, ac nuntiari faciat in locis, in quibus ſibi videbitur expedire, pro eo, quod conjunxerat ſe cum Saracenis.*

Pacta & conventiones ac tractatus habiti inter Dominum Papam *ex una parte*, & Fredericum Imperatorem Romanorum, Siciliae & Hieruſalem Regem, *ſuper diſcordia vertente inter ipſum Dominum Papam & Imperatorem, ſuper Terris, Libertatibus, & bonis Eccleſiae, quae occupabat & detinebat idem Fredericus. Qui Dominus Papa ipſum excommunicavit, & multos proceſſus contra ipſum Imperatorem fecit. Ipſeque * Imperatore ad ſui innocentiam multas cauſas inducit, per quas, ut dicebat, abſolvi debebat. Et poſt plures tractatus dictus Dominus Papa cum Galeis ſecrete receſſit, quas fieri fecerat Januae, & ſe ad tranſalpinas partes, ut dicebat, tranſtulit. Sine Data, ſed ſigillata ſuo magno regio Sigillo in pendenti.*

Lite-

Litera patens cum bullâ aureâ Domini Frederici Imperatoris, *per quam commiſit* Domino Gregorio Papae *taxationem & moderationem dotis matrimonii contrahendi inter ipſum Fredericum & Sororem dicti * Regni Angliae.* Datum Fogiae, Nonis Menſis Decembris, Indictione VIII.

Item alia Litera bullata, miſſa Domino Innocentio Papae *per* Fredericum Imperatorem *ſuper regratiatione ſuae electionis. Et ſuper hoc miſit Ambaxiatores, offerendo ſe & bona ſua dicto Domino Papae & Eccleſiae Romanae.* Datum apud Beneventum XXVI. Junii, Primâ Indictione.

Item alia Litera miſſa Domino Benedicto Papae *per* Fredericum II. Regem Romanorum, *in qua ratificavit & approbavit juramentum fidelitatis, per Amiratum Procuratorem ſuum dicto Domino Papae pro jure, quod habebat in Inſula Siciliae, & aliis Inſulis circumjacentibus, & homagium ligium praeſtitum.* Scriptum Cataniae, XXVIII. Martii, II. Indictione. *Procuratorium* Frederici Siciliae Regis, *ſuper fidelitate praeſtanda Domino* Clementi Papae V. Datum Meſſanae Anno MCCCV. Menſe Octobris, Indictione IV.

Tranſcriptum extractum de Archivis Theſauri &c. continens rotulum quarumdam conventionum factarum ſeu faciendarum inter Dominum Papam & Eccleſiam Romanam ex una parte, & Imperatorem, qui tunc erat excommunicatus, ex altera. Sine Data, & ſine nomine Papae & Imperatoris.

Item unum aliud tranſcriptum extractum de Archivis &c. in Civitate Aſſiſii &c. continens approbationem Principum Alamanniae ſuper Privilegiis & Libertatibus Eccleſiae Romanae, per Fredericum Imperatorem *conceſſis, factam tempore* Domini Innocentii Papae III. *& eidem miſſam, ſigillatam Sigillis dictorum Principum.* Datum Anno Domini * MCCXX. Nono Calendas Maji.

Item alia Litera Friderici Romanorum & Siciliae Regis, *in qua recognoſcit Eccleſiae Romanae Terras hîc expreſſas, videlicet, Regnum Siciliae, cum omnibus ad ipſum ſpectantibus tam citra Pharum, quàm ultra, necnon Sardiniam & Corſicam. Et fuit, ut in eâ apparet, aureâ bullâ bullata. Confirmat multas alias Terras hîc contentas.* Datum Anno Domini MCCXIII. Anno Imperii ſui Primo, Regni ſui Siciliae Anno XVI. Quarta Indictione...... Julii.

Item aliud tranſcriptum, extractum de Archivis &c. continens Privilegia per Fridericum II. Imperatorem Romanorum *conceſſa, confirmata & data, & Juramenta per ipſum praeſtita.* Datum *ultimi Privilegii* in caſtris apud Sanctum Leonem, Anno Domini MCCXX. Indictione IX. Octavo Calendas Octobris. Data *dicti tranſumti*, XX. Martii, Anno Domini MCCCXXXIX. Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

Privilegium confirmationis conceſſum Eccleſiae Vercellenſi *per* Fridericum I. Imperatorem Romanorum *tam* de Caſtro Pomarii, *quàm* certis aliis Caſtris, *Terris, & Villis, &* Civitate Vercellenſi, *cum ſigillo dicti Imperatoris.* Datum XVI. Calendas Novembris, Anno Domini MCLII.

Litera Frederici II. *quae dirigitur Domino A. de Pictavia, ut ab extorſione pedagii abſtineat, & tangit Eccleſiam Dienſem.* Datum Anno Domini MCCXIV.

A

„ Williermi Imperatoris.

Litera miſſa Domino Innocentio Papae IV. continens juramentum fidelitatis per Dominum Williermum Regem Romanorum & Imperatorem electum, ante ſui coronationem praeſtitum in praeſentia multorum Nobilium hìc nominatorum. Promittens, ſe ſervaturum bona, terras, & poſſeſſiones Romanae Eccleſiae, hìc contentas, videlicet a Radicofano uſque ad Ceperanum &c. ut ſupra in aliis Privilegiis, pro poſſe contra quoſcumque, & ſubvenire Eccleſiae, ſi guerram haberet, in expenſis. Datum in Caſtro apud Engelheim, Anno Domini MCCXLIX. Undecimo Calendas Martii, ſui Regni Anno Primo. Tranſcriptum dictae Literae, extractum de Archivis Theſauri &c. continens per omnia, ut in praecedenti ſcriptum eſt. Datum tranſcripti XX. Martii, Anno Domini MCCCXXXIX. &c. ut ſupra.

Litera miſſa Domino Innocentio Papae, continens, quod P. Rex Bohemiae ſignificavit ſibi, quod ipſe ad requiſitionem Fratris Volaſti, Nuntii Apoſtolici, promiſit & juravit in manibus dicti Nuntii, & in praeſentia multorum Praelatorum & Nobilium, hìc nominatorum, aſſiſtere Domino Papae & Eccleſiae Romanae, ac Williermo Regi Romanorum, quamdiu in gratia dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae perſiſteret, & fideliter juvaret; & Regalia ab ipſo Imperatore recipere &c. homagium & ligium ſibi praeſtare. Datum Pragae VI. Idus Novembris Anno Domini MCCLIII. ſigillatum ſigillis Praelatorum & Nobilium. Talis tenoris & alia Litera conſimilis, continens, prout ſupra proxime ſcriptum eſt.

Item eſt alia Litera Regis Bohemiae, & Ducis Auſtriae, continens inimicitias electi in Regem Romanorum, & ad votum Papae, cum eo concordare praecipue propter Paſſagium, ad quod offert ſe iturum, dum tamen Papa concedat Decimas Eccleſiae de Regno ſuo, & tota terra ſua, in ſubſidium Terrae Sanctae. Datum Pragae VII. Idus Martii.

B

„ Manfredi Imperatoris.

Manfredus * Imperator conceſſit certis perſonis poteſtatem ad conveniendum cum Eccleſia Romana ſuper diſcordia vertente inter Dominum Alexandrum Papam ex una parte & ipſum Imperatorem & quondam Regem nepotem ſuum ex altera. Datum Mejani, Anno Domini MCCLV. Tertiodecimo die Martii.

C

„ Alfonſi Regis Romanorum.

Alfons * Rex Romanorum conſtituit Procuratores ſuos hìc, ſeu in iſto procuratorio, Sigillo ſuo magno ſigillato contentos & nominatos, ad petendum Imperii diadema. Actum Sibiliae, Calendis Februarii, Anno MCCLXIII.

D

„ Rodulphi Imperatoris.

E

Litera recognitionis terrarum, libertatum, & juriſdictionum hìc ſerioſius expreſſarum, & jurium Eccleſiae Romanae, facta per Rodulphum Regem Romanorum. Et plures remiſſiones Eccleſiae Romanae per ipſum factae. Et promiſit, jura Eccleſiae ſervare ac procurare, quod Barones Alamanniae conſentirent tenere illa, quae per ipſum Dominum Imperatorem in Inſtrumento ſunt expreſſa. Datum Anno

no Domini MCCLXXV. Indictione IV. Regni ſui Anno III.

Duae Literae conſimiles ejuſdem tenoris, multis ſigillis diverſorum Praelatorum hic contentis ſigillatae, continentes, qualiter Principes Imperii ratificaverunt recognitiones, confirmationes, innovationes, donationes, declarationes, conceſſiones, & juramenta facta per Rodulphum Imperatorem *& alios Imperatores* Domino noſtro Nicolao Papae III. *Eccleſiaeque Romanae, & Succeſſoribus ſuis*. Datum Anno Domini MCCLXIV. Indictione VII. Regni dicti Domini Rodulphi Anno * VI.

Tranſcriptum, extractum de Archivis &c. continens, qualiter Dominus Rodulphus Romanorum Rex *conſtituit Procuratores ſuos ad faciendum recognitiones & juramenta debita & conſueta facere & praeſtare Eccleſiae Romanae, miſſa* Domino Gregorio Papae X. Datum *dicti procuratorii*, Rotemburc Anno MCCLXXIV. Regni ſui Anno * Primo. Datum *dicti tranſumti*, XX. Martii, Anno Domini MCCCXXXIX. &c. *ut ſupra*.

Item quoddam Privilegium auro bullatum, quod Rodulphus Imperator Romanorum *ad aeternam rei memoriam confitetur primo, Conradum procuratorem ſuum conſtituiſſe, & dediſſe eidem mandatum, vigore cujus proceſſit coram* Domino Nicolao Papa III. *Et quae per eundem Procuratorem facta fuerunt, ratificavit, recognovit, & approbavit. In quo inſeruntur duo procuratoria, unum dicti Conradi, & aliud O. Praepoſiti Spirenſis. Item juramentum fidelitatis per* Dominum Ottonem Imperatorem Domino Innocentio Papae III. *praeſtitum. Item Privilegium dicti Ottonis eidem Domino Papae & Eccleſiae Romanae conceſſum. Item forma juramenti per dictum Ottonem Imperatorem eidem Domino Papae praeſtiti. Item ſimile Juramentum & ſimile Privilegium per Fredericum Imperatorem II. Romanorum* Domino Honorio Papae III. *praeſtitum & conceſſum. In fine praefatus Rodulphus Imperator ratificat omnia in praeſenti Privilegio ſcripta & contenta, approbat & de novo dat & concedit ac etiam confirmat*. Datum XIV. Calendas Februarii, Anno MCCLXXVIII.

Item tranſumtum autenticum, extractum de Archivis Theſauri &c. continens, qualiter Rodulphus Rex Romanorum *conſtituit Procuratorem ſuum, videlicet Fratrem Conradum, Miniſtrum Fratrum Minorum ſuperioris Alamanniae, ad confirmandum nomine dicti Imperatoris omnia Privilegia conceſſa* Domino Nicolao Papae III. *& Eccleſiae Romanae per ipſum Rodulphum, ſignatum & ſubſcriptum manu trium Notariorum*. Datum Anno Domini MCCLXXVIII. Quartodecimo Calendas Februarii. Datum *verò dicti tranſumti, ut ſupra in aliis tranſumtis*.

Item unum aliud tranſcriptum, extractum de Archivis &c. continens procuratorium, quod miſit Dominus Rodulphus Imperator Domino Nicolao Papae III. *ſuper diſcordia vertente inter ipſum Imperatorem ex una parte, &* Carolum Regem Siciliae *ex altera*. Datum Anno Domini MCCLXXVIII. Nonis Septembris. *Data verò tranſumti, ut ſupra*.

Item quoddam Inſtrumentum publicum procurationis Rodulphi Imperatoris, *continens primo quod ipſe ratificat, approbat, & concedit, ac de novo dat* Domino Nicolao Papae III. *& Eccleſiae Romanae ratificationes, conceſſiones, Privilegia, & cetera omnia, quae ipſe & praedeceſſores ſui conceſſiſſe*

conceſſiſſe & feciſſe noſcuntur. Conſtituitque procuratorem ſuum Fratrem Conradum. Dans eidem poteſtatem recognoſcendi, ratificandi, & de novo dandi expreſſe, quae data, acta, promiſſa, jurata, & recognita fuerunt nomine ſuo, Domino Gregorio Papae X. *& Eccleſiae Romanae, & plura alia hìc contenta.* Data MCCLXXVIII. Regni ſui Anno V. Quartodecimo Calendas Februarii.

A

Item Inſtrumentum, continens, qualiter Rodulphus Rex Romanorum *ratificavit, approbavit, & de novo conceſſit omnia Privilegia donata, conceſſa, recognita, & jurata per Praedeceſſores ſuos, & Principes Imperii, Eccleſiae Romanae: primo per dictos Principes apud Franchenfort Anno Domini MCCXX. Nono Calendas Maji: deinde per ſe in Civitate Lauſanae MCCLXXV. & Regni ſui Anno III. Item ratificavit & de novo juravit omnia & ſingula praemiſſa & facta ſuo nomine per Fratrem Conradum, Miniſtrum Minorum ſuperioris Alamanniae, Procuratorem ſuum, hìc ſerioſius expreſſata.* Datum in caſtris apud Drax, Quarto Kalendas Septembris, Anno Domini MCCLXXVIII. Regni ſui Anno V.

B

Tranſumtum authenticum plurium Privilegiorum per Imperatores Romanorum, Eccleſiae Romanae conceſſorum, extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in domo Minorum de Civitate Aſſiſii, in quo cavetur forma juramenti per Rodulphum Imperatorem, *ſeu Procuratorem ſuum* Domino Nicolao Papae III. Data *originalis ut ſupra in proximo.* Data *tranſumti, ut ſupra in aliis tranſumtis Aſſiſii.*

C

Sequitur originale juramentorum, promiſſorum, conceſſorum, & confirmatorum Rodulphi Imperatoris, *factorum & datorum per* Ottonem, & Fredericum Imperatores Romanorum, *praedeceſſores ſuos, necnon per Fratrem Conradum Procuratorem ſuum ſuper bonis, rebus, & juribus Romanae Eccleſiae, habentem poteſtatem a dicto Rodulpho Imperatore faciendi confirmationes, conceſſiones, privilegia, juramenta & cetera omnia, quae praedeceſſores ſui Romanorum Reges feciſſe noſcuntur ſeu inveniuntur. Et continentur in iſta Litera multa Privilegia, Eccleſiae Romanae conceſſa per diverſos Imperatores, & multa juramenta per eos praeſtita pluribus & diverſis Summis Pontificibus. Et multi Praelati ſubſcripti. Deficit Sigillum.* Datum Anno Domini MCCLXXVIII. Quarto die Maji.

Item duo Inſtrumenta publica ejuſdem tenoris, continentia revocationem occupationis Bononiae, & Terrarum Eccleſiae Romanae, per Cancellarium Rodulphi Regis Romanorum factae, & per ejus vice Protonotarium de ipſius mandato revocatae. Datum Anno MCCLXXVIII. Secundo Calendas Julii, in Conſiſtorio publico, coram Domino Nicolao Papa III. & coetu Dominorum Cardinalium.

D

Ad aeternam rei memoriam Litera patens, continens, qualiter Rodulphus Rex Romanorum, *recognitis & approbatis omnibus donis, ſive donationibus factis & Privilegiis per praedeceſſores ſuos Romanorum Reges & Imperatores a tempore* Ludovici *beato Petro, coeleſtis Regni clavigero, ejuſque Succeſſoribus, & Eccleſiae Romanae conceſſis, ſpecialiter Terrarum, que ſunt a* Radicofano uſque Ceperanum, Marchiae Anconitanae Ducatus Spoletani, Terrae Comitiſſae Mathildis, Comitatus Bretenorii, Exarchatus Ravennae, Pentapolis, Maſſae Trebariae, *cum adjacentibus terris & juriſdictionibus,* nec non Bononienſis, Imolenſis, Faventinae, Foropopulienſis,

E

lienſis, Caeſenatii, Ravennatenſis, Ariminenſis, Urbinatenſis, Comenſis, Forolivienſis, Montisfeltri, & Bercenorii, *cum Civitatibus, Caſtris, Villis, terris, juribus, juriſdictionibus, & pertinentiis eorum, ac generaliter omnibus aliis, quae etiam ratificaverat & recognoverat* Domino Gregorio Papae X. *volens perpetuò valere; ac revocans & caſſans penitus omnes recognitiones per* R. *Cancellarium ſuum a Nobilibus, Univerſitatibus, Communitatibus, & Hominibus terrarum praedictarum, ac fidelitatis juramenta nomine ſuo poſtea recepta; & ad annullandum, caſſandumque penitus omnia facta per dictum Cancellarium ſuper haec, ſcribendo* Domino Nicolao Papae III. *& Nobilibus & Communitatibus dictarum Terrarum, Magiſtrum Gaufridum Protonotarium ſuum ſpecialem deſtinavit. Qui in magno Conſiſtorio Papali Viterbii, praefato Domino Nicolao Papae III. & Dominis Cardinalibus praeſentibus, geſta per dictum Cancellarium Imperii totaliter irritavit & annullavit, ac praecepit juxta mandatum dicti Imperatoris, Nobilibus & Civibus dictarum Civitatum, Caſtrorum, & Terrarum, ut dictum Dominum Papam & Eccleſiam Romanam tenerent & recognoſcerent pro veris eorum Dominis, eiſque perpetuo facerent fidelitatem & praeſtarent ſacramentum. Et ſic factum fuit.* Datum in caſtris apud Drax. Quarto Calendas Septembris, Anno MCCLXXVIII. ſui Regni Anno V.

Item alia patens Litera, continens, qualiter Rodulphus Rex Romanorum *ratificando, approbando, & de novo concedendo omnia donata, Privilegiaque, & Terras per praedeceſſores ſuos Eccleſiae Romanae conceſſa in Lauſana, praeſentibus multis Praelatis & Nobilibus,* Dominoque Gregorio Papae

A X. *& Eccleſiae Romanae, juramentum fidelitatis praeſtitit, Anno MCCLXXV. Regni ſui Anno III. Poſtque ratificando, ut ſupra, Fratrem Conradum, Miniſtrum Ordinis Minorum, Procuratorem ſuum Romam deſtinavit. Qui* Domino Nicolao Papae III. *ſimili modo omnia Privilegia & Terras dictae Romanae Eccleſiae conceſſa approbavit &*

B *conceſſit apud Sanctum Petrum in Conſiſtorio publico Papali, Anno Domini MCCLXXVIII. Quarto die Maji. Et idem Imperator poſtea ratificavit omnia ſupradicta, & Literas ſuas conceſſit ſuper haec, ſub* Data in caſtris Drax, Quarto Calendas Septembris, Regni ſui Anno V.

Item ratificatio & approbatio cum

C *Literâ, bullâ aureâ bullatâ, facta per* Rodulphum Imperatorem & Regem Romanorum, *de omnibus Terris, Civitatibus, & juribus Eccleſiae Romanae in partibus Italiae & aliis, quae per Fratrem Conradum Procuratorem ſuum coram* Domino Nicolao Papa III. *in Roma, & in praeſentia* Domini Gregorii Papae X. *in Lauſana*

D *facta fuerant. Qui Imperator omnia praemiſſa recognita per dictum Procuratorem ſuum juravit & promiſit tenere & inviolabiliter obſervare pro ſe & ſuis Succeſſoribus.* Datum Anno Domini MCCLXXIX. Indictione VII. Decimoſexto Calendas Martii, Anno verò ſui Imperii VI. *Item tranſcriptum ſupradictarum ratificationum, ex-*

E *tractum de Archivis Theſauri Eccleſiae Romanae in Civitate Aſſiſii in domo Minorum, continens per omnia, ſicut in praecedentibus proximis Literis continetur.*

Item alia Litera Ludovici Comitis Palatini Regni Ducis Bavariae *ſuper confirmatione & invocatione donationum Eccleſiae Romanae factarum & conceſſarum per Dominum Rodulphum Impera-*

torem.

torem. Datum Anno Domini MCC-LXXIX. Nono Calendas Aprilis.

Item alia patens Litera, in qua cavetur, quod Dominus Rodulphus Rex Romanorum *confirmavit omnes donationes Eccleſiae Romanae factas per ſuos praedeceſſores de tota Terra Eccleſiae, cum ſuis juribus*, quae eſt a Radicoſano uſque ad Ceperanum, de Marchia Anconitana, Ducatu Spoletano, *cum certis aliis Terris, ut ſupra. Et quia R. Cancellarius ſuus, ipſo inſciente, juramentum fidelitatis nomine ſuo a Civibus & habitatoribus Ravennae, & pluribus aliis Civitatibus, & Villis atque Caſtris, quae ſunt & pertinent Eccleſiae Romanae, receperat; omnia fuerunt per dictum Dominum Imperatorem in praeſentia* Domini Gregorii Papae X. *revocata. Et promiſit praedicta & alia, in praeſenti Literâ contenta, quamprimum fuerit inunctus, ratificare &c.* Datum Viennae Anno MCCLXXIX. Indictione VII. Sextodecimo Calendas Martii, Regni ſui Anno VI.

Item alia Litera continens, qualiter Johannes, & Albertus fratres Duces Saxoniae, *omnia, quae per Rodulphum Regem Romanorum* Domino Nicolao Papae III. *& Eccleſiae Romanae data & conceſſa fuerunt, & ſpecialiter multas Terras hîc nominatas, ratificaverunt & approbaverunt*. Datum Anno MCCLXXIX. Calendis Aprilis, Regni ſui Anno VI.

Item tranſcriptum, extractum de Archivis Theſauri Eccleſiae &c. continens, qualiter Comes Palatinus Dux Bavariae *quidquid per Dominum Rodulphum Imperatorem* Domino Nicolao Papae III. *& Eccleſiae Romanae, recognitum, confirmatum, innovatum, & de novo datum ac juratum ſuper fidelitate & obedientia, & aliis ratificavit & approbavit*. Datum XIV. Calendas Aprilis, Anno MCCLXXIX. Data *dicti tranſumti*, Aſſiſii, *ut ſupra*.

Item Inſtrumentum publicum, in quo eſt tenor Literae Rodulphi Imperatoris, *quae dirigebatur* Domino Nicolao Papae III. *in qua cavetur, quod ipſe Imperator confirmavit omnes donationes hîc nominatas, Eccleſiae Romanae datas, quas Praedeceſſores ſui donaverant & conceſſerant, & prout ipſe donavit* Domino Gregorio Papae X. *Et de novo dedit & confirmavit; ſcribens univerſis Gubernatoribus earumdem, ut obediant eidem Domino Papae tamquam vero eorum Domino. Remittens omnia juramenta Vaſſallorum. Et dedit poteſtatem Gotfrido praedicta exſequendi*. Datum Anno Domini MCCLXXIX. Secundo Calendas Julii.

Item quaedam Litera, continens confirmationem & approbationem per Ottonem Marchionem Brandeburgenſem, *de & ſuper Privilegiis & Terris, aliiſque omnibus datis & conceſſis ac confirmatis per Rodulphum Regem Romanorum patrem ſuum* Domino Nicolao Papae III. *& Eccleſiae Romanae factis*, Datum Anno Domini MCCLXXIX. Secundo Idus Septembris, Regni dicti Imperatoris Anno VI.

Item quoddam procuratorium, miſſum per Rodulphum Imperatorem Romanorum Domino Honorio Papae, *ad recipiendum ſubſidium pecuniarum ab ipſo Domino Papa, eidem Imperatori neceſſarium, pro ſuſcipiendo Romani Imperii diademate*. Datum Lauſanae X. Calendas Decembris, Anno Domini MCCLXXV. Regni ſui Anno * XIII.

item aliud Procuratorium Rodulphi Imperatoris, *miſſum* Domino Honorio Papae III. *ad inpetrandum & acceptandum diem de ſuſcipiendo diademate*,

mate, & imponendâ ſibi Coronâ Caeſareae dignitatis, & jurandi in animam ipſius ſuper obſervatione omnium illorum, quae ſunt in praedictis requirenda. Datum Anno Domini MCC. LXXV. Regni ſui * XIII.

Item quaedam Bulla Domini Bonifacii VIII continens, quod ipſe Dominus Bonifacius mandavit Maguntino, Colonienſi, & Treverenſi Archiepiſcopis, ut Alberto nato Rodulphi quondam Romanorum Regis, Duci Auſtriae, qui a Rodulpho Rege Romanorum electo, & coronato per eumdem Albertum, poſt ſacramentum fidelitatis ſibi praeſtitum, bellice interfecto, in Regem Romanorum ſe eligi procuravit, & abſque confirmatione, conſecrationeque ſummi Pontificis, dictum Regnum Romanorum adminiſtrare praeſumſit, ex parte Domini Papae nunciarent, quod per ſe vel Procuratores idoneos veniret, dicto Domino Papae ſuper praedictis innocentiam & obedientiam oſtenſurus, aliàs contra ipſum procederetur &c. Datum Laterani, Idibus Aprilis, Pontificatus ſui Anno VII.

Item alia Litera bullata continens, quod Dominus Bonifacius Papa VIII. ſcripſit Duci Saxoniae, hortando eum gratioſe, ut induceret Albertum Ducem Auſtriae, natum Rodulphi quondam Romanorum Regis, ad reſtituendum Eccleſiae Romanae provinciam Tuſciae, quae licèt ad Imperium fuiſſet translata, antea ad eamdem Eccleſiam pertinuerat: ſuper hoc pro bono pacis & patriae, cum N. Epiſcopo Anconitano, ad partes illas pro his deſtinato, concordando. Datum Anagniae IV. Idus Maji, Pontificatus ſui Anno VI.

A

„ Alberti Imperatoris.

INſtrumentum, ſive Litera patens, magno Sigillo ſigillata, continens, qualiter Albertus Rex Romanorum conſtituit Procuratores ſuos ad excuſandum ipſum Regem coram Domino Bonifacio Papa, ſuper excuſatione & innocentia ipſius Regis &c. Datum in Radam, Anno Domini MCCCII. Indictione XV. Sexto Calendas Aprilis, Regni ſui Anno IV.

B

Item alia litera patens, etiam magno Sigillo ſigillata, continens procuratorium Domini Alberti Imperatoris Romanorum, miſſum Domino Bonifacio Papae ſuper certis cauſis hîc contentis. Datum, ut ſupra.

C

Item unum tranſcriptum authenticum, extractum de Archivis &c. continens, qualiter Albertus Romanorum Rex juravit Domino Bonifacio Papae, quod Vicarium in Lombardia nec in Tuſcia poneret abſque beneplacito ſuo & Sedis Apoſtolicae uſque ad quinquennium, nec ultra dictum quinquennium, ſuſpectum Eccleſiae Romanae Vicarium ponet; & ſi poſuerit, amovere curabit pro poſſe. Datum Anno Domini MCCCIII. Sextodecimo Calendas Auguſti, Regni ſui Anno V.

D

Item alia Litera patens, quodam ſigillo valde magno ſigillata, continens promiſſionem Alberti Regis Romanorum, videlicet quod non mittet Vicarium in Tuſciam uſque ad quinquennium; & poſt quinquennium, niſi fidelem Eccleſiae Romanae. Et quod non procurabit aliquem de filiis ſuis, quos ſuſcepit, ſeu ſuſcipiet de Uxore ſuâ, Sorore Conradini, eligi & aſſumi ad Regnum Theotoniae, ſeu Imperium Romanorum, & ita juravit. Datum Anno Domini MCCCIII. Sextodecimo Calendas Auguſti, Regni ſui Anno V.

E

Item

Item alia patens Litera, etiam magno ſigillo ſigillata, continens recognitionem Alberti Regis Romanorum, *confitentis videlicet, quod Reges Romanorum, in Imperatores poſtmodum promovendi, accipiunt gladii poteſtatem ab Eccleſia Romana. Juramentum fidelitatis ipſius confirmat etiam omnia, quae donata fuerunt Eccleſiae Romanae a patre ſuo, & aliis Praedeceſſoribus ſuis, & maxime quae data fuerunt per* Ludovicum, & Ottonem *tempore bonae memoriae* Paſchalis, & Johannis, *prout in Capitulis Decretorum continetur.* Datum Anno Domini MCCCIII. Duodecimo Calendas Auguſti, Regni ſui Anno V.

A

Item tranſcriptum authenticum, extractum de Archivis &c. ſuper Privilegiis Eccleſiae Romanae conceſſis, continens juramentum fidelitatis per Albertum Regem Romanorum Domino Bonifacio Papae *praeſtitum: referendo grates & gratias tantorum beneficiorum ad recognoſcendum Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicam de Graecis in Romanos translatum. Et quod jus eligendi ab eadem Sede certis Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus eſt conceſſum. A qua Reges & Imperatores recipiunt temporalis gladii poteſtatem. Confirmans omnia Privilegia & Donationes Eccleſiae Romanae per praedeceſſores ſuos factas & datas & conceſſas: & de novo dat & concedit, & plura alia, quae hic continentur, utilia Eccleſiae Romanae.* Datum Anno Domini MCCCIII. Sextodecimo Calendas Auguſti, Regni ſui Anno V. Datum, *quo ad tranſcriptum,* Aſſiſii, *ut ſupra.*

B

C

D

E

„ Henrici Septimi.

P*Rimo duo Inſtrumenta publica ejuſdem tenoris, ſigillata quodlibet ſex ſigillis, continentia, qualiter* Dominus Clemens Papa V. *in Conſiſtorio generali praeſentibus Dominis Cardinalibus, ac Procuratoribus Domini* Henrici Regis Romanorum, *in Imperatorem electi, ac gentium multitudine copioſâ, praefatum* Henricum in Regem Romanorum *electum, poſtmodum* in Imperatorem *promovendum nominavit & declaravit, & perſonam ipſius approbavit & declaravit eſſe habilem & idoneam ad Imperium obtinendum. Et lectis ibidem Inſtrumento procurationis dicti Henrici, & quâdam cedulâ continenti juramenta, quae habent praeſtare electi in Imperatorem ante coronationem, Procuratores ſui jurarunt, in animam ipſius, prout hic continetur.* Datum Avinione die XXVI. Julii Anno Domini MCCCIX. Pontificatus Domini Clementis Papae V. Anno IV.

Tranſumtum decreti electionis Henrici electi in Imperatorem Romanorum *per Electores Domino Clementi Papae V. Avinionem miſſum,* Datum Anno & Pontificatu, *quibus ſupra, &* die I. Auguſti. *Item copia dicti tranſumti in papyro.*

Litera, more Romanae Curiae bullata, in qua continetur, quod Dominus Papa Clemens V. *auditâ relatione Baſilienſis & Curienſis Epiſcoporum* Amadei Sabaudiae, Johannis Delphini de Sarraponte Comitum, *Procuratorum & Ambaxatorum* Domini Henrici electi in Imperatorem & Regem Romanorum, *dictam electionem & nominationem approbavit, laudavit, & declaravit ipſum Dominum Henricum eſſe idoneum & ſufficientem ad dictum Imperium obtinendum, regendum, & gubernandum. Et ſcripſit idem Dominus Papa perſonis Eccleſiaſticis & Secularibus Imperii, ut eidem Domino Henrico tamquam Imperatori obediant, & de juribus ſui Imperii reſpondeant. Et praefixit idem Dominus Papa eidem*

dem Henrico electo in perſonam dictorum ſuorum Procuratorum & Ambaxatorum, ut infra biennium ſacram inunctionem & conſecrationem & diadema reciperet. Qui Procuratores ita jurarunt. Datum Avinione VII. Calendas Auguſti, Pontificatus ſui Anno Quarto.

Item alia Litera, more Romanae Curiae bullata, ex parte Domini Clementis Papae V. Domino Henrico in Regem Romanorum electo *tranſmiſſa, ſuper ipſius Coronatione facienda. Et praefixit idem Dominus Papa eidem Imperatori electo, ut infra biennium in Baſilica Apoſtolorum Petri & Pauli in Urbe Romae ſacram inunctionem, conſecrationem, & coronationem reciperet.* Datum, *ut ſupra.*

Item alia Litera bullata bullâ Domini Clementis Papae V. *continens mandatum directum Archiepiſcopo Treverenſi, & Johanni Molano Nuntio Apoſtolico, ſuper receptione juramenti per* Henricum in Regem Romanorum *electum dicto Domino Papae & ejus Succeſſoribus, Eccleſiaeque Romanae pro conſervandis Privilegiis & Terris Eccleſiae Romanae conceſſis, & patrimonio & Libertatibus ejuſdem ante ſui coronationem praeſtandi.* Datum Avenione V. Calendas Julii Pontificatus ſui Anno V.

Item duae Literae patentes ejuſdem tenoris ſigillatae, quaelibet duobus ſigillis, continentes, qualiter Johannes de Molano Capellanus Domini Papae Clementis V. & Nuntius Apoſtolicus in praeſentia Epiſcopi Baſilienſis & multorum aliorum, recepit juramentum a Domino Henrico in Regem Romanorum electo, *ante ſui coronationem, de conſervandis & confirmandis Privilegiis & Terris &c. Eccleſiae Romanae.* Datum Lauſanae Anno Domini MCCCIX. Idus Septembris. *Sequuntur tres Literae ejuſdem tenoris, auro bullatae tam in Datâ, quam in ſerie earumdem.*

Litera Imperatoris Henrici *ſub bullâ aureâ, continens formam inſcriptam, miſſa ſuper coronatione dicti Henrici in Imperatorem electi per* Dominum Clementem Papam Quintum, Dominis Arnaldo Sabinenſi, Leonardo Oſtienſi Epiſcopis & Cardinalibus, *& quibuſdam aliis Diaconis Cardinalibus. Etiam continet modum inungendi, coronandi, & alia inſignia neceſſaria concedendi pro dicta Coronatione tam Imperatoris quàm ejus Uxoris. Et ante coronationem fuerunt factae pro parte Eccleſiae Romanae multae proteſtationes per certos Commiſſarios, per Dominum Clementem deputatos, eidem Domino Imperatori. Quae omnia, ut ex tenore dictae Literae apparet, idem Dominus Henricus ratificavit, approbavit, & confirmavit, & in ſignum perpetuae rei memoriae, hujuſmodi Literam ſuo ſigillo aureo fecit communiri.* Datum Laterani III. Calendas Julii, Anno Domini MCCCXII. Indictione X *poſt ſuſceptum Imperii diadema*, Regni ſui Anno IV. Imperii verò Anno Primo. *Et quia ſunt aliae duae Literae ejuſdem tenoris, hìc non ſummantur. Sequuntur aliae quatuor Literae ejuſdem tenoris, auro bullatae, tam in Datâ quàm in ſerie earumdem, de quibus hìc non ſummatur niſi una.*

Litera ſub bulla aurea bullata, miſſa Domino Clementi Papae V. *per* Dominum Henricum Imperatorem, *continens primo, qualiter ipſe Imperator ante coronationem ſuam in manibus Domini Johannis de Molano Capellani & Nuntii Apoſtolici, nomine dicti Domini Papae & Sedis Apoſtolicae praeſtitit juramentum fidelitatis, recognitionem & confirmationem omnium Privilegiorum & Terrarum, ad Eccleſiam Romanam pertinentium, & ſpecialiter* Privilegio-

vilegiorum Conſtantini, Caroli, Henrici, Ottonis IV. Frederici II. *atque* Rodulphi, *Regum & Principum ſeu Imperatorum Romanorum, quocumque tempore conceſſorum ſanctae Romanae Eccleſiae, Romaniſque Pontificibus, & Sedi Apoſtolicae. Et praecipue ſuper conceſſione* Marchiae Anconitanae, *& plurium aliarum Terrarum, hîc contentarum, & in aliis Privilegiis ſuperius expreſſarum. Concludens in fine, quod ipſe Imperator poſt receptionem diadematis ſeu coronationem, omnia confirmavit, recognovit, ratificavit, & de novo dedit, ac etiam juravit in manibus Dominorum Legatorum hîc nominatorum.* Datum Romae apud Sanctam Sabinam II. Nonas Julii, Anno Domini MCCCXII. Regni ſui IV. Imperii I.

Litera conceſſa per Henricum Regem Romanorum, *ſigillo ſuo magno de cerâ ſigillata, miſſa* Domino Clementi Papae V. *ſuper Privilegiis, donationibus, & confirmationibus, & Terris Eccleſiae Romanae datis & confirmatis, & de novo per ipſum conceſſis & ratificatis.* Datum Anno MCCCX. Quinto Idus Octobris.

Litera teſtimonialis continens, qualiter reverendi Domini Oſtienſis, & Sabinenſis Epiſcopi & ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinales *receperunt juramenta a* Domino Henrico Imperatore Rege Romanorum. *Et Litera aureâ bullâ munita juxta formam Literarum Apoſtolicarum eis miſſarum & traditarum, quas eidem Domino Papae miſerunt.* Datum Anno Domini MCCCXII. die VI. Julii, Pontificatus Domini Clementis Papae V. Anno VII.

A

„ Caroli Regis Bohemiae, poſtmodum
„ in Regem Romanorum aſſumti.

E*St primo quaedam Litera, duobus magnis ſigillis ſigillata, continens juramentum* Caroli Marchionis Moraviae, *primogeniti* Johannis Regis Bohemiae: *quod praeſtitit in praeſentia* Domini Clementis V. *& Dominorum Cardinalium. Quod eo caſu, quo ipſum contigerit eligi in Regem Romanorum, eo electo, ipſa omnia praeſtanda in hujuſmodi electione, & per alios Imperatores ſolita praeſtari, praeſtabit & jurabit. Item ulterius continetur forma juramenti praeſtiti per* Dominum Henricum Imperatorem *quondam. Item juravit dictus* Johannes Rex, *quod eo caſu, ſeu eventu quo dictus filius ſuus fuerit in Imperatorem electus, praeſtabit juramentum Eccleſiae Romanae, conſuetum praeſtari.* Datum Anno Domini MCCCXLVI. die XXII. Menſis Aprilis, Pontificatus Domini Clementis *praedicti* Anno IV.

B

C

Johannes Rex Bohemiae, *&* Carolus ejus filius Marchio Moraviae, *in praeſentiâ* Domini Clementis Papae VI. *& multorum Dominorum Cardinalium, & aliorum jurarunt*, Ludovicum de Bavaria *non juvare, durante ſuâ obſtinaciâ, nec ſecum conſanguinitatem ſeu affinitatem contrahere abſque Domini Papae licentia ſpeciali.* Datum, *ut ſupra in proxima.*

D

Johannes Rex Bohemiae, *&* Carolus ejus filius Marchio Moraviae, *in praeſentiâ* Domini Papae Clementis VI. *jurarunt ſe fore perſequuturos* Ludovicum de Bavaria *ſchiſmaticum, excommunicatum, & haereticum pronuntiatum, eorum ſumtibus & expenſis, promittentes ſpecialiter exſpenſas in hujuſmodi proſequutione fiendas a dicto ſummo Pontifice & Eccleſiâ Romanâ non repetere.* Datum, *ut ſupra.*

E

Inſtru-

Inſtrumentum quatuor Notariorum ſignatum, & ſigillo Caroli filii Regis Bohemiae, *in pendenti cerâ albâ ſigillatum, in quo continetur, quod ſi contingat, ipſum in Imperatorem eligi, quod de omnibus cauſis, quaeſtionibus, & controverſiis, quae moveri contigerit inter ipſum & Dominum Francorum Regem, ſtabit ordinationi & voluntati* Domini noſtri Papae Clementis VI. *& ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum. Et ita juravit dictus Carolus in praeſentia Domini Papae & Dominorum Cardinalium.* Datum, *ut ſupra.*

Carolus primogenitus Regis Bohemiae *in praeſentia* Domini Clementis Papae VI. *& Dominorum Cardinalium juravit & promiſit, quod ſi contingat, ipſum in Imperatorem eligi, omnes poenas & multas, retroactis temporibus per* Henricum *ultimum* Imperatorem ac Avum ſuum *contra Regem Siciliae, Ducem Duratii ejus fratrem, contra Vaſſallos dicti Regni Siciliae, Comitatus Provinciae, necnon contra nonnullos Cives incolas Civitatis Romanae, contra Commune Florentiae, ac Poteſtates &c. promulgatas, juxta ordinationem dicti Domini Papae, aut Succeſſorum ſuorum remitteret. Item juravit remittere omnibus Communitatibus quorumcumque locorum omnium partium Italiae, & quibuslibet perſonis partium earumdem, omnes injurias & rebelliones contra Imperium & Reges Romanorum, eaſque promiſit tollere, revocare, & totaliter annullare juxta ordinationem & voluntatem ipſius Domini Papae. Item* Johannes Bohemiae Rex *ejus pater praemiſſa omnia promiſſa & jurata per dictum Dominum Carolum filium* * *jurm approbavit &c. & in teſtimonium praemiſſorum praeſens Inſtrumentum Sigillis ſuis in pendenti fecerunt communiri.* Datum, *ut ſupra in prima Litera.*

Item Inſtrumentum publicum factum in praeſentia Domini Caroli & Domini Johannis Regis Bohemiae, & *Notariorum, continens, quod Comes de Mansfeld & tres filii ſui ad requiſitionem dicti Caroli, deliberatione praehabitâ promiſerunt & juraverunt; primo, quod dictus Comes & filii ſui Domino Papae & Succeſſoribus ſuis erunt obedientes, & mandata ipſius obſervabunt, & quod* Domino Ludovico de Bavaria *non adhaerebunt. Item quod illum, quem Electores in Imperatorem eligent, ei firmiter aſſiſtent, & dictis Dominis Carolo, & Regi Bohemiae adhaerebunt & aſſiſtent.* Datum Anno Domini MCCCXLVI. die IV. Junii.

Item quaedam Litera patens, continens inſinuationem electionis Caroli primogeniti Regis Bohemiae, *in Regem Romanorum electi per Ducem Saxoniae,* Domino Clementi Papae VI. *& Eccleſiae Romanae miſſa.* Datum in Pomeriis Anno MCCCXLVI. & die XI. Julii.

Item alia inſinuatio per Regem Bohemiae eidem Domino Clementi Papae VI. & Eccleſiae Romanae miſſa. Datum, *ut ſupra.*

Item alia inſinuatio facta eidem Domino Papae per Archiepiſcopum Maguntinum de electione antedicta. Datum, *ut ſupra.*

Item alia inſinuatio facta eidem Domino Papae Clementi VI. per Dominum Archiepiſcopum Colonienſem de electione dicti Caroli. Datum, *ut ſupra.*

Item alia inſinuatio facta eidem Domino Clementi Papae VI. per Archiepiſcopum Treverenſem ſuper electione praedicta. Datum, *ut ſupra.*

Item quoddam Inſtrumentum continens procuratorium Domini Caroli in Regem Romanorum electi, *miſſum* Domino Clementi Papae VI. *dans poteſtatem Procuratoribus ſuis jurandi, quod ipſe*

ipſe poſt approbationem ſuam revocabit omnes proceſſus & ſententias capitales factas per Henricum Imperatorem A-vum ſuum *quondam, contra Regem Siciliae, & Ducem Duratii ejus fratrem, & Vaſſallos ejuſdem Regis, & remittendi omnes injurias & offenſas ad voluntatem dicti Domini Papae. Item quod quamdiu Dux Bavariae ſtaret in tali perfidia contra Eccleſiam, nullam amicitiam & ſocietatem cum ipſo faceret, nec ullam parentelam aut matrimonium contraheret, anno elapſo dicto procuratorio minime valituro.* Datum Virduni Anno, *quo ſupra, &* die ultimo Menſis Septembris.

Item aliud Inſtrumentum continens, qualiter Dominus Carolus in Regem Romanorum electus *juravit, omnes proceſſus & ſententias capitales per* Henricum Imperatorem *quondam* A-vum ſuum, *contra Regem Siciliae & Ducem Duratii ejus fratrem, ac Vaſſallos ipſius Regni & Comitatus Provinciae, ac etiam contra Nobiles & Communitates Italiae, factas, & offenſas qualitercumque commiſſas, eis remittere poſt approbationem ſui Imperii, ad voluntatem* Domini Clementis Papae VI. *Cui etiam dedit poteſtatem remittendi infra annum. Item omnes controverſias & lites motas & movendas inter ipſum Imperatorem & praedeceſſores ſuos Imperatores ratione Imperii ex una parte, &* Philippum Regem Franciae, *ejuſque praedeceſſores & ſucceſſores ſuos ex altera, poſuit in ordinatione dicti Papae & ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum. Item quod quamdiu* Ludovicus de Bavaria *excommunicatus & anathematizatus ſtaret in ſua perfidia contra Eccleſiam &c. ut ſupra.* Datum Anno, *quo ſupra, &* die XIX. Decembris.

Item alia Litera ſigillo dicti Caroli electi ſigillata, continens juramentum A *per ipſum praeſtitum in praeſentia Iſimbaldi Notarii publici ante coronationem ſuam, praeſentibus multis teſtibus hìc nominatis.* Datum Anno & die *ſupra proxime dictis. Item alia Litera eſt ejuſdem tenoris ſupradicti.*

Item alia patens Litera dicti Domini Caroli in Regem Romanorum electi, *continens procuratorium ad tractandum, & juramentum fidelitatis praeſtandum, & ad petendum ſacram unctionem & coronationem per* Dominum Clementem Papam VI. *ſibi impendi.* Datum Anno, *quo ſupra, &* die ultimâ Septembris.

Item quoddam Inſtrumentum publicum receptum & ſignatum manu publici Notarii, & ſigillo Domini Caroli in Regem Romanorum electi, continens qualiter Dominus Gerardus de Magnaco, Capellanus Domini Papae praeſentavit eidem Domino Carolo *ex parte* Domini Clementis Papae VI. *quaſdam Literas Apoſtolicas, continentes, quod idem Dominus Gerardus reciperet a dicto Domino Carolo electo promiſſiones, juramenta & conceſſiones juxta tenorem dictarum Literarum Apoſtolicarum. Qui quidem Dominus Carolus electus, tactis primitus ſacroſanctis Euangeliis in manibus dicti Gerardi, nomine Romanae Eccleſiae recipientis, renovavit, approbavit, ratificavit, & confirmavit omnia, in dictis Literis Apoſtolicis contenta, & alia, prout in ſuis Literis hìc contentis, & Domino Papae Clementi VI. directis & miſſis plenius continetur.* Datum Tridenti in Caſtro Epiſcopali, Anno MCCCXLVII. die XXVII. Aprilis, Pontificatus Domini Clementis Anno V.

Item alia Litera patens dicti Domini Caroli Imperatoris, *continens juramenta, obedientiam, promiſſiones, donationes, conceſſiones omnium Terrarum hìc contentarum, ratificationes, confirmationes*

mationes, *& alia*, *quae ſolita fieri & praeſtari ſunt & fuerunt Eccleſiae Romanae & ſummis Pontificibus per electos in Reges Romanorum*. *Et ratificat omnia Privilegia & donationes*, *& alia geſta & facta per* Henricum Imperatorem quondam Avum ſuum *cum remiſſionibus multarum &c. ut ſupra*. Datum Anno, *quo ſupra*, Quinto Calendas Maji, ſui Imperii Anno Primo.

Item quaedam alia Litera miſſa Domino Clementi Papae VI. *continens*, *qualiter* Dominus Carolus Imperator Romanorum & Rex Bohemiae *dedit ſibi poteſtatem quittandi & remittendi omnibus Civitatibus ſingulis & Communitatibus quorumdam Locorum partium Italiae*, *omnes injurias*, *rebelliones*, *& offenſas per dictas Communitates datas & factas contra Imperium & Reges Romanorum*. Datum Anno, *quo ſupra*, Quinto Calendas Julii.

Commiſſio Apoſtolica ad recipiendum omnia juramenta, *obedientias*, *promiſſiones*, *conceſſiones*, *donationes*, *ratificationes*, *confirmationes*, *& cetera alia ſolita praeſtari*, *recepta per Dominum Gerardum de Magnaco*, *Sedis Apoſtolicae Capellanum*, *a* Domino Carolo Rege Romanorum. *In qua ſunt multae formae juramentorum*, *quae habent praeſtare Reges Romanorum electi ante coronationem*, *& poſt*. Datum II. Nonas Decembris, Pontificatus Domini Clementis Anno V. *Sequuntur quatuor Literae unius ejuſdemque tenoris*, *ſigillatae quaelibet quodam magno ſigillo*, *de quibus non ſummatur niſi una*.

Litera juramenti per ſereniſſimum Principem Dominum Carolum IV. Regem Romanorum *illuſtrem*, *ante coronationem Imperialem receptam praeſtiti & renovati Romae ſuper Altare Sanctae Mariae in Turribus*, *in manibus reverendi Patris* Domini Petri Oſtienſis Epiſcopi. *In qua deſcribitur forma* A *coronationis*. *Et eſt quadruplicata*, *& regio ſigillo cereo munita*. Datum Romae Anno Domini MCCCLV. Indictione VIII. Nonis Aprilis, Regni ſui Anno Primo.

Litera juramenti duplicis, *& conſenſus per ſereniſſimum Principem* Dominum Carolum IV. Romanorum Imperatorem, *poſt ſuſceptam Coronam Imperii*, *praeſtiti & Romae renovati*, *in manibus reverendi Patris* Domini Petri Oſtienſis. *In qua deſcribitur forma* B *coronationis*. *Et eſt quadruplicata*, *& aureâ bullâ Imperiali munita & bullata*. Datum Anno, & Indictione, ac Nonis, *quibus ſupra*, Regnorum ipſius Nono, ſui verò Imperii Primo.

Litera juramenti per ſereniſſimum C *Principem* Dominum Carolum IV. Romanorum Imperatorem *poſt Imperiale diadema ſuſceptum praeſtiti*, *& Romae renovati in manibus reverendi Patris* Domini Petri Oſtienſis: *in qua exprimuntur & confirmantur Terrae Romanae Eccleſiae*. *Et eſt quadruplicata*, *& aureâ bullâ munita*. Datum Romae poſt ſuſceptionem Imperialis ipſius D Coronae, Anno Domini MCCCLV. Indictione VIII. Nonis Aprilis, Regnorum ipſius Imperatoris Anno IX. Imperii verò ſui Anno Primo.

Item duae Literae interceſſoriae Regis Bohemiae, *auro bullatae*, *& ſine Datâ*, *directae* Domino Honorio Papae, *continentes excuſationem qualiter impoſita contra ipſum de attentatis per* E *ipſum contra Eccleſiaſticam Libertatem & Eccleſiaſticas perſonas*, *veritatem non continebant*.

„ De Imperatoribus Conſtantinopolitanis, videlicet Michaële & Andronico ejus filio, ac Johanne, Romaeorum & Graecorum Imperatoribus.

IN *nomine Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno Domini MCCVI. Menſe Martii, Indictione IX. Conſtantinopoli. Haec eſt forma concordiae factae inter* Dominum Benedictum titulo Sanctae Suſannae Presbyterum Cardinalem, Apoſtolicae Sedis Legatum, & Dominum Thomam Maurocenum ſanctae Conſtantinopolitanae Eccleſiae Patriarcham *ex una parte, & Dominum* H. *& Barones & Milites & Populum ex alia, in conquiſitis & acquirendis intra & extra Imperium Romanum. Dominus* H. *de conſilio & aſſenſu omnium Principum, Baronum, Militum, & Populi,* dat Eccleſiis, & promittit ſe daturum *in earundem recompenſatione poſſeſſiones, ſicut inferius denotatur.* Extra muros Civitatis Conſtantinopolis quintamdecimam partem omnium poſſeſſionum, Civitatum, Caſtrorum, Caſalium, camporum, vinearum, nemorum, ſilvarum, pratorum, pomeriorum, hortorum, Salinarum, Paſſagiorum, Theloniorum terrae & maris, Piſcariarum in mari & in aqua dulci, & omnium poſſeſſionum, *etſi in praeſenti ſcripto non reperiantur inſolidum declaratae, iis exceptis, quae de terra, quam habent juxta muros nominatae Civitatis a Porta uſque ad Portam Blachernae inter muros ipſius & mare, dare quintamdecimam nullatenus tenebuntur, nec etiam de Caſalibus &c.*

Nos Michaël *in Chriſto Deo fidelis* Imperator & moderator Romaeorum Ducas Angelus Comnenus Palaeologus ſemper Auguſtus, *&* Andronicus *primogenitus ejus in Chriſto Deo fidelis* Imperator & moderator Romaeorum, *& aliarum gentium ſubditarum Imperio Romano,* ſemper Auguſtus. *Per praeſens noſtrum Imperiale procuratorium Inſtrumentum, notum facimus univerſis, quod quum venerabiles & diſcreti Nuntii, ſanctiſſimi & beatiſſimi ſummi Pontificis Apoſtolicae Sedis Eccleſiae veteris Romae, univerſalis Papae, in Chriſto Deo venerabiliſſimi & ſpecialiſſimi patris Imperii noſtri, ad noſtrum pridem pervenientes Imperium, inter cetera, quae nobiſcum convenerunt ac perfecerunt, divinâ miſericordiâ faciente, etiam de componendâ treuga inter Imperium noſtrum & ſubjectos noſtros ex una parte, & illuſtrem* Regem Carolum, *& nobilem virum* Dominum Philippum generum ipſius, *ac ſubjectos eorumdem ex alia &c.*

Johannes *miſeratione divinâ* Conſtantinopolitanus Patriarcha *univerſis, ad quos praeſentes Literae pervenerint, rei geſtae memoriam cum ſalute. Caritati veſtrae notum fieri volumus per praeſentes, quod nobis exiſtentibus in Concilio Conſtantinopolitano, congregato pro ſarcienda ſciſſura dudum facta inter Eccleſiam Latinam & Graecam per illum, qui unitati invidet; & una cum ipſo ſacroſancto Concilio deliberatione habita, omnes Schiſmaticos, & unionis Eccleſiaſticae turbatores, qui prope & longe ſub pertinentia noſtra ubicumque exiſtunt, qui non recipiunt, ſacroſanctam Eccleſiam Romanam eſſe matrem & Caput aliarum Eccleſiarum, & Fidei orthodoxae Magiſtram, & ipſius ſummum Pontificem, primum & paſtorem omnium Chriſtianorum, quocumque fungatur officio vel ordine, Pontificali dignitate ſeu Sacerdotali & Diaconali, ac omnes alios univerſaliter Schiſmaticos perturbatores, cujuſcumque conditionis vel ſtatus exiſtant, ſive de Imperiali*

periali ſive de affinitate, conſanguinitate &c.

Litera, in qua Philippus de Tocia to. Bajulus Imperii Romaeorum, & Aegidius Quintus, Gubernatores Civitatis Conſtantinopolitanae excuſaverunt Fratrem Dominicum Hiſpanum de Ordine Minorum ad dictam Civitatem, per Papam pro Fide Catholica tranſmiſſum, de longâ morâ, ad ſupplicationem Imperatricis & Nobilium ac Praelatorum dictae Civitatis, ibidem factâ. Datum Conſtantinopoli, Anno ab Incarnatione Domini * MCCXLVII. Menſis Aprilis, die IV.

Michaël, & Andronicus *ejus filius*, Imperatores Graecorum, *fatentur obedientiam Eccleſiae Romanae, & nihilominus plenam Fidem, quam ſervat, & tenet Eccleſia Romana, renovando, approbando, & jurando ea, quae aliàs profeſſi fuerant coram* Domino Gregorio Papa X. *in Concilio Lugdunenſi, quae hìc inſeruntur. Et diriguntur iſtae Literae* Johanni Papae XXI. *per dictum Andronicum.* Actum in felici Urbe Conſtantinopolis, in noſtro ſacro Palatio, Menſe Aprilis, Anno Sexto Milleno Septimo Centeno LXXXV.

Michaël Imperator Conſtantinopolitanus ac moderator Romaeorum, *profitetur Fidem Catholicam: ſpecifice Articulos Fidei & Sacramenta Eccleſiaſtica, prout Romana Eccleſia profitetur, & multa alia, ut in hujuſmodi Literâ auro bullatâ ſuâ bullâ, & quadam aliâ ejuſdem tenoris & Datae, miſſis* Domino Gregorio Papae X. *apud Lugdunum plenius continetur.* Actum in Urbe Conſtantinopolitana in Palacio, Menſe Aprilis, V. Indictione, Sexto Milleno Septimo Centeno LXXXV. Anno.

Michaël Imperator Romaeorum *profitetur Fidem Catholicam: ſpecifice Articulos Fidei & Sacramenta Eccleſiaſtica, prout Romana Eccleſia profitetur, & ſe ac ſubjectos Imperii memorati ſubjiciunt obedientiae ſacroſanctae Romanae Eccleſiae, &* Domini Johannis Papae XXI. *qui pro iis miſerat ad ipſum Imperatorem Graecorum, religioſos viros, Fratres Hieronymum de Eſculo, Raymundum Bry....... Bonagratiam de Sancto Johanne in Perſiceto, & Bonaventuram de Mucello, ex Ordine Minorum. Item confitetur idem Imperator, eadem aliàs fuiſſe conceſſa & confeſſata ſuo nomine per Ambaſſiatores ſuos hìc expreſſos, coram Domino Papa Gregorio X. in Concilio Generali celebrato apud Lugdunum. Quae omnia idem Imperator poſtea rata habuit & confirmavit, prout in iſtis ſuis Literis ſerioſius continetur. Et ita juravit ad ſancta Dei Euangelia. Subſcripſit & ſigillavit.* Actum in Urbe noſtra Conſtantinopolis in ſacro noſtro Palatio, de Menſe Aprili, Quintâ Indictione, Sexto Milleno Septimo * Centeno LXXXV. Anno.

Michaël Imperator Romaeorum *agnoſcit & explicat Sedi Apoſtolicae plene Fidem. Et ſuper hoc ſcribit praeſentes Literas* Domino Johanni Papae XXII. Actum in Urbe Conſtantinopolitana, Menſe Aprilis, Anno Sexto Milleno Septimo Centeno LXXXV.

Literae Michaëlis Conſtantinopolitani Imperatoris *directae* Domino Gregorio Papae X. *in quibus ipſe profitetur Fidem & obedientiam Eccleſiae Romanae, omne Schiſma abjurando & approbando omnia hìc expreſſa, facta per ſuos Nuntios coram Domino Papa. Et ita juravit ad ſancta Dei Euangelia.* Actum Conſtantinopoli Menſe Aprilis, V. Indictione, Anno Sexto Milleno Septimo Centeno LXXXV.

Michaël *pater &* Andronicus *ejus filius, Imperatores, fatentur & confitentur Fidem Chriſtianam. Alia eſt Litera*

Litera ejuſdem tenoris & Datae ſummata.

Literae Michaëlis Imperatoris Conſtantinopolitani, *directae* Domino Nicolao III. Papae, *in quibus ipſe profitetur Fidem, quam tenet ſancta Romana Eccleſia, & eidem obedientiam promiſit: renovando etiam & confirmando eadem, quae aliàs profeſſus fuit & promiſit* Domino Gregorio Papae X. *in Concilio Lugdunenſi, &* Domino Johanni Papae XXI. *prout haec iſta ſerioſius continentur.* Actum Conſtantinopoli in Menſe Septembri, Indictione Octava, Anno Sexto Milleno Septimo Centeno LXXXVIII.

Litera Andronici Imperatoris Conſtantinopolitani, *filii Michaëlis Imperatoris Conſtantinopolitani, in qua confitetur Fidem, quam tenet Eccleſia ſancta Romana, & eidem promittit obedientiam, ratificando omnia per dictum patrem ſuum promiſſa & confeſſata ſuper iis Domino* Gregorio Papae X. *& aliis ſummis Pontificibus, prout hic ſerioſius continetur.* Datum in Conſtantinopolitana Urbe, de Menſe Septembri, Indictione Octava, Anno Sexto Milleno Septimo Centeno LXXXVIII.

Litera bullâ aureâ bullata, literis Graecis ab una parte & Latinis ex alterâ ſcripta, miſſa Domino Innocentio Papae VI. *per* Dominum Johannem Imperatorem Conſtantinopolitanum, *continens, quod ipſe Imperator obſervabit omnia, quae promiſit* Domino Archiepiſcopo Smirnenſi, *nomine dicti Domini Papae. In primis quod erit fidelis & obediens dicto Domino Papae, ſanctaeque Romanae Eccleſiae, & ſucceſſoribus ſuis: & recipiet Legatos Sedis Apoſtolicae honorifice. Item faciet, quod omnes Populi, ſub ſuo Imperio conſtituti erunt obedientes dicto Domino Papae. Et quia diuturnitas temporis induravit animos Populorum, ut vix poſſent a conſuetis retrahi, ordinavit cum dicto Archiepiſcopo videlicet, quod dictus Dominus Papa remittat eumdem Archiepiſcopum, & Manuelem familiarem ſuum cum Galeis tribus. Et quando ipſi venerint in Conſtantinopolim per jusjurandum, quod fecit, promiſit dare filium ſuum dicto Archiepiſcopo, quem ducet ad dictum Dominum Papam cum una Galea. Item quod Dominus Papa, dum filium ſuum habuerit, mittet ſibi Uſceria quindecim cum equitibus quadringentis, & alios centum equites cum navibus, & mille pedites. Et quando dictus exercitus applicuerit in Conſtantinopolim, pugnabit contra Turcas & Graecos inimicos ſuos. Et ſi ei obedierint, promiſit quod faciet cum conſilio Legati Domini Papae, quod erunt obedientes Eccleſiae Romanae. Item dabit Legato Palatium magnum, quod erit pro Domino Papa & ſucceſſoribus ſuis Legatis. Item pulcram Eccleſiam. Item filio ſuo primogenito magiſtrum Latinum &c.* Datum in Urbe magna Conſtantinopolis a conſtitutione Mundi Sexto Milleno Octavo Centeno Sexageſimo Quarto. *Anno a Nativitate Domini MCCCLV.*

Litera miſſa ſacroſanctae Romanae Eccleſiae, & ſummo Pontifici, quae incipit: Per virtutem Dei vivi, & per potentiam Chaan, verbum Abagha &c. *Non eſt* Data *in dicta Litera & eſt pro majori parte in Latino, & non habet magnum effectum, nec bene apparet, quis miſit eam.*

Item ſunt in quodam Coffinello, ſive Capſella, viginti Literae in Graeco ſcriptae tam in pergameno quàm in papyro, de quibus eſt unus rotulus aureus literis Graecis a principio & literis Latinis in fine ſcriptus in pergameno viridis coloris & rubei, longus. Et quatuor alii non ita longi. De quibus etiam ſunt duae Literae aure

auro bullatae, quae non poſſunt bene ſummari niſi per Graecum.

„ Regis Armeniae.

SUnt quinque Literae auro bullatae, Regis *Armeniae, in pergameno ſcriptae, & non ſummatae.*

Eſt quaedam Litera bullâ aureâ bullata Leonis Regis *omnium Armeniorum directa* Domino Innocentio Papae, *continens, quod ipſe ſubmiſit ſe cum ſubditis ſuis obedientiae Romanae Eccleſiae, & petit ſubſidium Apoſtolicum, quia graviter invaditur a Chaldaeis infidelibus.* Datum Tharſis Anno MCXCIX. die XXIII. Menſis Martii.

Item eſt alia Litera bullâ aureâ bullata dicti Regis Armeniae, continens qualiter Nepos ſuus fuit admiſſus ad Comitatum Antiochiae, in qua non eſt Data.

Item eſt alia Litera bullâ aureâ bullata dicti Regis, in qua conqueritur de Legato in cauſa ipſius Regis & Comitis Tripolis; & non eſt Data.

Item alia Litera bullâ aureâ bullata, miſſa per Regem Armeniae Domino Papae ſuper recuperatione Civitatis Antiochiae. Et poſtulat, quod Nepos dicti Regis aſſumtus ut heres, in Principem dictae Civitatis confirmaretur per Papam ad Principatum eumdem. Et non eſt Data.

Item alia Litera bullâ aureâ bullata dicti Regis Armeniae, in qua conqueritur de quodam Legato Cardinali de denegatione juſtitiae in cauſa, quam habuit Nepos ſuus Comes Antiochiae contra Comitem Tripolitanum. In qua non eſt Data.

„ De Regibus & Regnis Siciliae
„ & Hieruſalem.

ET primo eſt quaedam patens Litera, continens concordiam inter Willermum Regem Siciliae *&* Dominum Adrianum Papam, *ſuper diverſis articulis celebratam, videlicet de Terris Calabriae & Apuliae.* Datum ante Civitatem Beneventanam, Anno Domini MCLVI. de Menſe Junii, Indictione IV. Regni ſui Anno VI.

Item quaedam alia Litera Domini Innocentii Papae III. *plumbo bullata, continens, qualiter* Domina Conſtantia Regina Siciliae *praeſtitit juramentum fidelitatis dicto Domino Innocentio. Et eſt ſine* Data.

Item quaedam alia Litera auro bullata, continens ordinationem factam per Federicum II. Regem Siciliae, *ſuper electionibus celebrandis in Regno.* Datum Meſſanae Anno Domini MCCXI. de Menſe Februarii.

Item una alia Litera plumbo bullata, continens modum & conditiones, quibus Regnum Siciliae R. Comiti Cornubiae *fuit conceſſum per* Dominum Innocentium Papam IV. Datum in Civitate Peruſii VI. Idus Auguſti, Pontificatus ipſius Domini Innocentii Anno X.

Item quaedam alia Litera plumbo bullata, continens commiſſionem Domini Innocentii Papae IV. *ſuper collatione Regni Siciliae* R. Comiti Cornubiae, *fratri Regis Angliae.* Datum Peruſii IV. Nonas Auguſti, Pontificatus ſui Anno X.

Item alia Litera bullâ auro bullata, cum ſeptem ſigillis cereis in pendenti ſigillata, continens Literas teſtimoniales quorumdam Praelatorum Angliae, quod in eorum praeſentia per Herforden-

denſem Epiſcopum, ad hoc procuratorem conſtitutum, acceptae fuerunt conditiones appoſitae per Eccleſiam Romanam in collatione facta Edmundo filio Regis Angliae de Regno Siciliae. *Et quod illi Praelati etiam conſenſerunt.* Datum Londini Anno Domini MCCLV. & die VI. Septembris, Regni verò Regis Angliae Anno XL.

Item alia Litera Henrici Regis Angliae, *continens conditiones & pacta, quibus* Dominus Innocentius Papa IV. *conceſſit in feudum* Edmundo *filio impuberi dicti Regis Regnum Siciliae. Quae omnia idem Rex approbavit, & voluit, quod niſi adimplerentur, eſſet in poteſtate Eccleſiae conceſſionem hujuſmodi annullare.* Datum apud Vindeſor, Anno Domini MCCLV. die VIII. Menſis Novembris, Regni ſui Anno XL. *Et quia pacta hujuſmodi non ſervavit, prout in aliis Literis infraſcriptis apparet, fuit dicta conceſſio revocata & irritata: & dictum Regnum datum in feudum* Carolo filio Regis Franciae, *& ſuis Succeſſoribus, qui nunc tenent.*

Item alia Litera auro bullata, continens procuratorium Regis Siciliae filii Regis Angliae, ad petendum a Sede Apoſtòlicâ & obtinendum meliorationem & reformationem conditionum in Privilegio Apoſtolico contentarum ſuper conceſſione praefati Regni Siciliae. Datum apud Vindeſor Anno Domini MCCLVII. & die XXVI. Menſis Junii.

Item alia Litera Domini Urbani Papae IV. *continens conditiones & modum, ſub quibus Regnum Siciliae, Ducatus Apuliae, Capitanatae, & Calabriae, ac totius Terrae, quae eſt citra Pharum, fuit* Carolo Andegaviae & Provinciae Comiti *traditum, & ſub annuali Cenſu, quem ſingulis annis facit & facere debet Eccleſiae*

A *Romanae ratione dicti Regni, videlicet duo millia Unciarum auri ad pondus Romanum. Et ſub aliis certis conditionibus in hujuſmodi litera appoſitis.* Datum Viterbii X. Calendas Aprilis, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item alia Litera bullata plumbo, continens inſtructiones datas per Dominum Urbanum Papam IV. *cuidam*

B *Miſſo, ſuper facto Regni Siciliae.* Datum apud Urbem Veterem, XV. Calendas Julii, Pontificatus ſui Anno II.

Item alia Litera plumbo bullata, continens modificationem quorumdam articulorum, & aliorum amotorum ſuper Regno Siciliae per Dominum Urbanum Papam IV. Datum, *ut ſupra,*

C XIV. Calendas Decembris, Pontificatus ſui Anno III.

Item quoddam tranſumtum diffinitionis & ordinationis factae ſuper Regno Siciliae Carolo Comiti Andegavenſi, Senatori Urbis. *Qui promiſit in eventu, quo dicti Regni poſſeſſionem aſſequeretur, dictam Senatoriam dignitatem relinquere. Et ultra hoc continetur principaliter, & expreſſe, quod*

D *non obſtante conceſſione facta de dicto Regno* Edmundo filio Regis Angliae, *quae non habuit effectum, quia non fuerunt ſervata conditiones neque pacta in ea appoſita, licitum fuit Eccleſiae Romanae, dictum Regnum Siciliae concedere dicto Carolo, vel alteri cuicumque. Et ita declaravit* Dominus Clemens Papa IV. in Civitate Peruſii

E IV. Calendas Martii, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item quaedam Litera alia bullata, in qua mandatur Praelatis Tuſciae, Lombardiae, & vicinis, ut latas excommunicationis ſententias contra inobedientes Carolo Regi Siciliae, Vicario *Imperii ordinato per* Dominum Papam, *Imperio vacante, ut rebellan-*

tes

A *tes habeant publicare excommunicatos*. Datum Viterbii V. Calendas Auguſti, pontificatus Domini Clementis Papae Quarti Anno III.

Item tranſumtum conceſſionis Regni Siciliae Carolo I. *factae*, & *commiſſionis Legati inde conceſſae, ac conditionum & modorum conventorum, ſuper quibus conceſſio & receptio fierent.* B *Necnon & juramentorum per eumdem Carolum praeſtitorum. Quae omnia ſunt bona & bene pro Eccleſia Romana ordinata. Et fuerunt recognita & firmata per dictum Carolum I. Regem Siciliae*, Romae apud Lateranum in Baſilica Sancti Salvatoris, quae appellatur Conſtantiniana, IV. Calendas Julii, Anno Domini MCCLXV. C Pontificatus Domini Clementis Papae IV. Anno Primo. *Poſt quae eodem Anno* Dominus Clemens Papa IV. *in Civitate Peruſina praedicta omnia & ſingula confirmavit* II. Nonas Novembris.

Item una alia Litera bullata continens excommunicationis ſententiam contra inobedientes Carolo Regi Siciliae, D *Vicario Imperii vacantis in Tuſcia per Sedem Apoſtolicam ordinato ad conſervandum bona Imperialia, quouſque fuiſſet proviſum de Imperatore. Datum* Viterbii V. Calendas Auguſti, Pontificatus Domini Clementis Papae IV. Anno III.

Item una alia Litera alias bullata, prout apparet, continens conditiones & E *modos nobiles & utiles, ſuper quibus* Carolo filio Beati Ludovici *Regnum Siciliae per Dominum Papam & Romanam Eccleſiam aſſignatur.* Datum Peruſii IV. Calendas Julii, Anno Domini MCCLXV. Pontificatus Domini Clementis Papae Quarti Anno I.

Item quaedam Bulla auro bullata, continens Privilegium Beneventanis bonum & optimum & bene dictatum, conceſſum per Carolum Regem Siciliae. Datum in Fogia, VIII. Idus Julii, Regni ſui Anno I. *ſine alia data.*

Item quoddam tranſumtum publicum cujuſdam Privilegii conceſſi per Carolum Regem Siciliae *Civitati Beneventanae de percipiendo legumina & alia neceſſaria de Regno Siciliae pro reparatione Civitatis Beneventanae & aliis Privilegiis eiſdem conceſſis, ſine alia Data.* Datum *quo ad tranſumtum* in Civitate Aſſiſii, die XX. Martii, Anno Domini MCCCXXXIX. Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

Item aliud tranſcriptum, continens qualiter Carolus Rex Siciliae *conſtitutus in Tuſcia per* Dominum Clementem Papam IV. *& Collegium Romanae Eccleſiae, Imperio vacante, ad triennium duntaxat, pacis Conſervator, promiſit, juravit, & ſe firmiter obligavit, quod dictum pacis Conſervatoris officium bene & fideliter uſque ad dictum triennium & non ultra exercebit.* Datum Viterbii II. Nonas Junii, Regni ſui Anno II. *ſine alia Data.*

Item Litera Caroli Regis Siciliae, Comitiſque Andegaviae, *auro bullata, continens qualiter* Dominus Clemens Papa IV. *vacante Imperio Romano, dictum Carolum in Tuſcia, hinc ad triennium duntaxat, Conſervatorem inſtituit: & elapſo triennio, vel interim de Imperatore proviſo, dictum officium dimittere teneatur infra menſem; alias ſententiam excommunicationis in perſonam ipſius, & interdicti in tota terra ſua incurret. Et in fine ipſius Literae promiſit dictus Rex praefatum officium dimittere in illo caſu infra menſem, & eo non uti.* Datum Viterbii II. Nonas Junii, Regni ſui Anno II. *ſine alia Data.*

Item

Item quaedam Litera bullata bullâ Domini Clementis Papae IV. *continens, qualiter* Carolus Rex Siciliae *fuit nominatus per ipſum Dominum Clementem tamquam Vicarius in Tuſcia. Et fuit ſcriptum per eumdem Dominum Clementem Fratri Guillermo de Tuningo de Ordine Praedicatorum, ut praeberet conſilium nobili viro Johanni de Brayſilva Mareſcallo dicti Regis in dicta Terra Tuſciae deputato.* Datum Viterbii VI. Nonas Maji, Pontificatus ſui Anno IV.

Item quaedam alia patens Litera, continens, quod Dominus Clemens Papa IV. *fecit ad perpetuam rei memoriam praeſentes Literas confici, continentes ordinationem factam per Senatum Romanum, & regiminis Urbis almae, juratam & approbatam per* Carolum Regem Siciliae, *filium Regis Franciae, Comitem Andegaviae & Provinciae, & Senatorem Urbis, antequam poſſeſſionem dicti Regni Siciliae haberet.* Datum Peruſii, Anno Domini MCCLXV. Undecimo Calendas Julii.

Item quaedam Litera bullata bullâ aureâ, continens, quod Carolus Rex Siciliae, Ducatus Apuliae, *&* Principatus Capuae, *homo ligius & Vaſſallus Eccleſiae Romanae, Anno MCCLXXVI. die VII. Menſis Octobris, Regni ſui Anno XII. in Civitate Viterbii, in Palatio Papali, homagium fecit* Domino Joanni Papae XXI. *de toto Regno Siciliae, & tota terra, quae eſt citra Pharum, uſque ad confinia terrarum ipſius Eccleſiae, Civitate Beneventana cum ſuo territorio & ejus diſtrictibus dumtaxat exceptis. Et confeſſus fuit, & juravit, dictum Regnum Siciliae &c. tenere ab Eccleſia Romana, & fidelis eſſe Domino Papae, & ſuis ſucceſſoribus. Et ita juravit. Cum multis aliis Capitulis, in praeſentibus Literis contentis. Et ulterius juravit, quod ſi contingeret, dictum Regem, vel ſucceſſores ſuos, in Regem Romanorum Theotoniae vel Lombardiae eligi, quod hujuſmodi electioni non conſentiet: & ſi conſentiret, quod Regnum Siciliae ad Eccleſiam Romanam pleno jure pertineret ac deveniret.* Actum in Palatio Papali Viterbii, Anno Domini MCCLXXVI. & die VII. Menſis Octobris.

Item eſt quaedam alia Litera, in qua conceditur reverenter Domino Nicolao Papae III. *per* Rodulphum Regem Romanorum, *quod ſuper confoederatione & amicitia facienda inter ipſum Regem Romanorum &* Dominum Carolum Regem Siciliae, *interponere placeat partes ſuas.* Datum in Caſtris apud Drax, Anno Domini MCCLXXVIII. Sexto Nonas Septembris.

Item eſt quaedam alia litera bullata, continens, quod Dominus Papa Martinus IV. *concedit* Carolo Regi Siciliae *Senatoriam dignitatem Urbis, quam eidem Domino Martino Papae ad vitam ſuam Romani conceſſerant, ſicut in tranſcripto ibi contento, * bona, & bene dictato pro Eccleſia Romana cavetur.* Datum apud Urbem Veterem, III. Calendas Maji Pontificatus ſui Anno Primo.

Item prorogatio conventionalis inter Fredericum (*Rodulfum*) Regem Romanorum, & Carolum Siciliae & Hieruſalem Regem, *facta ſuper quibuſdam Privilegiis, quae erant in depoſito apud Dominum Papam, prout in praeſentibus Literis aſſeritur.* Datum Viennae Anno Domini MCCLXXX. die XXIII. Decembris.

Item quoddam Inſtrumentum, continens, quod Dominus Martinus Papa IV. *Pontificatus ſui Anno Primo, quaedam Privilegia & Inſtrumenta penes eum depoſita per Reges Romanorum, & Siciliae, juxta conventionem appoſitam in*

in depoſito; *partem reſtituit*, *aliqua cancellavit*, & *aliqua ſua retinuit*. Datum apud Urbem Veterem Anno Domini MCCLXXXI. die XXIV. Menſis Maji.

Item quaedam Litera bullata, *continens conditiones*, *juramentum fidelitatis & homagii*, *factum & praeſtitum cum multis bonis pactis & conditionibus pro Eccleſia Romana per* Carolum Regem Siciliae Domino Nicolao Papae IV. *Quae omnia idem Dominus Papa fecit redigi ſub bulla ad perpetuam rei memoriam*. Datum Reate XIV. Calendas Julii, Pontificatus ſui Anno Secundo.

Item quaedam alia Litera, *auro bullata*, Caroli II. Regis Siciliae, *continens homagium ligium per ipſum praeſtitum pro dicto Regno* Domino Nicolao Papae IV. *cum conditionibus*, *pactis*, & *conventionibus bonis & utilibus pro Eccleſia hic expreſſatis*. *Sub quibus etiam receperat dictum Regnum primo* Carolus pater ejus. Datum Reate in majori Palatio, XIV. Calendas Julii, Anno Domini MCCLXXXIX. Regnorum ipſius Regis Anno V.

Item alia Litera, *auro bullatâ bullâ* Caroli II. Regis Siciliae, *continens ad perpetuam rei memoriam recognitionem dicti Regni*, *modos*, *formas*, *conditiones*, & *pacta bona & utilia pro Eccleſia Romana exprimendo*, *quibus* Carolus pater ſuus *dictum Regnum primo recepit a* Domino Clemente Papa IV. & *ipſe recognovit ſimiliter ſe tenere*, & *omnia approbavit*. Datum Romae apud Sanctam Sabinam, Anno Domini MCCXCV. die XVII. Menſis Februarii, Regnorum ſuorum Anno XI.

Item alia litera auro bullata, *continens juramentum fidelitatis* Caroli II. Regis Siciliae, *per ipſum praeſtitum* Domino Bonifacio Papae VIII. *Et in*
A *praeſenti Litera ſunt plures bonae conventiones & utiles pro Eccleſia Romana*. Datum Romae apud Sanctam Sabinam, Anno Domini MCCXCV. die XVII. Menſis Februarii, Regnorum ſuorum Anno XI.

Item aliud tranſumtum, *de Theſauro Romanae Eccleſiae in Civitate Aſſiſii extractum*, *continens*, *qualiter* Ca-
B rolus II. Rex Siciliae *fecit homagium ligium*, & *fidelitatis praeſtitit juramentum pro dicto Regno* Domino Bonifacio Papae VIII. *ſub pactis & conventionibus hic*, & *in Literis* Domini Clementis Papae IV. *plenius contentis*. Datum Romae apud Sanctam Sabinam Anno Domini MCCXCV. die VII. Menſis Februarii, Regnorum
C ſuorum Anno XI. Datum *quoad tranſumtum* Anno Domini MCCCXXXIX. die XX. Menſis *antedicti*, Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

Item quaedam alia Litera, *auro bullata*, Domini Caroli II. Regis Siciliae *continens quod ipſe regratiatur* Domino Papae Bonifacio VIII. *de*
D *relaxatione ſententiarum & poenarum*, *ſi quas fortè ipſe*, *aut Pater ſuus incurriſſent propter juramenta*, *conventiones & pacta per eos Romanae Eccleſiae praeſtita pro Regno Siciliae*, *non ſervata*. *Salvo tamen jure eidem Romanae Eccleſiae in ceteris omnibus*, *in quibus ipſe Rex vel Pater ſuus tenerentur*: *quae ſatisfacere Eccleſiae*, *ſi*
E *pro praedictis ipſe vel pater ſuus non cecidiſſet a Regno*, *promiſit*. Datum Romae Anno Domini MCCXCV. die XII. Maji, Regni ſui Anno Primo.

Item quoddam tranſumtum authenticum quarumdam Literarum Caroli Regis Siciliae, *de Theſauro Romanae Eccleſiae Aſſiſii extractum*, *continens quaſdam commiſſiones & remiſſiones poenarum & ſententiarum per* Dominum Bonifa-

nifacium VIII. *eidem Carolo factas. Nec non & gratiarum actiones per dictum Regem eidem Domino Papae reddendas ſuper reſtitutione Regni Siciliae, dicto Regi per dictum Dominum Papam conceſſi, ſub pactis & conditionibus, ſub quibus* Dominus Clemens Papa IV. Carolo patri *dicti Regis conceſſerat*. Datum apud Sanctam Sabinam, Anno Domini MCCXCV. & die XII. Menſis Maji. Datum *quoad tranſumtum*. Anno Domini MCCCXXXIX. *ut ſupra*.

Item quaedam alia Litera aliàs, prout apparet, auro bullata, licèt modo non ſit, continens, quod Carolus II. Rex Siciliae *regratiatur* Domino Bonifacio Papae VIII. *de prorogatione Cenſuum Regni praedicti, quorum ſumma eſt Nonaginta Trium millium Trecentarum Quadraginta Unciarum auri, quas ſolvere promiſit, & ſe obligavit*. Datum Neapoli Anno Domini MCCCIII. die IV. Julii.

Item una alia Litera, auro bullata, Caroli II. Regis Siciliae, *directa* Domino Bonifacio Papae VIII. *continens ratificationem cum gratiarum actione de prorogatione infraſcripta, videlicet, quod quum pro Cenſu dicti Regni eſſent aſſignata Camerae Apoſtolicae triginta duo milia Carlinorum pro octo millibus unciis auri ad pondus dicti Regni, & diceretur pro parte Camerae non eſſe plene ſatisfactum, fuit aſſignatus certus terminus ad ſolvendum illud plus, quod valerent octo mille Unciae, quam triginta duo millia Carlinorum, niſi infra terminum idem Rex docuerit legitime, ad quot Unciarum auri valorem ad dictum pondus Regni aſcendunt, qui terminus fuit prorogatus uſque ad feſtum omnium Sanctorum*. Datum Neapoli, Anno Domini MCCCIII. die VIII. Septembris.

Item quaedam Litera Domini Benedicti Papae XI. *directa* Carolo Regi Siciliae, *continens, qualiter Rex ipſe in praeſentia dicti Domini Papae, & Dominorum Cardinalium, quando ligium homagium & fidelitatis juramentum legeretur, pro parte dicti Regis facta fuit proteſtatio, quod per promiſſionem & juramentum per ipſum faciendum & praeſtandum non intendebat ſe obligare ad ſolvendum quinquaginta millia Marcharum Sterlingorum, praecipue quum Patri ſuo per praedeceſſores dicti Domini Papae aliàs fuerunt remiſſa. Quam proteſtationem idem Dominus Papa non recepit aliter, niſi quantum ſecundum juſtitiam & veritatem ipſum Regem juvare poſſet*. Datum Laterani Nonis Novembris, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item quaedam alia Litera, quae continet ratificationem, quam fecit Dominus Carolus II. Rex Siciliae *de prorogatione ſibi facta per* Dominum Benedictum Papam XI. *de quadam reſta Cenſus, in qua tenebatur Eccleſiae Romanae, ratione Regni Siciliae, ſub Bulla aurea bullata*. Datum Neapoli Anni MCCCIII. die X. Decembris Anno Regni ſui XIX.

Item duae Literae ejuſdem tenoris, auro bullatae, Domini Caroli II. *Prima continens, qualiter regratiatur Dominis Cardinalibus, Sede vacante, de prorogatione ſibi facta de nonaginta tribus millibus trecentis quadraginta Unciis auri, per ipſum Regem debitis Eccleſiae Romanae pro cenſu Regni Siciliae*. Datum Neapoli Anno MCCCV. die XXII. Januarii, Anno Regnorum ipſius Regis XXI.

Item procuratorium Frederici Regis Siciliae, *continens, qualiter ipſe conſtituit certos Procuratores, quos miſit* Domino Clementi Papae V. *ad petendam abſolutionem a ſententia excommuni-*

municationis, ſi quam incurrerit ex eo, quia infra tempus ſtatutum non ſolverat Cenſum debitum pro Inſula Siciliae, & aliis ſibi adjacentibus. Datum Neapoli Anno MCCCV. die XVII. Menſis Octobris.

Item quaedam alia Litera, auro bullata, Caroli II. Regis Siciliae, *directa* Domino Clementi Papae V. *continens approbationem & ratificationem gratiae dilationis ſibi factae per eumdem Dominum Clementem Papam V. de nonaginta tribus millibus trecentis quadraginta Unciis auri, Eccleſiae Romanae pro Cenſu dicti Regni debitis, uſque ad feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, Anno Domini MCCCVI. Ita tamen quod Cenſus de octo millibus Unciis auri Anni MCCCI. in praedicta ſumma non intelligatur includi. De quibus octo millibus Unciis auri idem Rex dedit Literas ſuas patentes ex cauſa mutui.* Datum Neapoli XVIII. die Martii, Anno Domini MCCCVI. Anno Regni ſui XXII.

Item alia Litera, auro bullata, continens, quod Anno Domini MCCCVI. die XI. Februarii in Lugduno Dominus Robertus primogenitus illuſtris Regis Domini Caroli II. Regis Siciliae & Hieruſalem, ac Vicarius generalis dicti Regni Siciliae, *pro & ex nomine dicti Domini Regis,* Domino Clementi ſummo Pontifici *praeſtitit juramentum fidelitatis & homagium. Proteſtans dictus Dominus Papa, quod hujuſmodi receptio Juramenti ſibi & Eccleſiae Romanae in futurum in aliquo praejudicare non valeat, maxime quum dictus Rex Siciliae in propria perſona dictum juramentum praeſtare debeat. Promiſit inſuper dictus Dominus Robertus Vicarius, quod infra feſtum beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum proxime ſequuturum, dictus Dominus Carolus Rex in ejuſmodi praeſtatione aſſenſum praebebit, & Domino dicto Papae literas regias aureâ bullâ regiae majeſtatis impreſsâ tranſmittet. Et ita fecit idem Dominus Rex.* Datum *dictae ratificationis* Neapoli Anno Domini MCCCVI. die XIV. Menſis Aprilis, Regni ſui Anno XXII.

Item quaedam Litera bullata bullâ aureâ Caroli II. Regis Siciliae, *in qua regratiatur* Domino Clementi Papae V. *qui de nonaginta tribus millibus trecentis quadraginta Unciis auri, in quibus tenebatur Eccleſiae Romanae pro arreragiis praeteritis Cenſus dicti Regni, ſibi prorogavit terminum uſque ad feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, Anni Domini MCCCVI.* Datum Maſſiliae Anno Domini MCCCVI. Undecimo die Novembris, Regni ſui Anno XXII.

Literae bullatae Domini Clementis Papae V. *continentes ſententiam & declarationem ad aeternam rei memoriam latam, praeſente & conſentiente Carolo Rege Siciliae, quod Eccleſia Romana non tenetur ſubire aliquas expenſas pro defenſione dicti Regni occaſione guerrarum praeteritarum, ſeu etiam futurarum. Sed iis non obſtantibus ipſum Regem debere ſolvere Cenſum annuum, ad quem tenetur ratione dicti Regni, quod tenet in feudum a ſancta Romana Eccleſia.* Datum Pictavis XIII. Calendas Auguſti, Pontificatus ſui Anno II. *Et eſt alia Litera ipſius Domini Papae, ejuſdem tenoris.*

Item quaedam aliae Literae, auro bullatae, Caroli II. Regis Siciliae, *directae* Domino Clementi Papae V. *continentes ratificationem & obligationem contentorum in quibuſdam Literis Apoſtolicis, hic inſertis, in quibus inter cetera continetur, quod idem Rex tenebatur Romanae Eccleſiae in trecentis & ſex millibus Unciis auri vel circa, & pluribus & diverſis contractibus*

bus mutui, tam per Praedeceſſores ejus & Regni Gubernatores quàm ipſum contractis & factis. De quibus pro tertia parte dictae ſummae & pluris, ſi major eſſet, gratiam & remiſſionem obtinuit ex certis & legitimis cauſis hìc expreſſis. Pro reliquis verò duabus partibus obtulit ſe, quod quando fiet Paſſagium generale pro recuperatione Terrae Sanctae, ipſe Rex in propria perſona ibit, aut unum de filiis ſuis mittet. Quod ſi ante Rex ipſe obiiſſet, heres ſuus Rex iret aut mitteret unum de filiis ſuis aut fratribus ſuis cum trecentis hominibus phaleratis, habentibus quilibet tres equos, ibidem tenendos, quandiu durabit ipſius Paſſagii proſequutio generalis. Et poſtquam Terra fuerit acquiſita, quamdiu fore utile pro cuſtodia Eccleſia reputabit, uſque ad complementum dictarum duarum partium debiti antedicti. Quodque in proſecutione dicti Paſſagii & cuſtodia ſupradicta, quatuor menſibus ſingulorum annorum, quibus durabit Paſſagium vel cuſtodia ſupradicta, habebit dictus Rex vel heres ſuus, viginti Galeas bene armatas atque munitas ſuis ſumtibus uſque ad complementum debiti duarum partium praedictarum. Et ſi ante hujuſmodi Paſſagium, Tartari acquiſierint dictam Terram Sanctam, vel partem ejus, & eam offerent Chriſtianis, idem Rex ad mandatum ejuſdem ſummi Pontificis pro recipiendo eam & cuſtodia dictae Terrae, mittere habeat centum equites bene phaleratos, quilibet tres equos habentes, continue ibidem tenendos, & Galeas V. tenendas quatuor menſibus ſingulorum annorum, quamdiu Romanus Pontifex praedicta ibidem tenere viſum fuerit expedire uſque ad complementum debiti antedicti. Et ſi Romana Eccleſia pro defenſione Terrae ſuae, quam habet in Italia, neceſſitate ipſam urgente in Italia, ſuper qua ſtetur ſimplici verbo ipſius Domini Papae & Succeſſorum ſuorum, per ipſum Regem & ſucceſſores ſuos, indigeret ſubſidio hominum armatorum, idem Rex centum equites, ut ſupra dicitur, coopertos, habentes quilibet tres equos, dabit ſumptibus ſuis ad decem annos utiles, hujuſmodi neceſſitate vel defenſione durante. Ita tamen, quod praedicta tria vel duo ſervitia eodem tempore non concurrant. Et ſi in aliquo vel aliquibus de praedictis ſervitiis totum praefatum reſiduum dicti debiti idem Rex expendiderit, ad aliud ipſorum ſervitiorum minime teneatur. Quodque propter guerram praedictam ad tres annos a Datâ praeſentium computandos, minime teneatur ad aliquod praemiſſorum, etſi pro quolibet hominum armatorum viginti Floreni auri, & pro qualibet Galea praedicta menſibus ſingulis centum Floreni computentur, ſeu defalquentur de reſtâ praedictâ, exiſtendo in ſervitiis ſupradictis. Item etiam quod per praedicta Eccleſiae Romanae vel Regi, & ſucceſſoribus in aliis minime praejudicetur. Et ſi praedicta, latius in hujuſmodi Literis comprehenſa, idem Rex & Succeſſores ſui requiſiti non ſervaverint, toties ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Datum Pictavis Anno Domini MCCCVII. die XXI. Julii Regnorum ſuorum Anno XXIII.

Item ſequuntur Literae patentes Caroli Regis Siciliae, *continentes in ſe Literas Apoſtolicas* Domini Clementis Papae V. *ſuper remiſſione ſibi facta tertiae partis ceterarum Unciarum auri, in quibus Romanae Eccleſiae tenebatur, & duas partes reſtantes debere expendere in certis uſibus hìc expreſſis: pro quibus omnibus idem Rex ſe obligavit &c. Eſt alia Litera ſupra proxime ſcripta ejuſdem tenoris.* Datum Pictavis Anno Domini MCCCVII. die XXI. Julii.

Item

Item quaedam alia Litera ratificationis, auro bullata, Caroli II. Regis Siciliae, *de prorogatione ſolutionis nonaginta trium millium trecentorum quadraginta Unciarum auri debitarum Eccleſiae Romanae pro Cenſu dicti Regni, certis terminis hìc expreſſis per dictum* Dominum Clementem Papam V. *eidem Regi facta & conceſſa*. Datum Pictavis Anno Domini MCCCVII. die XXIV. Julii, Anno Regni ſui XXIII.

Item alia Litera, bullâ auro bullatâ, Caroli II. Regis Siciliae & Hieruſalem, *continens, quod ipſe regratiatur, & ſe & bona ſua obligat pro contentis in Literis Apoſtolicis hìc expreſſis, videlicet quod ipſe tenetur ſolvere Eccleſiae Romanae pro Cenſu dicti Regni ad terminos hìc expreſſatos, nonaginta tria millia trecenta quadraginta Unciarum auri*. Datum Pictavis Anno Domini MCCCVII. die XXIV. Julii, Regnorum ſuorum Anno XXIII.

Item Litera Caroli Regis Siciliae & Hieruſalem, *quodam magno ſigillo cereo ſigillata, continens, quod obligatio Cenſus praeteriti debiti Romanae Eccleſiae, capientis ſummam nonaginta trium millium trecentarum quadraginta Unciarum auri, facta fuit, & ratificata fuit per ipſum ibidem praeſentem* Domino Clementi Papae V. *pro ſe & Romana Eccleſia ſtipulanti*. Datum Pictavis die VIII. Auguſti, Anno Domini MCCCVII.

Item quaedam alia Litera, auro bullata bullâ Domini Roberti Regis Siciliae, *continens homagium & fidelitatis juramentum praeſtitum & factum in forma conſueta per ipſum in propria perſona* Domino Clementi Papae V. In Avinione Anno Domini MCCCIX. die XXVI. Menſis Auguſti, Regni ſui Anno Primo.

Item ſunt duae Literae, auro bullatae, ejuſdem tenoris continentes, quod Dominus Clemens Papa V. *quartodecimo Calendas Septembris, Pontificatus ſui Anno V. commiſit illuſtri* Domino Roberto Regi Siciliae & Hieruſalem, *regimen & adminiſtrationem Romandiolae provinciae, Comitatus Britenorii, cum ſuis pertinentiis, uſque ad beneplacitum Sedis Apoſtolicae, ut per ſe vel alium ſeu alios dictam provinciam cum Comitatu praedicto regeret & defenſaret, & fructus, reditus & proventus ipſius provinciae cum praedictis pertinentiis pro ſuis laboribus & expenſis exinde ſuos faceret, & reciperet: Bononiâ & Ferrariâ Civitatibus cum ſuis Comitatibus & earum pertinentiis, exceptis. Ita quod quotieſcumque per dictum Dominum Papam & Succeſſores ſuos eſſet requiſitus, dictam provinciam cum ſuis pertinentiis indilate & abſque commiſſione aliqua eidem Regi ſupra hoc facienda, dimittere teneretur eidem Eccleſiae; prout in Literis Apoſtolicis hìc inſertis continetur. Item Rex per has Literas ratificavit ſupradicta. Et ita juravit in praeſentia Domini A. titulo Sanctae Mariae in Porticu Diaconi Cardinalis Sedis Apoſtolicae Legati*. Datum Florentiae Anno Domini MCCCX. Die VII. Octobris, Regni ſui Anno II.

Item quaedam Litera Domini Clementis Papae V. *continens prolationem ſententiae excommunicationis per ipſum latae contra omnes & ſingulos, qui Regnum Siciliae, quod tenetur in feudum a ſancta Romana Eccleſia citra Pharum, invaderent hoſtiliter quovis modo. Qui proceſſus mandatus fuit affigi in januis Eccleſiae Avinionenſis, ne aliquis poſſet ignorantiam allegare*. Datum apud Caſtrum Novum Avinionenſis Dioeceſis, II. Idus Januarii, Pontificatus ſui Anno VIII.

Item ſunt duae Literae ejuſdem tenoris trium Cardinalium, continentes quitationem factam * *pro* Dominum Johannem

hannem Papam XXII. Roberto Regi Siciliae *de octo millibus Unciis auri ſolutis * per Cenſu dicti Regni*. Anno Domini MCCCXIV. *ante coronationem ejuſdem Domini Papae*.

Item alia Litera teſtimonialis trium Cardinalium, continens. quod Dominus Johannes Papa XXII. *ante coronationem ſuam prorogavit terminos ſolutionum de viginti quatuor millibus Unciis auri, debitis pro Cenſu dicti Regni Siciliae duorum annorum, videlicet Anni MCCCXV. & MCCCXVI. ad certos terminos hic expreſſatos*. Datum Lugduni XVII. Calendas Septembris, *a praefato Domino Johanne ſuſcepto Apoſtolatus officio*, Anno Primo.

Item eſt alia Litera, auro bullata narrans, quod nobilis vir Bertrandus de Baucio, Comes Montis Caveoſi, Conſiliarius, ac Procurator Roberti Hieruſalem & Siciliae Regis illuſtris, *fecit homagium ligium, ac juramentum fidelitatis praeſtitit pro dicto Regno Siciliae, & tota terra citra Pharum,* Domino Johanni Papae XXII. *& Collegio Dominorum Cardinalium. Et quum dictus Rex in propria perſona dictum homagium & juramentum fidelitatis in praeſentia Domini Papae & Dominorum Cardinalium teneretur facere & praeſtare, nihilominus de gratia ſpeciali dictus Dominus Papa dictum Procuratorem ad hujuſmodi juramentum praeſtandum recepit, proteſtando, quod ſibi & Eccleſiae Romanae in aliquo praejudicare non poſſet. Et eodem Anno videlicet MCCCXVII. de Menſe Maji dictus Dominus Rex omnia promiſſa, jurata, & conventa per dictum Bertrandum Procuratorem ſuum ratificavit Neapoli & approbavit, ut in praeſenti Litera plenè continetur*. Datum *dictae ratificationis* Neapoli Anno Domini MCCCXVII. & die XXIX. Maji, Regnorum ſuorum Anno IX.

A *Item ſunt quatuor Inſtrumenta ejuſdem tenoris continentia, quod Anno Domini MCCCXVII. & die Veneris in feſto beati Johannis Baptiſtae, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno Primo, ſereniſſimus* Dominus Fredericus Rex Trinacriae *pure & libere & abſque conditione & retentione quacumque, nomine Domini Papae*, tradidit, & liberavit Domino Guillermo

B Epiſcopo Trecenſi. *& Domino Priori Sancti Antonii Rathenſis Dioeceſis, Domini noſtri Papae Capellano*, Civitatem Rheginam, Caſtra de Sancto Nicheto, de Calava, de Mota Miri, & Fortalitia Cillae, & Balneariae, Cathona, & omnia alia Loca & fortalitia, quae tenebat & poſſidebat in

C Calabria, *cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, pro voluntate & ordinatione Dicti Domini Papae Johannis XXII. facienda*. Actum Meſſanae Anno & die, *ſupra proxime ſcriptis*.

Item eſt alia quaedam Litera, magno ſigillo cereo in pendenti ſigillata, continens liberationem & traditionem Civitatis Regii & Terrarum Calabriae,

D *in manibus dicti Domini Papae factam*. Datum Meſſanae Anno Domini MCCCXVII. die XVIII. Julii.

Item quaedam alia Litera bullata bullâ aureâ, continens ratificationem Domini Regis Roberti Siciliae, *de prorogatione XXIV. millium Unciarum auri, ſibi facta per Dominum Johannem Papam XXII. pro ut in Literis conti-*

E *netur*. Datum Neapoli Anno Domini MCCCXVII. die penultimo Octobris.

Item quoddam procuratorium Regis Trinacriae ad ſolvendum Cenſum dicti Regni ultra Pharum in Regno Siciliae, & petendum de reſiduo remiſſionem aut dilationem cum poteſtate obligandi. Datum Meſſanae Anno Domini MCCCXVII. die ultima Menſis Aprilis.

Item

Item una alia Litera auro bullata, continens qualiter Dominus Robertus Rex Siciliae *regratiatus fuit Domino Papae de prorogatione Cenſus triginta ſex millium Unciarum auri Eccleſiae Romanae per ipſum debiti.* Datum Avenione die XXV. Septembris, Anno Domini MCCCXX. Anno Regni ſui XI.

A

Item quoddam Inſtrumentum continens, qualiter Fredericus Trinacriae Rex *per certos Nuntios* Robertum Regem Siciliae *diffidavit. Et qualiter* Dominus Johannes Papa XXII. *dictis Nuntiis dicti Frederici reſpondit.* Datum Meſſanae Anno Domini MCCCXXIII. Idus Julii, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno IV.

B

Item tranſumtum duarum Literarum illuſtris Roberti Regis Siciliae, *&* Johannis ejus filii Comitis Gravinae, *in quibus mandaverunt eorum Officialibus & gentibus gubernantibus in Romandiola & Comitatu Bretenorii, ſub poena proditionis*, ut incontinenti dimitterent & traderent Romandiolam & Comitatum praedictum Magiſtro Aymerico de *Caſtro Lucio Rectori provinciae Romandiolae & Comitatus praedicti pro Domino Papa conſtituto. Quod tranſumtum ſigillis duorum Cardinalium ſigillatum eſt.* Datum Avenione Anno Domini MCCCXX. Tertio Idus Novembris, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno V.

C

D

Item quaedam alia Litera auro bullata Domini Roberti Regis Siciliae, *continens ratificationem cum obligatione de dilatione ſibi data per* Dominum Johannem Papam XXII. *de quinquaginta duabus millibus quingentis Unciis auri, per eum debitis Romanae Eccleſiae, ratione Cenſuum praeteritorum dicti Regni, perſolvendis in terminis hîc expreſſatis.* Datum Graſſe Anno Domini MCCCXXIII. die XV. Aprilis,

E

Item ſunt duae Literae auro bullatae ejuſdem tenoris Domini Roberti Regis Siciliae, *directae* Domino Johanni Papae, *continentes ratificationem cum gratiarum actione & obligatione, de prorogatione ſibi facta in certa forma & certis terminis hîc expreſſatis, de XLI. millibus & XII. Unciis auri, tribus Florenis & quartae partis unius Floreni.* Datum in Caſtro Maris de Scabia, Anno Domini MCCCXXX. die XX. Menſis Auguſti.

Item una alia Litera, auro bullata, continens ratificationem cum obligatione &c. Domini Roberti Regis Siciliae *de prorogatione Cenſus Regni Siciliae, & quod pro ceſſatione ſolutionis non eſſet Regno privatus.* Datum in Caſtro Maris de Scabia, die XX. Menſis Auguſti, Anno Domini MCCCXXX.

Item quaedam alia Litera, auro bullata, Roberti Regis Siciliae, *continens quod ipſe nomine & commiſſione ſpeciali* Domini Benedicti Papae XII. *fecit homagium. & praeſtitit fidelitatis juramentum* Dominis Embredunenſi & Neapolitano Archiepiſcopis. Actum Neapoli die XXV. Menſis Junii, Anno Domini MCCCXXXV.

Item quoddam Inſtrumentum ſuper forma homagii Domini Roberti Siciliae Regis Dominis Embredunenſi & Neapolitano Archiepiſcopis, *Commiſſariis ad haec deputatis per* Dominum Benedictum Papam XII. *In quo inſtrumento ſunt multae conventiones pro Eccleſia Romana.* Actum Anno, die, *& loco, quibus ſupra in proximo.*

Item unum aliud Inſtrumentum ſigillatum ſigillo Archiepiſcopi Neapolitani, continens quod ipſe & Archiepiſcopus Embredunenſis auctoritate Apoſtolicâ receperunt homagium & juramentum fidelitatis a Domino Roberto Rege Siciliae

liae *in Neapoli*. Datum Neapoli Anno Domini MCCCXXXV. die XXV. Junii.

Syndicatus Communis Panormitani directus Domino Benedicto Papae XII. *ad ſupplicandum eidem, & Collegio Dominorum Cardinalium, quatenus haberent in Regem Siciliae* Petrum filium Frederici Regis quondam Siciliae. Datum in Civitate Panormi Anno MCCCXXXVIII. de Menſe Aprilis.

Item quoddam Inſtrumentum Syndicatus Civitatis Meſſanae ad ſupplicandum eidem Domino Papae, quatenus confirmaret in Regem Siciliae Petrum filium Frederici, *eorum Dominum naturalem & dilectum*. Datum Meſſanae Anno Domini MCCCXXXVIII. die V. Menſis Maji.

Item quoddam Inſtrumentum, continens proceſſus, ſententias, & poenas latas de mandato Domini Benedicti Papae XII. *per* Dominos Guertium Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalem, & Epiſcopum Vaſionenſem, *Sedis Apoſtolicae Legatos in partibus Regni Siciliae citra Pharum, contra nobilem* Petrum primogenitum quondam Frederici olim Regis Trinacriae, *& alios natos & heredes ipſius Frederici, detinentes & occupantes Civitatem Rhegii, vicinam Inſulae Siciliae, & multas alias Inſulas pertinentes Regi Siciliae & Eccleſiae Romanae*. Datum in Urbe VII. die Aprilis Anno Domini MCCCXXXIX. Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

Item quoddam Inſtrumentum procurationis Dominae Johannae Reginae Siciliae *ſuper facto Bajulatus & adminiſtratione dicti Regni Siciliae, ſuo ſigillo munitum & ſigillatum*. Datum Neapoli in Caſtro ſuo, Anno Domini MCCCXLIII. die V. Septembris.

Item quoddam Inſtrumentum publicum continens in effectu, quod Domina Johanna Regina Siciliae *miſit* Domino Clementi Papae VI. *Ambaxiatores ſuos ad ſupplicandum & requirendum eumdem, quod non poneret in Regno Siciliae ſibi coadjutorem ſeu adminiſtratorem vel gubernatorem ipſius Regni. Qui Dominus Clemens deliberatus reſpondit, quod immo poterat & debebat hoc facere. Et jam fecerat, & quod propter praedicta non ſtaret*. Datum Avenione die XX. Menſis Octobris, Anno Domini MCCCXLIII. Pontificatus ipſius Domini Clementis Papae VI. Anno II.

Item duae Literae ejuſdem tenoris bullâ plumbeâ bullatae, Domino Aymerico, titulo Sancti Martini in Montibus Cardinali, *Sedis Apoſtolicae Legato in Regno Siciliae, per* Dominum Clementem Papam VI. *deſtinato ad recipiendum ligium & vaſſallagium a* Roberto Rege Siciliae. *In quibus etiam continentur conventiones & pacta, ac forma juramenti, & plura alia, quae habent facere, jurare, & praeſtare Reges Siciliae Romano Pontifici & Eccleſiae Romanae, prout hic ſerioſius exprimuntur*. Datum Avenione IV. Calendas Decembris, Pontificatus ſui Anno I.

Item alia Litera plumbeâ bullâ bullata, continens commiſſionem factam per Dominum Clementem Papam VI. Domino Aymerico Cardinali Legato in Regno Siciliae, *ſuper revocatione donationum per Reginam Siciliae de Terris dicti Regni*. Datum Avenione III. Calendas Februarii, Anno III.

Item alia Litera bullata plumbo, continens revocationem adminiſtrationis Regni Siciliae, & novam adminiſtrationis conceſſionem ipſius Regni, datam Dominae Johannae Reginae Siciliae *per* Dominum Clementem VI. Anno III.

Item

Item ſunt quatuor Inſtrumenta publica, tangentia qualiter mortuo Roberto Siciliae Rege Dominus Clemens VI. *appoſuit Gubernatorem & adminiſtratorem in Regno Siciliae, videlicet* Dominum Aymericum Cardinalem *Legatum antedictum. Cui dedit poteſtatem revocandi omnes donationes & conceſſiones factas & datas in praejudicium Eccleſiae Romanae & jura dicti Regni per dictum* Dominum Robertum, *&* Dominam Johannam. *Et ſuper his fuerunt facti multi proceſſus per dictum Legatum.* Sub Anno Domini MCCCXLV. Pontificatus ipſius Domini Clementis Anno IV.

Item quaedam patens Litera, bullâ aureâ bullata, videlicet Dominae Johannae Reginae Siciliae, *continens conceſſionem factam praefato* Domino Aymerico Cardinali *Legato in Regno Siciliae, ad recipiendum homagium ligium & vaſſallagium & fidelitatis juramentum a Domina Johanna Siciliae Regina, nomine Domini Papae & Eccleſiae Romanae. Quae omnia fecit dicta Domina Johanna, & praeſtitit eidem Legato, prout in iſta Litera & in Literis Apoſtolicis hîc inſertis plenius continetur.* Actum Neapoli in Monaſterio Sanctae Clarae, Anno Domini MCCCXLIV. die ultimo Menſis Auguſti.

Item Inſtrumentum ordinatorum, celebratorum, & factorum in Eccleſia Sanctae Crucis, ac promiſſorum Reginae, & juramentum multorum Baronum, continens conſilium habitum ſuper receptione homagii feſtinanda certis de cauſis, ac conſtitutione Capitanei Neapolis, in praeſentia Legati Apoſtolici per Eccleſiam Romanam miſſi, & ad haec deſtinati. Anno Domini MCCCXLIV. die XXIV. Auguſti.

Item Inſtrumentum actorum in Eccleſia Sanctae Clarae tempore homagii & juramenti receptorum in praeſentia Legati Apoſtolici per Eccleſiam Romanam miſſi, & ad haec deſtinati.. Anno MCCCXLIV. die XXVIII. Auguſti.

Item ſex Inſtrumenta publica, continentia obedientiam de Ducatu Calabriae: obedientiam Portulani Calabriae: obedientiam Juſtitiarii, & Capitanei Calabriae: obedientiam Capitanei Rhegii: obedientiam Valliſgratis & Terrae Jordanae; receptam a Domina Johanna Regina *Siciliae, per Dominum Cardinalem Legatum in Regno Siciliae antedictum,* Anno Domini MCCCXLV.

Item Inſtrumentum electionis Officialium miſſorum in Calabriam, & juramentum ipſorum ordinatum in praeſentia Legati Apoſtolici antedicti. Anno Domini MCCCXLV. die XVIII. Aprilis.

Procuratorium ad petendum determinationem Regii tituli, coronationem & inunctionem pro Dominis Ludovico & Johanna *conjugibus,* Rege & Regina Siciliae & Hieruſalem Anno Domini MCCCL. die XIV. Menſis Junii.

Inſtrumentum (a) *homagii & juramenti fidelitatis praeſtiti per Dominum Fridericum Regem Trinacriae in manibus reverendi Patris* Domini Johannis Epiſcopi Sarlatenſis, *Apoſtolicae Sedis Nuntii.* Die XVII. Menſis Januarii. Anno a Nativitate Domini MCCCLXXV. Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris & Domini noſtri Gregorii Papae XI. Anno IV.

„ De Regibus & Regnis Aragoniae
„ & Sardiniae. Item de Regibus
„ Caſtellae & Portugalliae.

E*St primo quaedam Litera magno ſigillo cereo* Petri Regis Aragonum *in pendenti ſigillata, quae ſic incipit:*

(a) *Haec addita leguntur, recentiori conſcripta charactere.*

cipit: Quum corde credam, & ore confitear, quod Romanus Pontifex, qui eſt beati Petri Succeſſor, Vicarius, & Illius, per quem Reges regnant, & Principes principantur, qui dominatur in regno hominum, & cui voluerit, dabit illud: Ego Petrus, Dei gratiâ, Rex Aragonum, Comes Barchinoniae, & Dominus Montis Peſſulani, cupiens principali poſt Deum beati Petri & Apoſtolicae Sedis protectione muniri, tibi, reverendiſſime Pater & Domine ſumme Pontifex, Innocenti, & per te ſacroſanctae Romanae Eccleſiae & Apoſtolicae Sedi, offero Regnum meum, illudque tibi & Succeſſoribus tuis in perpetuum divini amoris intuitu, & pro remedio animae meae, & progenitorum meorum conſtituo Cenſuale: ut annuatim de Camera Regis ducentae quinquaginta Maſſaemutinae Apoſtolicae Sedi reddantur. Et ego ac Succeſſores mei ſpecialiter ei fideles & obnoxii teneamur: Hoc autem lege perpetuâ ſervandum fore decerno, quin ſpero firmiter & confido, quod tu & Succeſſores tui, me ac Succeſſores meos & Regnum praedictum auctoritate Apoſtolicâ defendetis, praeſertim quum ex multo devotionis affectu me ad Sedem Apoſtolicam accedentem, tuis quaſi beati Petri manibus in Regem duxeris ſolemniter coronandum. Ut autem haec regalis conceſſio inviolabilem obtineat firmitatem, de conſilio Procerum Curiae meae, praeſente venerabili patre meo Arelatenſe Archiepiſcopo, & Sancio Patruo meo, & Hugone de Baucio, & Arnaldo de Fochien, & Baronibus meis, ſigilli mei feci munimine roborari. Actum Romae apud Sanctum Petrum Anno Dominicae Incarnationis MCCIV. Quarto Idus Novembris, Regni ſui Anno VIII.

Item quoddam tranſcriptum publicum, extractum de Archivis ſive Regiſtris exiſtentibus in Conventu Fratrum Minorum in Civitate Aſſiſii, de auctoritate & mandato Domini Bertrandi Archiepiſcopi Embredunenſis, *Apoſtolicae Sedis Nuntii. Quod ſic incipit:* In nomine Domini, Amen. Haec eſt copia cujuſdam Privilegii, quodam magno Sigillo cereo Petri Regis Aragonum ſigillati, cujus tenor talis eſt. Quum corde credam & ore confitear &c. *ut ſupra. Et ſequitur in eodem tranſcripto:* Haec eſt copia cujuſdam ſcripturae de quodam Regiſtro felicis recordationis Domini Innocentii Papae III. reperto in Eccleſia Sancti Franciſci de Aſſiſio in Archivo Camerae Romanae Eccleſiae. *Quod Regiſtrum ſic deſcribitur.* Incipit Liber Septimus Regiſtrorum Domini Innocentii Papae III. cujus ſcripturae tenor talis eſt: Anno VII. Pontificatus Domini Innocentii Papae III., Menſe Novembri, Petrus Aragonum Rex ad Apoſtolicam Sedem acceſſit, ut ab eodem Domino Papa Militare cingulum & Regium acciperet diadema. Venit autem per mare cum quinque Galeis, & applicavit apud Inſulam inter Portum & Oſtiam, adducens ſecum Arelatenſem Archiepiſcopum, Praepoſitum Magalonenſem, cum quibus interfuit Electus Montis Majoris, & alii quidam Clerici & Nobiles & prudentes Proceres: quoque ſecum adducit Sancium Patruum ſuum, Ugonem de Baucio, Rozcelinum de Marſilia, Arnaldum de Fochien, & alios multos nobiles & potentes. Miſſis autem ad illum equitaturis & ſaumariis bene ducentis, fecit eum apud Sanctum Petrum ad praeſentiam ſuam idem Dominus Papa venire: mittens in occurſum illius quoſdam Cardinales,

les, Senatorem Urbis, & alios multos Nobiles & Magnates, fecitque illum apud Sanctum Petrum in domo Canonicorum honorabiliter hoſpitari. Tertia verò die, in feſto videlicet Sancti Martini, praefatus Dominus Papa cum Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, Primicerio, & Cantoribus, Senatore, Juſtitiariis, Judicibus, Advocatis, & Scriniariis, multiſque Nobilibus ac Populo copioſo, ad Monaſterium Sancti Pancratii Martyris prope Tranſtiberim eſt profectus. Ibique praefatum Regem per manum Petri Epiſcopi Portuenſis fecit inungi, quem poſtmodum ipſe manu propria coronavit, largiens ei Regalia inſignia univerſa, Mantum videlicet & Colobium, Sceptrum, & Pomum, Coronam & Mithram, corporale ab eodem recipiens juramentum; cujus tenor talis eſt; Ego Petrus Rex Aragonum confiteor & polliceor, quod ſemper ero fidelis & obediens Domino meo Papae Innocentio, ejuſque Catholicis Succeſſoribus & Eccleſiae Romanae: Regnumque meum in ipſius obedientia fideliter conſervabo, defendens Fidem Catholicam, & perſequens haereticam pravitatem. Libertatem & immunitatem Eccleſiarum cuſtodiam, & earum jura defendam in omni terra meae poteſtati ſubjecta. Juſtitiam & pacem ſervare ſtudebo. Sic me Deus adjuvet, & haec ſancta Dei Euangelia. Deinde verò praefatus Rex cum multo laudis praeconio & favoris applauſu coronatus rediit juxta Dominum Papam ad Baſilicam Sancti Petri, ſuper cujus Altare Sceptrum & Diadema depoſuit, ac de manu ejuſdem Domini Papae Militarem enſem accepit: Regnumque ſuum beato Petro Apoſtolorum Principi obtulit,

A illudque ſibi conſtituit Cenſuale per Privilegii paginam, quam eidem Domino Papae tradidit ſuper dictum Altare. Cujus tenor talis eſt: Quum corde credam & ore confitear &c. *ut ſupra*. His omnibus rite peractis fecit eum Dominus Papa per Urbem ad Eccleſiam Sancti Pauli deduci, ubi Galeas inveniens praeparatas intravit B, & Apoſtolicâ benedictione munitus ad propria meruit cum proſperitate remeare.

Sequitur in eodem tranſcripto quaedam copia cujuſdam Literae per dictum Dominum Innocentium Papam *conceſſae, quae ſic incipit;* Cum quanta gloria & honore, tripudio & applauſu &c. *Narrans quaſi omnia ſu-* C *praſcripta. In fine:* Nos igitur gratiam tibi a nobis exhibitam ad ſucceſſores tuos derivari volentes, praeſentium auctoritate concedimus, ut quum ipſi decreverint coronari, Coronam a Sede Apoſtolica requirentes, de ſpeciali mandato per Tarraconenſem Archiepiſcopum apud Caeſarauguſtanenſem Civitatem ſolemni- D ter coronentur, praeſtitâ ſuper praedictis idoneâ cautione. Nulli ergo &c. noſtrae conceſſionis &c. Si quis autem &c. Datum XVI. Calendas Julii.

Item ſequitur alia copia, contenta in dicto tranſcripto, continens conventionem factam inter Regem Hieruſalem & Siciliae ex una parte, & Nuntios E *ſeu Procuratores* Domini Jacobi filii quondam Petri olim Regis Aragonum *ex altera, ſuper eo, quod Rex Hieruſalem & Siciliae induceret Romanam Eccleſiam & Regem Franciae ac filium ſuum, ad remittendum Regi Aragoni jus, quod Eccleſia Romana & Rex Franciae ac filius ſuus habebant in Regno Aragonum, Valentiae, & Comitatu Barchinoniae, ratione privatio-*

nis

nis dictorum Regnorum & proceſſuum factorum per Sedem Apoſtolicam contra dictum Regem Aragonum, & conceſſione de dictis Regnis & Comitatu poſtea facta Regi Franciae & filio ſuo ſub certis formis. In ſcriptura dictae conventionis non eſt data: ſed dictum tranſumtum fuit factum Anno Domini MCCCXXXVI. die XXVI. Septembris in dicta Civitate Aſſiſii.

Homagium Praſſon Marchionis Maſſae & Judicis Kalaritani & Benedictae ejus Uxoris, *praeſtitum Epiſcopo Kalaritano, recipienti vice & nomine* Domini Innocentii Papae, *& ſanctae Romanae Eccleſiae.* Actum in Villa Scanigliae in Palatio Epiſcopi Kalaritani, Anno Domini MCCXV. Quartodecimo Calendas Decembris *cum bulla plumbea dicti Ducis.*

Item unum Inſtrumentum publicum, continens concordiam & pacta inita per Jacobum Regem Aragonum patrem inter Petrum & Jacobum natos ſuos *diſcordantes de ſucceſſione Regni, quibus aſſignavit cuilibet partem ſuam.* Datum Barchinonae XII. Calendas Decembris, Anno Domini MCCLXII.

Item quaedam copia in pergameno ſcripta cujuſdam Inſtrumenti, continens, quod Jacobus Rex Majoricarum *recognovit ſe recepiſſe in Feudum a Petro Rege Aragonum Regnum Majoricarum, & Comitatum Rouſilionis.* Datum Perpiniani XIV. Calendas Februarii, Anno Domini MCCLXXVIII.

Item aliud Inſtrumentum publicum continens, qualiter Rex Aragonum requiſivit Regem Majoricarum, quod juvaret ipſum in guerrâ, contra eum motâ per Regem Franciae. Qui reſpondit, quod non faceret, quia dicta guerra fiebat auctoritate Eccleſiae, & nolebat eſſe excommunicatus, nec Regnum ſuum interdictum. Datum in Eccleſia Beatae Mariae de Baymulio de Aſperis, VIII. Calendas Februarii, Anno Domini MCCLXXXIII.

Scribit Dominus Nicolaus Papa IV. *Regi Aragonum has literas de ſalvo conductu pro* Alfonſo nato quondam Regis Aragonum, *& ſuis Nuntiis, citato per eumdem Dominum Nicolaum coram eo, ut Romae compareret, juri ſuper quibuſdam exceſſibus pariturus.* Datum apud Sanctam Mariam Majorem, VII. Calendas Decembris, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item unum aliud Inſtrumentum publicum, continens procuratorium * Alphonſi Regis Aragonum *ad tractandum & faciendum pacem ſeu treugam inter Romanam Eccleſiam & Regem Franciae ex una parte, & ipſum Regem ex altera.* Datum VII. Calendas Februarii, Anno Domini MCCXC.

Item quaedam Litera bullata, continens, qualiter Dominus Bonifacius Papa VIII. factâ pace *inter* Carolum Siciliae *&* Jacobum Aragoniae Reges, *ſcripſit nobili Johanni de Procida excommunicato, quia aliquas Terras in Inſula Siciliae ad Romanam Curiam pertinentes occupaverat, quod infra Menſem Maji a dictis Terris & Inſula recederet, & ad Papam veniret pro reddenda reſtitutione ſtatus ſui, & bonorum ſuorum.* Datum Romae IV. Nonas Januarii, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item alia Litera bullata, continens, qualiter Bonifacius Papa VIII. *tractatâ pace inter* Carolum Siciliae *&* Jacobum Aragoniae Reges, *& concordato quod Inſula Siciliae ſub ditione Romanae Eccleſiae rediret, hortando ſcripſit* Frederico fratri dicti Regis Aragonum, *ut* F. Archiepiſcopum Meſſanae *ad dictam Inſulam pro removendis interdicti & excommunicationis ſententiis, per ipſum Dominum Papam deſtinatum benigne reciperet.* Datum

Ann-

Anagniae VI. Nonas Julii, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item alia Litera bullata, continens qualiter Dominus Bonifacius Papa VIII. *tractatâ pace inter* Carolum Siciliae *&* Jacobum Aragonum Reges, *& concordato quod homines Panormi, & alii Inſulae Siciliae, qui de ditione & regimine Eccleſiae Romanae exiverunt, ſub gubernatione dictae Eccleſiae Romanae redirent, eiſdem hominibus ſcripſit, ut* G. Epiſcopum Vergellenſem *& Fratrem Bonifacium, ad dictam Inſulam deſtinatos benigne reciperet.* Datum Romae IV. Nonas Januarii, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item ſunt duae Literae bullatae bullâ Domini Bonifacii Papae VIII. *in quibus ſcribit* Conſtantiae Reginae Aragonum, *quod inducat* Fredericum filium ſuum *pro bono pacis, & concordiae, ad contrahendum matrimonium cum* Catharina Imperatrice Conſtantinopolitana. Datum Romae IV. Nonas Januarii, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item quoddam Inſtrumentum authenticum, continens confeſſionem Magiſtri Arnaldi de Villa Nova, factum in Conſilio generali Tarraconenſis provinciae, ſuper quibuſdam per eum dictis & ſcriptis, in dicto Inſtrumento contentis, pro zelo Fidei, ut dicebat. Datum Ilerdae, pridie Nonas Octobris, Anno Domini MCCCIII.

Literae bullatae bullâ aureâ Jacobi Regis Aragonum, Valentiae, Sardiniae, & Corſicae, Comitiſque Barchinoniae, *ac praeſcriptae Romanae Eccleſiae Vexillarii, Ammirati, & Capitanei generalis, directae* Domino Clementi Papae V. *continentes, quod idem Rex in propria perſona recognovit* Domino Bonifacio Papae VIII. *ſe ab eodem & ſancta Romana Eccleſia recepiſſe in feudum Regnum Sardiniae & Corſicae, & pro eo juramentum fidelitatis ligium & vaſſallaticum praeſtitiſſe juxta formam Literarum ejuſdem Domini Bonifacii hîc de verbo ad verbum inſertarum. Et eamdem recognitionem & juramentum praeſtitiſſe per Ambaſſiatores ſuos* Domino Benedicto Papae XI. *ſucceſſori dicti Domini Bonifacii. Et ſimiliter eadem obtuliſſe in propria perſona praefato Domino Clementi Papae V. in Monte Peſſulano. Et quia tunc non fuerunt facta, idem Rex miſit eidem Domino Clementi Ambaſſiatores ſuos hîc nominatos ad praeſtandum praedicta. Quod & fecerunt. Et idem Rex omnia ſupradicta laudat, approbat, & confirmat. Et ſuper iis conceſſit has praeſentes Literas ad cautelam.* Datum Perpiniani, IV. Calendas Novembris, Anno Domini MCCCV. *Clauſulae ſequentes ſunt principales in effectu in conceſſione dicti Regni Sardiniae & Corſicae. Primo quod dictum Regnum fuit conceſſum, ut dictum eſt ſupra, dicto Jacobo Regi Aragonum, & ſuis heredibus, ex ſuo & ipſorum corporibus legitime deſcendentibus utriuſque ſexus. Item pro praedicto Regno ipſe & ſui ſucceſſores Reges tenentur praeſtare ligium homagium, & vaſſallagium plenum, & fidelitatis juramentum ſub forma hîc expreſſa. Item ſervire Romanae Eccleſiae infra Italiam de centum equitibus decenter armatis cum uno equo ad arma, & duabus equitaturis ad minus per quemlibet, & quingentis peditibus, inter quos ſint ad minus centum Baliſterii, de bonis baliſtis armati & muniti, & reliqui ſuo modo ſint convenienter armati: & ſint homines incolae terrae ſuae, cum ſumtibus & gagiis ſuis per tres menſes a tempore, quo intrabunt terram Eccleſiae in Italia computando. Et ſi Romanus Pontifex vel Eccleſia ipſa voluerit dictum ſervitium equitum*

commu-

commutare totaliter cum ſtolio vel certo numero Galearum ſeu Vaſorum marinorum armatorum infra maritimam Italiae, poſſint hoc facere. Et tu & tui heredes ipſi commutationem hujuſmodi facere teneamini, & ſitis adſtricti, dando infra ipſam maritimam quinque Galeas bene munitas, guarnitas, & armatas de bonis hominibus, & aliis opportunis, veſtris expenſis per tres menſes, computando a die quo ingreſſi fuerint maritimam Italiae, terris Eccleſiae ſupradictae vicinam. Et ſupradicta ſententia equitum, peditum, & Galearum praeſtabitis, ut ſuperius eſt expreſſum ſemel in Anno, quandocumque indigebit Papa ſeu Romana Eccleſia, de quo ipſius Romani Pontificis vel ipſius Eccleſiae ſimplici verbo credetur. Item praeſtabitis tu & heredes tui pro dicto Regno Cenſum duorum millium Marcharum argenti bonorum & Legalium Sterlingorum annis ſingulis in feſto beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, ubicumque Romanus Pontifex fuerit, eidem, aut Apoſtolica Sede vacante, Collegio Dominorum Cardinalium, pro futuro Pontifice & ipſo Collegio ſolvendorum. Quod ſi in termino non ſolveritis, & expectati per quatuor menſes non ſatisfeceritis ad plenum, eo ipſo excommunicationis ſententiam incurratis. Quod ſi in ſequenti termino infra alios quatuor menſes & ſequentes dictum Cenſum non perſolveritis, eo ipſo totum Regnum praedictum ſubjaceat Eccleſiaſtico interdicto Si verò nec in tertio termino, nec poſt per quatuor Menſes ſolveritis dictum Cenſum, eodem Regno ex tunc ipſo jure cadatis ex toto, & idem Regnum ad Romanam Eccleſiam ejuſque diſpoſitionem integre & libere revertatur. Item quod ille vel illa, qui vel quae ſuccedent dicto Regi in Regno Aragonum, ſimiliter ſuccedat in Regno Sardiniae & Corſicae & non aliter, ita quod idem ſit Rex utriuſque. Et ſi ipſum Regem, vel heredes ſuos contigerit decedere ſine liberis, de corpore ſuo procreatis, Regnum ipſum ad Romanam Eccleſiam revertatur. Deſcendentes autem a te & tuis heredibus mares & feminae legitime procreati, hoc modo ſuccedant in dicto Regno, videlicet quod de liberis maribus pluribus concurrentibus per eamdem lineam in eodem gradu primo natus ſuccedat, & de pluribus feminis primo genita, & de mare & femina ſimiliter concurrentibus, maſculus omnibus aliis praeferatur. Sed nec mares nec feminae illegitime natae ſuccedant. Quod autem de feminis ſuccedentibus dictum eſt, intelligatur tam de nuptis quàm de innuptis, dum tamen nuptae ſint fidelibus & Eccleſiae Romanae devotis. Et ſicut inter has perſonas gradus ſervare volumus, ut ſcilicet prior gradu poſteriori praeferatur, ſic in eodem pluribus concurrentibus priorem natu poſteriori, & marem feminae volumus anteferri. *Plures ſunt aliae bonae clauſulae & conditiones in hujuſmodi facto pro Romana Eccleſia utiles, hìc contentae*.

Item quoddam procuratorium Jacobi Regis Aragonum *ad praeſtandum juramentum fidelitatis* Domino Clementi Papae V. *pro Regno Sardiniae*. Datum Valentiae X. Calendas Maji Anno Domini MCCCVI.

Item quaedam patens Litera, quatuor ſigillis ſigillata in pendentibus, continens tractatum habitum inter certos Dominos Cardinales hìc nominatos, nomine Domini Clementis Papae V. *ex una parte, & quoſdam Nobiles Regis Aragonum ex altera ſuper facto*

Civi-

Civitatis & Comitatus Piſarum & Inſulae Elbae. Super quibus ipſi Domini tractatores retinuerunt voluntatem Dominorum ſuorum. Datum Avenione, Pridie Calendas Junii Anno Domini MCCCIX.

Item aliud procuratorium authenticum Regis Aragonum ad conſentiendum ordinationi Domini Papae noſtri ſuper bonis quondam Templi. Datum Barchinonae XV. Calendas Martii Anno Domini MCCCXVI.

Item aliud procuratorium authenticum Domini Jacobi Regis Aragonum, *cum procuratoribus intus nominatis, miſſum* Domino Johanni Papae XXII. *ad praeſtandum ſibi homagium, vaſſallagium & fidelitatis juramentum, & recognoſcendum Cenſum, & militare ſervitium pro Regno Sardiniae & Corſicae per dictum Regem Domino Papae, Eccleſiaeque Romanae debitum.* Datum Ilerdae VIII. Idus Septembris Anno Domini MCCCXVI.

Item quaedam alia patens Litera, bullâ aureâ bullata Domini Jacobi Regis Aragonum, *directa* Domino Johanni Papae XXII. *continens recognitionem Regni Sardiniae & Corſicae, ut in aliis ſequentibus & praecedentibus.* Datum Ilerdae, *ut ſupra in proximo.*

Item tranſumtum ſigillatum ſigillo cereo Petri Regis Aragonum *authenticum, continens, emancipationem* Petri Aragonenſis *filii ſui.* Datum Ilerdae XIV. Calendas Junii, Anno MCCCXXII.

Item aliud procuratorium authenticum Domini Jacobi Regis Aragonum, Domino Johanni Papae XXII. *cum procuratorio infraſcripto directum ad acceptandum gratiam de medietate Cenſus duorum millium Marcharum argenti, & ſervitii militaris, per eum Eccleſiae Romanae ratione Regni Sardi-* A *niae & Corſicae debitorum, ſibi per dictum Dominum Papam ad decennium factam: & ad recognoſcendum dicto Domino Papae Cenſum & militare ſervitium, ad quod tenetur ratione dicti Regni ſub modis & conditionibus in Literis* Domini Bonifacii Papae VIII. *contentis.* Datum Valentiae VIII. Idus Martii, Anno Domini MCCCXXIV.

B *Item quoddam Inſtrumentum publicum manu duorum Clericorum Camerae, Notariorumque Apoſtolicorum ſubſcriptum & ſignatum, continens qualiter felicis recordationis* Dominus Johannes Papa XXII. *de conſenſu Dominorum Cardinalium,* Jacobo Regni Aragonum *illuſtri Sardiniae & Corſicae, in ſuffragium expenſarum in acquiſitione dictorum Re-* C *gnorum Sardiniae & Corſicae per eum factarum, medietatem Cenſus duorum millium Marcharum argenti Sterlingorum & Servitii militaris, quae idem Rex pro dictis Regni Sardiniae & Corſicae Domino Papae & Eccleſiae Romanae perpetuo ſolvere & facere tenetur, ad decennium dumtaxat remiſit.* Datum Avenione Anno Domini MCCC- D XXV. die XXI. Junii, Pontificatus ſui Anno IX.

Item alia Litera bullâ aureâ bullata Alphonſi Regis Aragonum, *continens ipſius Regis recognitionem & juramentum fidelitatis pro Regno Sardiniae & Corſicae tempore* Domini Johannis Papae XXII. *praeſtitum &c. ut ſupra.* Datum Valentiae V. Calendas No- E vembris Anno Domini MCCCXXIX.

Item quoddam procuratorium Domini Alphonſi Regis Aragonum *ad laudandum & confirmandum pacta, modos, & conditiones, ſub quibus fuit conceſſa per* Dominum Johannem Papam XXII. *Decima totius Regni ſui pro guerra, quam faciebat contra Regem Granatae.* Datum Barchinonae IV. Calendas Aprilis, Anno Domini MCCCXXX.

Item

Item alia Litera auro bullata Alphonſi Regis Aragonum, directa Domino Benedicto Papae XII. continens recognitionem & juramentum fidelitatis praeſtitum per ipſum tempore dicti Domini Benedicti pro dicto Regno &c. ut ſupra. Datum Barchinonae IV Nonas Octobris, Anno Domini MCCCXXXV.

Item aliud procuratorium Petri Regis Aragonum ſuo ſigillo cereo ſigillatum, ad praeſtandum plenum vaſſallagium, homagium ligium, & fidelitatis juramentum pro Regno Sardiniae & Corſicae Domino Benedicto Papae XII. Datum Valentiae VII. Idus Januarii, Anno MCCCXXXVI.

Item alia Litera auro bullata Petri Regis Aragonum, directa Domino Benedicto Papae XII. continens recognitionem & juramentum fidelitatis per ipſum ſeu Procuratores ſuos factum & praeſtitum pro Regno Sardiniae & Corſicae. Datum Valentiae Idibus Januarii, Anno Domini MCCCXXXVI.

Item alia Litera auro bullata Petri Regis Aragonum, continens recognitionem & juramentum fidelitatis per ipſum praeſtitum in propria perſona Domino Benedicto Papae XII. pro Regno Sardiniae & Corſicae. Datum Avenione XVI. Calendas Decembris, Anno MCCCXXXIX.

Item quoddam procuratorium Petri Regis Aragonum ad obtinendum dilationem de Cenſu per ipſum debito Romanae Eccleſiae pro Regno Sardiniae & Corſicae, & ad petendum abſolutionem a ſententiis propter hoc latis. Datum Barchinonae IV. Idus Octobris Anno Domini MCCCXXXIX.

Item aliud procuratorium authenticum ſigillo cereo Petri Regis Aragonum ſigillatum, ad concordandum, vallandum, & jurandum articulos inter ipſum & Eccleſiam Romanam tempore, quo idem Rex injuriatus fuerat Collectorem Apoſtolicum Aragoniae, pro quo fuit excommunicatus, & ſuppoſuit ſe correctioni Domini Innocentii Papae VI. Datum Gerundae XXIV. die Septembris, Anno Domini MCCCLI.

Item aliud procuratorium Petri Regis Aragonum, conſtituentis procuratorem ſuum Fratrem Johannem Fernandi de Seredia Caſtellanum Empoſtae, ad ſolvendum Cenſum debitum ſanctae Romanae Eccleſiae pro Regno Sardiniae. Datum Ilerdae Anno MCCCLII. die V. Menſis Junii.

Item aliud procuratorium Regis Aragonum ad praeſtandum Domino Innocentio Papae VI. vaſſallagium plenum, juramentum fidelitatis ligium, & homagium pro Regno Sardiniae & Corſicae. Datum Valentiae die V. Octobris Anno Domini MCCCLIII.

Item eſt alia Litera auro bullata Petri Regis Aragonum, continens vaſſallagium, homagium ligium, & fidelitatis juramentum, praeſtitum Domino Innocentio Papae VI. ac conditiones & modos pro Regno Sardiniae & Corſicae, cum Cenſu & ſervitiis praeſtitis. Datum Valentiae V. die Octobris, Anno Domini MCCCLIII.

Item aliud procuratorium Petri Regis Aragonum ad promittendum & jurandum Domino Innocentio Papae VI. quod ipſe non juvabit Ludovicum Regem Trinacriae, ſeu Fredericum fratrem ſuum, ad detinendum Inſulam Siciliae & Hieruſalem contra voluntatem Eccleſiae Romanae, a qua dictam Inſulam tenet in feudum Domina Johanna Regina Siciliae & Hieruſalem. Datum Avenione die XXVIII. Octobris, Anno Domini MCCCLVI.

Eſt etiam quaedam Litera Domini Innocentii Papae VI. facta ad notitiam ſucceſſorum, bullata, continens procuratorium, & juramenti praeſtationem

per procuratores, ad hoc poteſtatem habentes, in dicta Litera de verbo ad verbum inſertam: quod Petrus Aragonum Rex *non juvabit* Ludovicum Trinacriae Regem, nec Fredericum fratrem, *quamdiu Inſulam Siciliae tenebunt contra voluntatem Eccleſiae Romanae, a qua tenet dictam Inſulam in feudum* Johanna Regina Siciliae. Datum Avenione XIV. Calendas Februarii, Pontificatus ſui Anno IV.

Item quoddam aliud procuratorium Petri Regis Aragonum, Sardiniae, & Corſicae, *ad praeſtandum homagium, & fidelitatis juramentum* Domino Urbano Papae V. *pro Regno Sardiniae.* Datum Caeſaraugustae XV. die Auguſti, Anno MCCCLXIV.

Item quaedam alia Litera auro bullata, continens recognitionem Petri Regis Aragonum, Sardiniae, & Corſicae, *factam de Feudo Sardiniae & Corſicae, quae miſſa fuit* Domino Urbano Papae V. Datum Caeſarauguſtae XV. die Auguſti, Anno MCCCLXIV.

Litera Domini Urbani Papae V. *bullata, continens primam citationem factam per edictum per eumdem Dominum Urbanum contra Regem Aragonum, pro Cenſu non ſoluto de Regno Sardiniae.* Datum Avenione III. Idus Martii, Pontificatus ſui Anno II.

Item alia Litera bullata bullâ Domini Urbani Papae V. *continens proceſſum factum contra Regem Aragonum, qui bona, reditus, & proventus Eccleſiaſticos Camerae Apoſtolicae, Dominorum Cardinalium, Praelatorum, & aliorum Clericorum beneficiatorum in Regno ſuo abſentium, de facto poſuerat ad manum ſuam: nec inde extrahi permittebat, ſed ea levari faciebat, & ſibi appropriare volebat pro neceſſitatibus Regni ſui; quod ea praedicta omnia & ſingula publice revocaret, & reſtitueret, & in libertate Eccleſiaſtica permitteret ſtare. Et hoc infra duos menſes; aliàs ex tunc eſſet excommunicatus, & Regnum ſuum ſuppoſitum Eccleſiaſtico interdicto.* Datum Avenione III. Idus Martii, Pontificatus ſui Anno II.

Item alia Litera bullata bullâ Domini Urbani Papae V. *continens citationes per edictum factas contra Regem Aragonum, ad comparendum in Romana Curia, auditurum declarationem ſententiarum excommunicationis in ipſum Regem, & interdicti in Regnum Sardiniae, ac privationis ejuſdem Regni, & reverſionem ad Eccleſiam Romanam, pro eo quia idem Rex non ſolverat Cenſum, nec attenderat alia, ad quae tenetur pro hujuſmodi Regno.* Datum Avenione V. Idus Octobris, Pontificatus ſui Anno II.

Item alia Litera bullata bullâ Domini Urbani Papae V. *continens citationes per edictum contra Regem Aragonum pro Cenſu non ſoluto per ipſum de Regno Sardiniae.* Datum Avenione II Idus Martii, Pontificatus ſui Anno III.

Item alia Bulla ejuſdem Domini Urbani Papae V. *continens proceſſum factum per ipſum* Dominum Papam *contra Regem Aragonum, quia non ſolverat Cenſum per ipſum debitum Romanae Eccleſiae pro Regno Sardiniae.* Datum Avenione V. Idus Junii, Pontificatus ſui Anno III.

„ De Regno Caſtellae.

E*St quoddam Inſtrumentum publicum bullâ plumbeâ* Alphonſi Regis Caſtellae *bullatum, in quo regratiatur ipſe Rex* Domino Johanni Papae XXII. *ſuper conceſſione quadriennalis Decimae ſibi factâ, aſſerendo & aliàs promittendo per juramentum ſuum conditiones in conceſ-*

conceſſione hujuſmodi appoſitas ſe tenere. Datum in loco de Valle Oleti, Anno Domini MCCCXXVIII. die XV. Decembris.

Item alia Litera bullâ plumbeâ Alphonſi Regis Caſtellae *bullata, continens, qualiter ipſe Rex promiſit tenere & complere ordinationem factam per* Dominum Benedictum Papam XII. *ſuper praedicatione Crucis in Regnis Hiſpaniae, Navarrae, & Aragonum, ſuper reſiſtentiâ per ipſum faciendâ contra Reges Granatae, & Bernarnarim infideles, & etiam ſuper conceſſione Triceſimae ad triennium ſibi ſuper hoc a dicto Domino Papa conceſſis & factis.* Datum Siciliae Anno Domini MCCCXL. die X. Menſis Maji.

„ De Regno Portugalliae.

I*Nſtrumentum publicum plumbeâ bullâ Regis Portugalliae bullatum, continens qualiter* Dominus Dionyſius Rex Portugalliae & Algarbi *miſit Petrum Petri Canonicum Columbrienſem & nobilem Johannem Laurentii, procuratores & familiares ſuos* Domino Johanni Papae XXII. *ſuper nova fundatione Ordinis, qui* Ordo Militiae Jeſu Chriſti *nuncupatur. Qui quidem Dominus Papa omnia bona mobilia & immobilia, quae habebant, tenebant poſſidebant Templarii, ſive Ordo Templariorum in dictis Regnis Portugalliae & Algarbi, eidem Ordini ordinavit, dicto Rege conſentiente, approbante & ratificante. Ita tamen, quod Magiſter dicti Ordinis, qui fuit & erit pro tempore, teneatur in ſua nova creatione de Caſtris, bonis, terris, & aliis, quae habebit, tenebit, & poſſidebit in dictis Regnis, facere & praeſtare juramentum fidelitatis dicto Domino Regi & ſuis Succeſſoribus. Et inſuper idem Magiſter dicti Ordinis in prima ſui creatione, antequam aliud adminiſtret, habeat in manibus Abbatis de Alta Abbatia Ciſtercienſis Ordinis Uliſſiponenſis Dioeceſis, nomine Eccleſiae Romanae juramentum praeſtare, quod debet, & tenetur idem Abbas recipere a Magiſtro dicti Ordinis. Prout haec & alia plura in dicto Inſtrumento continentur.* Datum Starenae Anno Domini MCCCXIX. die XV. Maji.

„ De Regibus & Regno Hungariae.

E*St primo quaedam Litera patens, magno ſigillo cereo ſigillata, continens promiſſiones Regis Hungariae & juramentum ipſius de ſervando Fidem Catholicam, & Eccleſiaſticas libertates.* Datum Budae IX. Calendas Julii, Anno Domini MCCIX.

Item octo Literae auro bullatae Regis Hungariae, directae Domino Papae & Eccleſiae Romanae, continentes Literas credentiae, & excuſationes ipſius Regis, & multa alia, quae modicum faciunt pro Eccleſia Romana. Datum in Zolum VII. Idus Junii, Anno gratiae MCCXXXVIII. Regni autem ſui Anno III.

Item alia Litera Regis Hungariae continens, quod ſervabit pacem inter ipſum & filium ſuum per Nuntios Domini Papae, & Sedis Apoſtolicae factam & ordinatam. Datum Anno Domini MCCLXIII. Regni verò ſui XXVIII.

Item duae Literae magnis ſigillis ſigillatae ejuſdem tenoris & materiae, duplicatae, continentes juramentum praeſtitum per Regem Hungariae, quod ſervabit inter ipſum & filium ſuum pacem factam ſuper diſcordia inter ipſos motâ. Datum apud Lypche, Anno Domini MCCLXIII. tertio Calendas Auguſti.

Item duae aliae Literae patentes cum bullis aureis Regis Hungariae bullatae,

tae, directae Domino Papae, continentes certas petitiones ſecretas, quas facere debet Magiſter Ladislaus Clericus dicti Regis Hungariae Domino noſtro Papae ex parte ipſius Domini Regis. Datum apud Phyzegeu, Anno Domini MCCLXV. quinto Calendas Auguſti.

Item quoddam tranſcriptum publicum, continens juramentum, quod fecit & praeſtitit Ladislaus Rex Hungariae *ſuper approbatione Fidei Catholicae in Regno ſuo, & ſuper confirmatione plurium articulorum Fidei Catholicae.* Datum Budae, *quo ad formam juramenti*, Anno Domini MCCLXXIX. Calendis Julii, Regni ſui Anno VII. *Et quo ad Datam tranſumti*, MCCCXXXIX. vigeſimo die Menſis Martii.

Item quoddam Inſtrumentum publicum, continens qualiter Rex Hungariae conſtituit procuratores ſuos ad proſequendum quamdam appellationem coram Apoſtolica Sede emiſſam ab Epiſcopo Firmano, Apoſtolicae Sedis Legato. Datum Anno Domini MCCLXXIX. quarto Calendas Octobris.

Copia Cenſus centum Marcharum argenti Regis Hungariae, per ipſum conſtitutarum pro ſuſtentatione Pauperum in quodam Hoſpitali conſtruendo, in Regno ſuo degentium. Et hoc fecit pro poenitentia & emenda, quia prohibuerat ſive impediverat Concilium generale ibi tenendum & convocandum per quemdam Sedis Apoſtolicae Legatum. Datum Anno Domini MCCLXXX. Quintodecimo Calendas Septembris. *Et eſt tranſcriptum publicum, & ſigillatum de cera ſub* Data Aſſiſii MCCCXXXIV. die XX. Menſis Martii.

Item quaedam patens Litera, continens reſponſionem Archiepiſcopi Colocenſis & Epiſcopi Zagrabienſis, factam Domino Bonifacio Papae VIII. *ſuper denuntiatione, & publicatione per ipſos*

A *jactâ, qualiter Dominus Bonifacius pronuntiavit & declaravit*, Mariam Reginam Siciliae, & Carolum ejus Nepotem, *ſuccedere in Regno Hungariae debere.* Datum in Vaska in Dioeceſi Zagrabienſi, Anno Domini MCCCIII. Quinto Idus Septembris.

Item eſt quaedam alia Litera in pendenti ſigillata ſigillo parvo cerae, con-
B *tinens qualiter* Ladislaus Rex Hungariae *fervore ſuae juventutis inhibuit habitatoribus Caſtri & Villae de Roden, Regni ſui, ut Legatum Apoſtolicum, qui cum Praelatis dicti Regni ibidem convenerat ad Concilium generale celebrandum, ne dictum Legatum & Praelatos intrare dictum locum permitterent, ac eorum familiaribus & gen-*
C *tibus victualia non miniſtrarent. Propter quod conſcientiâ motus, & ad inſtantiam & requeſtam Legati Apoſtolici dictus Rex conſtrui voluit unum Hoſpitale, & donavit perpetuo pro ſuſtentatione Pauperum eidem Hoſpitali centum Marchas argenti.* Datum XV. Calendas Septembris, Anno Domini MCCLXXX. Regni verò ſui An-
D no VIII.

Item eſt alia Litera continens, qualiter Rex Hungariae acceptavit leges, ſtatuta, & conſtitutiones, edita & approbata per Eccleſiam Romanam contra Haereticos. Datum Anno Domini MCCLXXX. Indictione VIII. Regni verò ſui Anno VIII.

Item eſt alia patens Litera Domi-
E *nae Reginae Hungariae ſenioris, continens approbationem legum & jurium contra Haereticos per Eccleſiam Romanam approbatorum & ordinatorum.* Datum Anno Domini MCCLXXX. Indictione VIII.

Item alia Litera multis ſigillis ſigillata, continens approbationem & ratificationem coronationis Domini Caroli Regis Hungariae, *per Praelatos Regni*

gni ſui Hungariae factam. Datum Budae Anno Domini MCCCVIII. Pontificatus Domini Clementis Papae V. Anno IV. A

Item eſt alia Litera continens, qualiter Magiſter Henricus filius Henrici Banni Domino Carolo Regi Hungariae *fidelitatis juramentum praeſtitit, ut eſt moris*. Datum in Zeten Weſprinenſis Dioeceſis, Anno Domini B MCCCVIII.

Item alia Litera continens, quod Dominus Gentilis Presbyter & Sedis Apoſtolicae Legatus in Regno Hungariae, requiſivit Magiſtrum Matthaeum Palatinum, ut Regem Hungariae in dominum ſuum verum recognoſceret. Qui Magiſter Matthaeus praehabita maturatione C *debita ad requiſitionem dicti Domini Legati, & ob reverentiam Sedis Apoſtolicae, dictum* Dominum Carolum Regem Hungariae *in Dominum & in Regem ſuum recognovit, & fidelitatem promiſit, una cum aliis Baronibus, ut eſt moris*. Datum in loco Keykens Weſprinenſis Dioeceſis Anno Domini MCCCVIII.

D *Item eſt alia Litera patens, multis ſigillis diverſorum Praelatorum ſigillata, continens, quod* Anno Domini MCCCVIII. Indictione IV. die XXVI. Menſis Novembris, Pontificatus ſanctiſſimi Patris & Domini Domini Clementis Papae V. Anno III. *reverendiſſimus pater* Dominus Gentilis, titulo Sancti Martini in Montibus E Presbyter Cardinalis, *Legatus Apoſtolicus in partibus Hungariae, in domo Praedicatorum prope Civitatem Peſtenſem ultra Danubium, illuſtrem* Carolum Nepotem *ſereniſſimae* Reginae Mariae Siciliae, *nomine Eccleſiae Romanae, in Regem Hungariae inunxit, & juramentum ab ipſo recepit, prout in talibus eſt fieri conſuetum, & hic continetur*. Datum in Civitate Peſtenſi.

Item eſt alia Litera continens recognitionem cujuſdam Comitis recognoſcentis Regem Hungariae in Dominum ſuum naturalem. Datum Zeguedino, Anno Domini MCCCX.

Item eſt alia patens Litera, duobus magnis ſigillis de cerâ ſigillata, continens procuratorium Ludovici Regis Hungariae, & Stephani Ducis Tranſilvaniae fratris ſui, *ad dimittendum plene & libere terras, quas tenebant in Regno Siciliae extra Pharum, duobus locis hic expreſſis, dumtaxat exceptis &c. quae fuerat ſequuta occaſione* Regis Andreae *interfecti*. Datum Budae Anno Domini MCCCLI. die ultima Octobris.

Tranſcriptum quinque Literarum Regis Hungariae, & Ottonis IV. Romanorum Regis, *conſentientium, ut fierent electiones Praelatorum per Capitula &c. & quod appellationes ad Eccleſiam Romanam devolverentur. Et multa alia privillegia Eccleſiae Romanae conceſſerunt*. Datum, *quoad tranſcriptum*, Lugduni IV. Idus Julii, Pontificatus Domini Innocentii Papae IV. Anno III.

Item aliud tranſumtum publicum quinque Literarum Regis Hungariae. Et ſunt plura verba, quae ſcribebat Rex Hungariae Domino Innocentio Papae IV. *ſuper augmentatione Fidei Catholicae; & de pluribus tractatibus, quos habuerat cum Saracenis & infidelibus & aliis perſonis*. Datum, *quoad tranſumtum*, Lugduni III. Calendas Julii, Pontificatus dicti Domini Innocentii, Anno III.

Item quidam Quaternus in pergameno ſcriptus, continens Statuta Regni Hungariae.

Item duae aliae patentes Literae, continentes, quod Dominus Bonifacius Papa VIII. Tertio Idus Junii, Pontificatus ſui Anno IX. *vacante Regno Hun-*

Hungariae, de conſilio fratrum ſuorum Dominorum Cardinalium pronuntiavit & declaravit Mariam & Carolum ejus Nepotem *in dicto Regno Hungariae ſuccedere debere, & Regi Bohemiae perpetuum ſilentium impoſuit.*

Item Inſtrumentum publicum declarationis factae inter partes hic expreſſas per Dominum Bonifacium Papam VIII. *de jure Regni Hungariae, ad quem deberet potiùs pervenire.* Datum Anagniae III. Idus Junii, Pontificatus ſui Anno IX.

Item eſt alia Litera bullâ auro bullata Regis Hungariae, in qua conqueritur de Domino noſtro Papa Johanne bonae memoriae, quia non confirmavit poſtulationem factam de Epiſcopo Colonienſi ad Eccleſiam Strigonienſem. Datum in Inſula Leporum, V. Idus Maji. *Et non eſt alia Data.*

Proceſſus factus per Dominum Gentilem Presbyterum Cardinalem, & *Sedis Apoſtolicae Legatum in partibus Hungariae, contra Magiſtrum Matthaeum Palatinum, qui recuſavit reſtituere Regi Hungariae quaedam bona, quae habebat a dicto Rege, ac fidelitatem facere &c.* Datum Poſonii. *Caret Anno.* Pontificatus Domini Clementis Papae V. Anno VI.

Item alius proceſſus factus per Dominum Gentilem Presbyterum Cardinalem & Sedis Apoſtolicae Legatum in partibus Hungariae, contra occupatores & detentores jurium, redituum, Caſtrorum &c. Domini Caroli Regis Hungariae.

Item proceſſus facti contra Dominum Ladislaum Wayvodam Tranſilvaniae, pro eo quod dictus Ladislaus volebat, quod filia ſua, Chriſtiana nomine, contraheret matrimonium cum filio Regis Serviae ſchiſmatico. Datum Poſonii, Pontificatus Domini Clementis Papae V. Anno V.

A

B

C

D

E

Item alia patens Litera, continens qualiter Dominus Gentilis Presbyter Cardinalis Dominum Carolum in Regem Hungariae coronavit, *praeſentibus Strigonienſi Archiepiſcopo & pluribus aliis Praelatis, in Eccleſia beatae Mariae de Caſtro Budenſi Weſprinenſis dioeceſis.* Anno Domini MCCCIX. Quintodecimo die Junii.

Tranſumtum extractum de mandato Domini Benedicti Papae XII. *de Theſauro Romanae Eccleſiae exiſtente in Conventu Fratrum Minorum in Civitate Aſſiſii, continens tranſcriptum trium Privilegiorum ſeu Literarum per* A. Regem Hungariae, Honorio, & Gregorio, *ac* Johanni *ſummis Pontificibus miſſarum: in quibus effectualiter habetur, videlicet: In prima directa Domino Honorio, debitam reverentiam & obedientiam &c. & qualiter dictus Rex ad exhortationem ſuam &* Domini Johannis *praedeceſſoris ſui, ad Sancti Sepulcri & Terrae Sanctae ſubſidium accedens, quamplurima mala & damna tam in ultramarinis quàm in ſui Regni partibus ſubiit. Quapropter eum reverti oportuit. Sed in reditu, divino fultus conſilio, tranſiens per Armeniam, tractatu praehabito, illuſtris* Rex Leo Armeniae, *ut potentior contra Turcas, & inimicos Fidei exiſteret, filiam ſuam filio dicti Regis Hungariae tradidit in uxorem, totumque Regnum ſuum Armeniae cum ſua corona ac juriſdictione omnimodo eidem filio ſubjugando conceſſit.* Datum in Inſula Bubalorum. *Caret Anno.* Datum, *quo ad tranſumtum,* Aſſiſii, Anno Domini MCCCXXXIX. *Poſt quae etiam ut ſecurum tranſitum haberet, filiam* Comitis Theodori Laſcari *filio ſuo dedit in uxorem. Necnon inter* Azen Bulgariae Imperatorem, *mediante filiâ ſuâ, matrimonium celebravit. Ulterius nuntiavit, qualiter contra Ulcanum I-*

coniae

coniae ſibi ſcripſerat, quod ipſe Rex unam de filiis ſuis vel cognatis vellet ſibi dare in uxorem, repudiato ſuae perfidiae charactere, Chriſtianiſſimam Fidem aſſumeret, atque ſacramentum. Et quia filiam non habebat, unam neptem ſibi copulare vellet, dum tamen eidem Domino Honorio Papae placeret. Super quibus certos Nuntios ad dictum Dominum Papam cum dictis Literis deſtinavit, ſupplicando, ut praemiſſa omnia rata haberet atque confirmaret, ipſoſque recommendatos haberet. Secunda Litera continet, qualiter dictus Rex in ſuo Regno per R. Strigonienſem Archiepiſcopum auctoritate Apoſtolicâ appoſito, & pro aliis negotiis ſuis peragendis apud Sedem Apoſtolicam, eidem Domino Gregorio deſtinavit, Anno Regni ſui XXIX. Tertia Litera Domino Johanni Papae directa continet primo, qualiter ad requiſitionem dicti Regis Hungariae ipſe Dominus Johannes Papa mitteret Archiepiſcopum Strigonienſem Legatum Principi Galit...... & Populo dicti Regis ſubdito, volentibus in unitate & obedientia ſacroſanctae Romanae Eccleſiae perſeverare, eorum ritu retento, ac poſtulantibus Coloniatium filium Regis Hungariae eis in Regem coronari, pro praemiſſis auctoritate Apoſtolica adimplendis. Item qualiter ipſe Rex proponens accedere ad partes Hieroſolymitanas, dimittens Archiepiſcopo Strigonienſi regimen filiorum & Regnorum ſuorum, & quoſdam alios Praelatos & Clericos Regni ſui, quibus valde indigebat, ſecum ducens, poſtulavit, quatenus ſuis neceſſariis compatiendo, praedictos Praelatos haberet excuſatos ab onere veniendi ad ipſum Dominum Papam, eiſque daret licentiam praedicta faciendi. Item imploravit paternitatem dicti Domini Papae, ut omnes conſpiratores & infidelitatis machinatores, qui propter Regni ſui ſciſſuram filium ſuum ipſo vivente nolebant in Regem eorum coronari, per ſententias excommunicationis & alias poenas ad deſiſtendum compelleret. Item qualiter ſuper ſui coronatione de mandato Domini Papae facienda per Archiepiſcopum Strigonienſem foret procedendum ſolùm, & non per alios, poſtulavit remediari, ſicut in coronatione Regum & Reginarum Hungariae, ac ſacramentorum ipſorum praeſtatione, & in confirmationibus Papalibus, ſolitum erat fieri, ut in Regiſtris Eccleſiae Romanae reperiri debebat. Item poſtulavit, quod quum Colocenſis Archiepiſcopus, de quo multum inter ceteros Regni ſui confidebat, dicens ſe peregrinari, quem per multos Praelatos & Nobiles Regni ſui aſſociari fecerat, quamdam ſummam auri & argenti uſque ad ſeptem millia Marcharum filiis ſuis per uxorem ſuam defunctam relictam, ipſo ignorante, abſtuliſſet, quatenus eumdem ad reſtituendum auctoritate Apoſtolica compelleret. Et ſuper quibus latori Literarum adhiberet plenam fidem. Datum tranſumpti Lugduni, Pontificatus Domini Innocentii Papae IV. Anno III. Datum tranſcripti, Domini Benedicti XII. Aſſiſii, Anno Domini MCCCXXXIX. Pontificatus ſui Anno V.

Item quoddam Inſtrumentum publicum quinque ſigillis in pendenti ſigillatum in eo continens quamdam Literam bullatam bullâ Domini Bonifacii Papae VIII. in qua cavetur, quod ipſe Dominus Bonifacius Papa reddendo juſtitiam, diffinivit, ordinavit, pronuntiavit, & declaravit de Fratrum ſuorum conſilio, jus Dominae Mariae Hieruſalem, Siciliae, & Hungariae Reginae, & Caroli Nepotis ſui, Hungariae Regis illuſtris. Et quod in eodem Regno Hungariae jus ſucceſſionis habere dignoſcitur, ſuper contentione & ſcandalo evitando ab olim exortis inter

Regem

Regem Bohemiae & ejus filium ex una parte & ſupradictos Mariam & Nepotem ſuum ex altera. Et fuerunt publicatae in Capitulo Bozneſis Eccleſiae per Dominum Colocenſem Archiepiſcopum. Anno Domini MCCCIII.

„ De Regibus, & Regno Franciae.

E*St primo quaedam patens Litera, duobus magnis ſigillis ſigillata, continens, qualiter* Dominus Ludovicus Comes Ebroicenſis, & Guido Comes Sancti Pauli *conſentiunt ordinationi, quam Dominus noſter Papa faciet ſuper facto* Domini Bonifacii VIII. *omneſque accuſationem, & denuntiationem haereſis contra eum incoeptam* Domino Clementi Papae V. *remittent.* Datum apud Fontem Bliandi, die XIV. Februarii, Anno Domini MCCCX.

Item alia Litera Regis Franciae, directa Domino Johanni Papae XXII. *continens qualiter ipſe conſentit conditionibus, proteſtationibus, & retentionibus factis per eumdem Dominum Johannem, quando ipſum Regem conſtituit Capitaneum generalem in Paſſagio ultramarino faciendo.* Datum apud Montem Argi, Anno Domini MCCCXXXIII.

Item alia Litera ſigillata ſigillo Domini Philippi Regis Franciae, *continens, quod ipſe in petendo generale Concilium congregari tempore* Domini Bonifacii Papae VIII. *& aliis poſt ipſius Domini Bonifacii obitum petitis, zelo Fidei & bonâ mente proceſſit, non typo malitiae, vel rancoris.* Datum Pariſiis die XIV. Aprilis, Anno Domini MCCCXI. *Et eſt alia ſimilis iſti, & ejuſdem Datae, directa Domino Clementi Papae V.*

Item alia patens Litera, magno ſigillo regio ſigillata, continens, qualiter Dominus Rex Franciae promiſit ſe ſervaturum illa, quae Dominus noſter voluit ordinare ſuper facto Domini Bonifacii *de facto Fidei.* Datum Pariſiis Anno Domini MCCCXI. de Menſe Aprili.

Item Litera Domini Guillelmi de Nogareto, *&* Domini G. de Placiano, *continens, quod ipſi remiſerunt omnem denuntiationem & accuſationem incoeptam ſuper crimine haereſis per eos contra* Dominum Bonifacium Papam VIII. Domino Clementi Papae V. *& ejus officio Apoſtolico expediendam.* Datum Avenione die XXVII. Menſis Aprilis Anno Domini MCCCXI.

Litera ſigillata ſigillo Philippi Regis Franciae, *in qua ſunt inſertae de verbo ad verbum quaedam Literae* Domini Clementis Papae V. *ſuper facto diſcordiae ortae inter* Dominum Bonifacium VIII. *& ipſum Regem Franciae. In quibus Literis Apoſtolicis ipſe Rex & Regnum ſuum declarantur innocentes de captione dicti Domini Bonifacii, & aliis tunc proceſſis. Et quod ceſſarent ab accuſando, ſeu proſequendo incoepta contra ipſum Dominum Bonifacium. Quae idem Dominus Clemens ſibi reſervavit expedienda ſi & prout eidem videbitur ex ſuo officio expedire. Ad quae omnia in ipſis Literis Apoſtolicis hîc inſertis expreſſa idem Rex conſenſit & praeſtitit ſuum aſſenſum. Et ſunt duae Literae Regis Franciae ejuſdem tenoris.* Datum in Abbatia Regali Beatae Mariae juxta Pontiſſam, IV. die Junii, Anno Domini MCCCXI.

Tractatus concordatus per Dominum Bonifacium Papam VIII. *ſuper diſcordia vertente inter Reges Franciae & Angliae.* Datum in Abbatia Regali Beatae Mariae juxta Pontiſſam. die IV...... Anno Domini MCCXCIX.

Tranſumtum publicum quarumdam commiſſionum Apoſtolicarum & Regiarum

rum

rum factarum ſuper habendis navibus ſeu Galeis armatis, mittendis ad partes Orientales, & receptiones pecuniarum & ſolutiones, & aliorum inde ſequutorum. Datum Avenione die XXIV. Menſis Septembris, Anno Domini MCCCXX. Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno V.

Tranſumtum ſuper fabricatione decem Galearum expenſis & computo earum factarum pro Eccleſia Romana & Rege Franciae. Datum Anno Domini MCCCXIX. die V. Septembris, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno IV.

Inſtrumentum publicum miſſum per Priorem Capuae Capitaneum, de receſſu Galearum Eccleſiae Romanae & inſpectione, qualiter fuit armata una ex ipſis, videlicet Raymundi Marqueſini. Datum Niciae die X. Septembris, Anno MCCCXLVI.

Item alia Litera, continens qualiter Dominus Nicolaus Papa IV. *pro negotio Aragoniae proſequendo conceſſit Regi Franciae in Regno Franciae, & in Lugdunenſi, Viennenſi, Biſuntinenſi, Tarantaſinenſi, Ebredunenſi, Leodienſi, Metenſi, Virdunenſi, & Tullenſi provinciis ad triennium Decimas.* Datum Reate, VII. Calendas Octobris, Pontificatus ſui Anno I.

Eſt etiam alia Litera Domini Bonifacii Papae VIII. *continens, quod ipſe venerabiles viros* Dominos B. Albanenſem, & P. Peneſtrinum Epiſcopos, *ad tractandum pacem inter* Philippum Franciae & Eduardum Angliae Reges *deſtinavit, treugaſque inter eos &* Adolphum Regem Romanorum, *dicti Regis Angliae adjutorem ad biennium indixit.* Datum Romae apud Sanctum Petrum, Idibus Aprilis, Pontificatus ſui Anno II.

Item alia ſimilis Litera praecedenti ſuper treugis initis inter Reges Franciae & Angliae. Datum, *ut ſupra in proxima*, Idibus Aprilis.

Item alia Litera, continens, qualiter Dominus Bonifacius Papa VIII. *inter* Eduardum filium Eduardi Angliae, & Iſabellam filiam Philippi Franciae Regum, *in tertio & quarto gradu conſanguinitatis attinentes, ſe ad invicem matrimonio copulari volentes, diſpenſavit.* Datum Romae apud Sanctum Petrum, Calendis Julii, Pontificatus ſui Anno IV.

Item alia Litera ad perpetuam rei memoriam, continens, qualiter Dominus Bonifacius Papa VIII. *ſcripſit Regi Franciae, ut Clero non habeat aliquam imponere ſervitutem, niſi hoc de voluntate dicti Cleri proceſſerit.* Datum Romae VII. Idus Februarii, Pontificatus ſui Anno III.

Item alia Litera, continens declarationem de primo anno Beneficiorum vacantium Regi, factam per Dominum Bonifacium Papam VIII. *conceſſorum.* Datum Laterani, V. Calendas Februarii, Pontificatus ſui Anno V.

Item alia Litera, continens diſpenſationem inter unum de filiis Philippi Regis Franciae & Johannam filiam Ottonis Comitis Burgundiae & Mathildis ejus uxoris. Datum Anagniae, III. Calendas Julii, Pontificatus Domini Bonifacii Papae VIII. Anno Primo.

Item eſt etiam quaedam Litera, ad perpetuam rei memoriam, continens, qualiter Dominus Johannes XXII. *diviſit Epiſcopatum Tholoſanum.* Datum Avenione, III. Idus Julii, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item alia Litera ejuſdem Domini Johannis, *continens, quod propter novas erectiones ſeu diviſiones Epiſcopatuum, impetrantibus gratiam vel juſtitiam a Sede Apoſtolica, nullum praejudicium generetur.* Pontificatus ſui Anno II.

Item alia Litera ejuſdem Domini Johannis Papae XXII. *bullata, ad perpetuam rei memoriam, ſuper limitatione Tholoſani, Lobarienſis, Rivenſis, Sancti Papuli, Apamiarum, & Montisalbani Dioeceſium factâ, dictae Tholoſanae Eccleſiae decem millia, & cuilibet aliarum Eccleſiarum Cathedralium quinque millia Librarum Turonenſium parvorum reditus aſſignando. Et ſpecialiter reditus & loca, ad dictam Eccleſiam Rivenſem ſpectantia, diſtinguendo enumerat.* Datum Avenione VIII. Calendas Martii, Pontificatus ſui Anno II.

Item alia Litera Domini Johannis Papae XXII. *ad futuram rei memoriam, bullata, continens, quod Archidiaconi & aliae Dignitates habentes, poſſint in diviſis Dioeceſibus, ut prius, viſitare, & bona ſeu reditus in eiſdem recipere.* Datum Avenione V. Calendas Octobris, Pontificatus ſui Anno V.

Item alia Litera dicti Domini Johannis Papae XXII. *bullata, ad futuram rei memoriam, continens in effectu, quod, licèt votum per ſacri ſuſceptionem Ordinis ſolemnizatum impediat matrimonium contrahendum, vel dirimat poſt contractum, tamen ad antea contractum, etiam carnali copulâ non ſecutâ, dirimendum eſt invalidum. Inhibens, ne quis durante matrimonio ad ſacros promoveatur Ordines: in contrarium facientes certas poenas ſtatuendo.* Datum Avenione, Calendis Decembris, Pontificatus ſui Anno VII.

Item alia Litera ejuſdem Domini Johannis Papae XXII. *ad futuram rei memoriam, bullata, continens declarationem fructuum Beneficiorum vacantium Camerae Domini Papae reſervatorum, pertinentiumque: ſpecialiter Praebendas diſtinctas & non diſtinctas, ac diſtributiones quotidianas Eccleſiarum Cathedralium, concernentes.* Datum Avenione, Nonis Januarii, Pontificatus ſui Anno III.

Item alia Litera conſtitutionis Domini Johannis Papae XXII. *ad perpetuam rei memoriam, bullata, quae incipit:* Ad Conditorem &c. *continens declarationem ſuper Regula Fratrum Minorum, utrum poſſint aliquid habere in proprio, aut in communi.* Datum Avenione, IV. Idus Decembris, Pontificatus ſui Anno VII.

Item alia Litera ejuſdem Domini Johannis Papae XXII. *ad perpetuam rei memoriam, bullata, in qua declarantur haeretici illi, qui dicunt, quod Jeſus Chriſtus & Apoſtoli ejus in iis, quae habuerunt, non habuerunt niſi ſolum uſum facti: & illi, qui contra Conſtitutionem* Quum inter &c. *& contra Conſtitutionem* Ad Conditorem &c. *aliquid ordinant, ſeu obſervant.* Datum Avenione IV. Idus Novembris, Pontificatus ſui Anno IX.

Item alia Litera bullâ ejuſdem Domini Johannis Papae XXII. *bullata, contra illos, qui falſam monetam cudunt, vel bonam depravant in Regno Franciae.* Datum Avenione IV. Idus Martii, Pontificatus ſui Anno XII.

Eſt alia Litera Domini Johannis *pro monito* Philippi Regis Franciae *confirmantis ea, quae ſuper facto Paſſagii generalis Terrae Sanctae promiſſa fuerunt per Philippum patrem ſuum.* Datum Aureliani, XXII. die Menſis Martii, Anno Domini MCCCXXXII.

Item eſt alia Litera ejuſdem tenoris & Datae.

Item eſt alia Litera continens procuratorium Philippi Regis Franciae *ad ſupplicandum* Domino Johanni Papae XXII. *quod indicat Paſſagium generale Terrae Sanctae, cujus ipſe Rex ſit caput. Et ad jurandum & obligandum ipſum Regem ad hoc cum certis poenis*

poenis & conditionibus hìc expreſſatis. Datum Aureliani, XX. die Menſis Martii, Anno Domini MCCCXXXII.

Item alia Litera Philippi Regis Franciae *directa* Domino Johanni Papae XXII. *in qua idem Rex conſtituit certos Procuratores ad ſupplicandum, quod fiat Paſſagium generale contra Saracenos. Ad quos Rex perſonaliter accedet. Et ita poſſint jurare pro eo ſub certis formis & conditionibus in ipſa Litera expreſſatis.* Datum Aureliani, *ut ſupra in proximo.*

Eſt quaedam Caxetta modica, in qua ſunt quindecim Literae, ſigillo Regis Franciae ſigillatae, in quibus mandabat Dominus Carolus Rex Franciae omnibus Seneſcallis Regni Franciae praedicti, ut permitterent exigere & levare per gentes & collectores Domini noſtri Papae unum ſubſidium, quod idem Dominus Papa impoſuerat in dicto Regno, ſolvendum per Clerum dicti Regni pro defenſione Fidei Catholicae.

„ Comitatus Veneſini, & Civitatis „ Avenionenſis.

P*Rimo quidem Liber in pergameno ſcriptus manu plurium Notariorum ſubſcriptus ac ſignatus, continens in effectu, qualiter Dominus Raymundus de Ruvereto Seneſcallus Bellicadri & Nemauſi de mandato* Domini Philippi Regis Franciae *ad requeſtam felicis recordationis* Domini Gregorii Papae X. *ſibi factam, Dominis Bernardo Electo Arelatenſi, & Guillermo de Sancto Laurentio, dicti Domini Papae Camerario, nomine ejuſdem Domini Papae & Eccleſiae Romanae recipientibus, Caſtrum Pontis Sorgiae, aliaque Caſtra, Civitates, Villas, & loca Comitatus Veneſſini, cum ſuis pertinentiis, quae per dictum Dominum Regem antea occupata detinebantur, reſtituit libere & aſſignavit. Relaxando Nobilibus & aliis habitatoribus dicti Comitatus homagia & fidelitatis ſacramenta, quae dicto Domino Regi praeſtiterant. Mandans eiſdem, quatenus Electo & Camerario praedictis obedientiam, homagia, & fidelitatis ſacramenta nomine dicti Domini Papae, & Romanae Eccleſiae praeſtarent. Poſt quae dicti Nobiles & habitatores dicti Comitatus ſingulariter & nominatim cujuslibet loci Electo & Camerario ſupradictis, nomine, quo ſupra, recipientibus, homagia & fidelitatis ſacramenta praeſtiterunt, prout in Inſtrumentis recognitionum & Literis in dicto Libro contentis plenius continetur.* Actum in Eccleſia Sancti Salvatoris Caſtri Pontis de Sorga, Avenionenſis Dioeceſis, Anno Domini MCCLXXIV. Sexto Calendas Februarii, Pontificatus Domini Gregorii Papae X. Anno II.

Item ſunt ſeptem Inſtrumenta publica, certis Notariis ſignata, effectualiter continentia, qualiter Dominus Arnaldus Sotolli Canonicus Carpentoracſenſis, de mandato & ex commiſſione per Dominos Bernardum Electum Arelatenſem, & Guillermum de Sancto Laurentio Camerarium Domini Gregorii Papae, *receptâ per eos poſſeſſione Comitatus Veneſſini ſibi factâ, Caſtellanos Civitatis Vaſionenſis, Caſtrorum de Murmurone, de Sergeto, Malauſana, & aliorum locorum in ipſis nominatorum depoſuit, & dictas Caſtellanias certis Fratribus Sancti Johannis Hieroſolymitani, nomine dicti Domini Papae gubernandas commiſit.* Actum Anno Domini MCCLXXIII. *diebus diverſis, &* Menſe Februario.

Item aliud Inſtrumentum venditionis Caſtri de Menerba, Comitatus Veneſſini, factae nobili viro Milſondo filio quondam Milſondi Militis Avenionen-

 ſis,

ſis, qui poſtea dictum Caſtrum recognovit, ſe tenere a Comite Tholoſano, ratione dicti Comitatus Veneſſini. Et modò tenetur ab Eccleſia Romana, quae ſucceſſit dicto Comiti Tholoſano. Actum Anno Domini MCCLXVII. die Veneris poſt Pentecoſtem.

Item tranſumtum teſtamenti Milſondi Militis Avenionenſis quondam, de mandato Judicis Comitatus Veneſſini extractum, de ratione Caſtri de Biturrita, ſeu Menerba, ſigillatum ſigillo plumbeo dicti Comitatus Veneſſini. Item Codicilli dicti Militis, ſigillo plumbeo ſigillati. Datum Anno Domini MCCLXXXII. Septimo Calendas Julii.

Item quaedam Informatio facta auctoritate Apoſtolicâ, & ſigillata per Dominos Epiſcopos Cavallicenſem & Carpentoractenſem, ac Priorem Sancti Aegidii, Rectorem Comitatus Veneſſini, ſuper ingreſſu & juribus primis, quae habuit ſancta Romana Eccleſia in dicto Comitatu Veneſſini. Datum apud Paternas, Anno Domini MCCLXXIV. Quinto Idus Novembris.

Item quaedam Acta tabellionata cujuſdam cauſſae, vertentis inter Archiepiſcopum Arelatenſem ex una parte, & Eccleſiam Romanam ex altera, ſuper Caſtro de Monarcio Comitatus Veneſſini. Datum Anno Domini MCCLXXIV. die II. Menſis Auguſti.

*Item Inſtrumentum ſigillatum ſigillo plumbeo Comitatus Veneſſini, continens qualiter Domina Rondana Domina Montis Albani, religioſo viro * Frati Guillermo de Villareto, Priori Domus Sancti Aegidii, Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani, Rectori Comitatus Veneſſini, pro Eccleſia Romana recipienti, quidquid habebat in Caſtro Valriaci, exceptâ quadrageſimâ parte, quam tenebat ab Epiſcopo Tricaſtrino, & in Caſtris de Rocca Acuta, & de Novaiſſano, & de Podio Guigone, & dominium de Petralata, & Sancti Pancralii, & eorum territoriis, ſe tenere a dicta ſancta Romana Eccleſia recognovit, homagium ligium & fidelitatis juramentum praeſtitit.* Datum MCCLXXVII. Sextodecimo Calendas Auguſti.

Item aliud Inſtrumentum, qualiter Dominus Guirandus Amici Dominus Caſtri-Novi Cavallicenſis Dioeceſis recognovit tenere ab Abbate Monaſterii Sancti Guillermi de Deſertis in feudum dictum Caſtrum. Datum Anno Domini MCCXCI. Quintodecimo Calendas Julii.

Item Inſtrumentum bullâ plumbeâ communitum, continens homagium factum per Dominum Guirandum Ademari de Montilio Dominum Montilii, & juramentum fidelitatis Domino Petro de la Mota, Militi Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani, Locumtenenti Domini Prioris Sancti Aegidii, videlicet de dominio & majori juriſdictione, quae habebat in Caſtris de Opegne, de Blacos, de Rupe Sancti Segreti, & de Alauſono, Dioeceſis Dienſis, Hoſpitalis praedicti. Datum Anno Domini MCCXCIV. Duodecimo die Menſis Septembris.

Item aliud Inſtrumentum recognitionis factae Dominae Abbatiſſae Monaſterii Sancti Caeſarii Arelatenſis, per Dominum Bertrandum de Baucio Dominum dicti loci, & Comitem Avellini, de Caſtris de Mirabello, de Invinſobre, de Monps, & eorum territoriis, dioeceſis Vaſionenſis. Et in dicto Inſtrumento continetur, quod dicta Domina Abbatiſſa & Conventus dicti Monaſterii dicto Comiti vendiderunt dominium dictorum Caſtrorum pretio trium millium ducentarum Librarum Turonenſium, ſub certis conditionibus hic contentis. Datum Anno Domini MCCXCVI. Vigeſima octava die Menſis Januarii.

Item

Item Inſtrumentum acquiſitionis & emtionis Caſtrorum de Rodoyno, de Auriolo, & de Interaquis, Carpentoractenſis & Avenionenſis dioeceſis, per Rectorem Comitatus Veneſſini, nomine Romanae Eccleſiae factae a Domino Bertrando de Baucio & Comite Avellini; pretio ſeptem millium Librarum Turonenſium. Datum Anno Domini MCC XCVIII.

Item Inſtrumentum bullâ Comitatus Veneſſini communitum, continens compromiſſum factum inter Avenionenſem Eccleſiam, & Communitatem hominum Caſtri ſeu Villae de Biturrita ex parte una, & majorem Curiam Veneſſini, ac Univerſitatem hominum Pontis Sorgiae ex altera, ſuper tenimentis nemoris communis, Plebs *vulgariter appellati, ac Foſſetae & Romatae, utraque parte aſſerente, tenimenta hujuſmodi ad ſe ſpectare in ſolidum: dictae partes pro bono pacis & concordiae* Dominum Guillermum Archiepiſcopum Ebredunenſem *in arbitrum, arbitratorem &c. elegerunt. Qui auditis rationibus dictarum partium ſententiavit, prout in compromiſſo praeſenti continetur. Et cui ſententiae dictae partes conſenſerunt. Et dedit dictus Dominus Arbiter Magiſtro Guillermo Ebrardi Praeceptori Dignenſi poteſtatem, territoria & fines limitandi & terminandi, prout in dicta ſententia per dictum Dominum arbitrum lata continetur.* Datum in loco de Paternis Anno Domini MCCCV. die XXII. Junii.

Item Inſtrumentum publicum Regis Siciliae bullatum, continens qualiter Jordanus & Bertrandus de Sancto Andrea fratres medietatem duodecimae partis pro indiviſo dominii & juriſdictionis, quam habebant in Caſtris de Gingovant & Pontis Sorgiae, eorumque pertinentiarum Domino Bertrando Malveſini Militi Avenionenſi, pretio quinquaginta Librarum Reforciatorum vendiderunt. Item qualiter Dominus Avenionenſis Epiſcopus, a quo in feudum ſub cenſu annuo Sex Denariorum, illa pars tenebatur, praedicto Militi dictam venditionem laudavit; & juramentum fidelitatis eidem Domino Epiſcopo praeſtitit. Datum Avenione Anno Domini MCCCVI. Tertio Idus Maji. *Facit pro Eccleſia Romana propter locum de Ponte Sorgiae, qui eſt de ratione Eccleſiae.*

Item Inſtrumentum aliud pronunciationis factae per Dominum Petrum de Columna Cardinalem ſanctae Romanae Eccleſiae, *de quaeſtionibus vertentibus inter Dominos Dalphinum Viennenſem, & Guigonem ejus fratrem, ac Dominum Montis Albani ex parte una, & Dominam Aſalaciam de Lambiſco Abbatiſſam Sancti Caeſarii Arelatenſis ex altera, ſuper Feudo & dominio Caſtrorum Umſobrii & Mirabelli & de Nuyonis, Vaſionenſis Dioeceſis, cum pertinentiis ſuis. Et fuit pronuntiatum per dictum Dominum Cardinalem, quod dicti Domini Dalphinus & Guigo ejus frater, & ſui Succeſſores, quolibet anno dictae Abbatiſſae & dicto Monaſterio ſuo ſolvant unam Marcham, & unam Unciam argenti operati; cum pluribus aliis in dicta pronunciatione contentis, pronuntiatis, & declaratis.* Datum Avenione, Anno MCCCIX. die XVI. Menſis Julii.

Item tranſumtum Inſtrumenti venditionis Caſtri de Montilbiis Comitatus Veneyſſini, quod fuit venditum per Baralium & Agotum de Baus fratres Domino Bertrando Dou Got, Vicecomiti Leomavinae & Altiſvillarum. Datum Anno Domini MCCCXIII. die VIII. Menſis Maji. *Et ſunt ſuper dicto facto tria Inſtrumenta, praeſenti Inſtrumento ligata.*

Item

Item Inſtrumentum publicum, continens, qualiter Dominus Johannes Dalphinus Viennenſis nomine ſuo proprio, & nomine Domini Guidonis Dalphini, Domini Baroniae Montis Albani vendidit Domino Johanni Papae XXII. *tunc recipienti nomine ſuo & Sedis Apoſtolicae ac Romanae Eccleſiae, omnem honorem, merum & mixtum imperium, omnemque juriſdictionem, quae habebant & habere poterant in Caſtro Valriaci, Vaſionenſis Dioeceſis, cum terris, dominio, & ſennoria, mandamento, diſtrictu, domibus, fortaliciis &c. pretio ſexdecim millium Librarum Turonenſium parvorum. Quod pretium dictus Dominus Johannes Dalphinus nomine ſuo & dicti Domini Guidonis confeſſus fuit, ſe a dicto Domino Papa habuiſſe per manus Theſaurarii ſui, praeſentibus Dominis Cardinalibus. Et praemiſſa fuerunt per dictos Dominos Johannem & Guidonem ratificata &c. Et poſtmodum dictus Dominus Papa ſuos certos Procuratores conſtituit ad recipiendum poſſeſſionem dicti Caſtri, juriumque & pertinentium ipſius.* Datum Avenione Anno Domini MCCCXVII. die XXX. Menſis Auguſti.

Item Inſtrumentum, qualiter venerabiles & religioſi viri Fratres Petrus de Ungula Cancellarius Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani, Prior de Sancto Aegidio, ac Frater Leonardus de Tibertis, ejuſdem Hoſpitalis Prior, & Prior Prioratus de Venetiis, Viſitator Franciae, & plures alii religioſi dicti Ordinis, volentes agnoſcere gratuitate debitâ, quantâ Romana Eccleſia benignitate eos foverat, & praeſertim felicis recordationis Clemens Papa V. *in donationibus & conceſſionibus ois factis de bonis Templariorum, & attentis pluribus aliis gratiis eiſdem per ſanctam Romanam Eccleſiam factis & impenſis, eidem Domino Papae &*

A *ſanctae Romanae Eccleſiae, ac Dominis Cardinalibus, gratis & ſponte dederunt dicti Fratres primo Caſtrum Cayranae, Vaſionenſis dioeceſis, cum fortalitio & Eccleſia ipſius Caſtri. Item Caſtrum & fortalitium de Boyſſone prope Valriacum. Item Caſtrum & fortalitium de Boyſſone Vaſionenſis dioeceſis. Item duodecimam partem Caſtri Valria-*

B *ci, & totam aliam partem Caſtri Valriaci, & totam aliam partem, quam dictum Hoſpitale habebat in dicto Caſtro de Valriaco, cum Furno &c. Item domum de Richarenſi, cum pluribus aliis domibus, terris, poſſeſſionibus, & aliis juribus, ut in praeſenti Inſtrumento, ſignato per Magiſtrum Johannem de Regio, Camerae Apoſtolicae Cleri-*

C *cum, continetur.* Datum Anno Domini MCCCXVII. die XXI. Menſis Junii, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno Primo.

Item Inſtrumentum, qualiter Domina Abbatiſſa & Conventus Monaſterii Sancti Caeſarii Arelatenſis in ſuo Capitulo, ad ſonum campanae coadunato, fecerunt procuratores ſuos Dominum Guil-

D *lermum Amedonis cum pluribus aliis ad transferendum & donandum totaliter Domino noſtro Papae & Eccleſiae Romanae perpetuò omnia jura, quae habebant, & habere poterant quovis modo in Caſtris & territoriis de Nioniis, de Mirabello, ac de Umſobrio, &c.* Datum Anno Domini MCCCXVII. die IV. Menſis Septembris.

E *Item unum Inſtrumentum publicum bullatum Comitatus Veneſſini, continens emtionem poſſeſſionum Villae Pontiſſorgiae, ſuper ampliatione Palatii Apoſtolici, ibidem faciendi, tempore* Domini Johannis Papae XXII. *factarum.* Datum Anno Domini MCCCXVII. die XI. Menſis Decembris.

Item aliud Inſtrumentum quarumdam aliarum poſſeſſionum Villae Pontiſſorgiae,

nomine

nomine Domini noſtri Papae, pro ampliatione & aedificatione Palatii dicti loci, de tempore Domini Johannis Papae XXII. *factarum.* Datum Anno Domini MCCCXVIII. die XVI. Auguſti.

Item aliud Inſtrumentum, continens, qualiter Fratres Elionus de Villa Nova Magiſter Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani, & Mauritius Praeceptor Inſularum Cypri & Armeniae, cum pluribus aliis Prioribus & Fratribus dicti Ordinis, praeſentibus, volentibus, & conſentientibus pro ſe & eorum ſucceſſoribus Conventuum ultramarinorum, donationem & translationem Caſtrorum, Villarum, jurium, & bonorum omnium, quae olim in Comitatu Veneſſino dicti Conventus & Hoſpitale habebant, per Fratres Petrum de Ungula Cancellarium & Priorem Sancti Aegidii, & Leonardum de Tibertis tunc Viſitatorem Regni Franciae, dicto Domino Johanni Papae XXII. *& Eccleſiae Romanae factam ratificaverunt & confirmaverunt, promiſeruntque ſtipulatione ſolemni, ac juraverunt pro ſe & ſucceſſoribus ſuis, Conventus & Hoſpitalis praedictorum, ſub obligatione omnium bonorum ſuorum, dictam donationem tenere, & numquam contra facere vel venire.* Datum Anno Domini MCCCXIX. die VIII. Auguſti, Pontificatus dicti Domini Johannis Papae XXII. Anno III.

Item aliud Inſtrumentum, qualiter religioſi Frater Elionus de Villa Nova Magiſter domus Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani, de conſenſu religioſorum virorum Fratrum Petri de Ungula Prioris Tholoſae, Leonardi de Tibertis, & plurium aliorum in ſuo Capitulo generali ad ſonum campanae in Arelate congregato, deliberatione praehabitâ, donationes & traditiones, per ipſos diu factas dicto Domino noſtro

A *Papae & Eccleſiae Romanae, & Dominis Cardinalibus, de Caſtris Cayranae, Vaſionenſis dioeceſis, cum fortalitio & Eccleſia ipſius Caſtri Montisacuti prope Valriacum, de Boyſſone, duodecimae partis Caſtri Valriaci, & aliis domibus & fortalitiis in Comitatu Veneſſino, ut in publico Inſtrumento continetur, ſignato & ſubſcripto manu Jacobi Audeberti de*

B *Albavea, ratificaverunt & approbarunt &c.* Datum Anno MCCCXX. die XXV. Menſis Novembris, Pontificatus dicti Domini Johannis Papae XXII. Anno IV.

Item aliud Inſtrumentum recognitionis factae per nobilem Agotum de Baucio Militem Domino noſtro Papae & Eccleſiae Romanae, de Caſtris de Brantolis, Sabolhani, Sancti Langerii de

C *Alanco, cum eorum mero & mixto imperio, & omnimoda juriſdictione ac tenimentis tam in Dioeceſi Vapinicenſi, quàm in quibuſdam aliis. Pro quibus homagium ligium & fidelitatis juramentum dicto Domino noſtro Papae, Eccleſiaeque Romanae, ſeu Rectori Comitatus Veneſſini, ejus nomine praeſtitit.* Da-

D tum Avenione Anno Domini MCCCXX. die XXVI. Menſis Julii, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno IV.

Item Inſtrumentum publicum, continens, qualiter ſpectabiles viri Dominus Guigo Dalphinus Viennenſis, & Humbertus Dalphini, fratres, filii & heredes Domini Johannis Dalphini Vien-

E *nae, una cum Domino Henrico Dalphini Electo Metenſi, eorum tutore, Caſtra de Nienis, de Mirabello, & majus dominium Caſtri de Umzobrio Vaſionenſis dioeceſis cum eorum territoriis, juribus, juriſdictionibus, & tenimentis, a* Domino Johanne Papa XXII. *pro ſe & Eccleſia Romana recipiente, ſub annuo Cenſu unius Marchae & unius Unciae argenti operati, in feſto Nata-*

lis

lis Domini perſolvendo, ſe tenere recognoverunt. Pro quibus in manibus dicti Domini Papae homagium fecerunt, & juramentum fidelitatis praeſtiterunt. Datum Avenione Anno Domini MCCCXXI. die IX. Julii, Pontificatus dicti Domini Papae, Anno V.

Item eſt ſimilis recognitio facta tempore Domini Benedicti Papae XII. Anno III.

Item ſimilis recognitio facta tempore Domini Clementis Papae VI. Anno I. *Item alia facta Anno II. dicti Domini Clementis.*

Item aliud Inſtrumentum, ſeu Litera donationis Eccleſiae Pontiſſorgiae, per Abbatem & Conventum Monaſterii Cluniacenſis Eccleſiae Romanae factae. Datum Cluniaci Anno MCCCXXII. Septimo Calendas Junii.

Item Inſtrumentum, continens qualiter Dominus Reverendus Guillermus de Bidos, Miles ſubmiſit ſe voluntati & ordinationi Domini Johannis Papae XXII. *ſuper quadam diſcordia vertenti inter Ludovicum de Petragroſſa Procuratorem Fiſcalem, & dictum Militem, ſuper certis reditibus Comitatus Veneſſini.* Datum Anno Domini MCCCXXIII. die V. Menſis Martii, Pontificatus dicti Domini Clementis Papae Anno VII.

Item Inſtrumentum bullâ plumbeâ Comitatus Veneiſſini bullatum, continens, qualiter Domini Petrus Pelleti, Dominus de Aleſto, & Guillermus Epiſcopus Auraicae, *ſuper quaeſtione tunc inter Dominum Barralium de Baucio Principem de Auraice ex una parte, & Fratrem Guillermum Priorem Domus Hoſpitalis Sancti Johannis Hieroſolymitani ex altera, occaſione dominii Caſtri de Araſano, vertente per praedictas partes, arbitratores electi dictum Caſtrum ad praefatum Principem, non ad dictum Priorem, pertinere pronun-*

A *tiaverunt.* Datum Anno Domini MCC LXXXIX. Quinto Calendas Auguſti.

Item qualiter Magiſter Petrus Berardi Notarius Valriaci, de mandato Domini Arnaldi de Tiay Mareſcalli tunc Domini Papae, & Rectoris Comitatus Veneſſini de not..... Magiſtri Oliverii de Monte Mauro Notarii quondam Valriaci unum Inſtrumentum ad Curiam Ve-
B *neſſinam pertinens groſſavit.* Datum Anno Domini MCCCXXIV. die XXX. Menſis Novembris.

Item Inſtrumentum, continens venditionem majoris dominii Caſtri Sancti Saturnini Comitatus Veneſſini cum ſuis reditibus per Dominum G. Amici, Militem. Dominum Ruppefortis, Domino Papae Johanni XXII. *& Eccleſiae Ro-*
C *manae factam. Et eſt aliud Inſtrumentum ejuſdem tenoris corraſum & perforatum.* Datum Avenione Anno Domini MCCCXXV. die XX. Menſis Septembris.

Item Inſtrumentum, continens venditionem, qua Bertrandus Egeſerii de Guarda, filius & heres Gaufredi Egueresii Civis Avenionenſis vendidit Ber-
D *nardo de Borda Oſtiario Domini noſtri Papae quoddam Hoſpitium ſuum cum locali ſibi contiguo, ſitum extra ambarria Civitatis Avenionenſis in Via Groſſa, per quam itur de Portali Infirmariarum ad Rhodanum, quod confinatur ex una parte cum Hoſpitio Magiſtri Bertrandi Richardi &c. pretio quadraginta decem Librarum, & cum annuo*
E *Cenſu novem Denariorum Malgorienſium. Quod Hoſpitale eſt deputatum pro foenaria, ſeu palaefrenaria Domini noſtri Papae.* Datum Avenione Anno Domini MCCCXXVII. die XVI. Menſis Julii.

Item Inſtrumentum, continens acquiſitionem tertiae partis partium Caſtri de Montilhio Ademari, factam per Dominum Benedictum Papam XII. *nomine*

mine Romanae Eccleſiae a Domino Guil- A
lermo Ademarii Milite, Cumdomino di-
cti loci pro dictis tribus partibus. Da-
tum Anno Domini MCCCXL. die
VI. Menſis Octobris.

Item aliud Inſtrumentum ejuſdem fa-
cti, continens acquiſitionem factam tem-
pore Domini Benedicti Papae XII. *de*
tertia parte trium partium Caſtri de
Montilhio Ademari, per Dominum Guil- B
lermum Militem eidem Domino Benedi-
cto & Eccleſiae Romanae venditarum.
Datum Avenione Anno Domini M-
CCCXLI. die XIX. Menſis Januarii.

Item Inſtrumentum, continens, qua-
liter Epiſcopus Valentinenſis, a quo di-
ctum Caſtrum de Montilhio Ademari te-
nebatur in feudum, conſentit in ven-
ditione praedicta. Datum Anno Do- C
mini MCCCXL. die VI. Octobris.

Item Inſtrumentum publicum ſigilla-
tum in pendenti ſigillo Domini H. *Dal-*
phini Viennenſis, continens, quod idem
Dominus Dalphinus pro ſexdecim mil-
libus ducentis Florenis auri de Floren-
tia, in quibus Camerae Apoſtolicae te-
nebatur, pro quibus excommunicatus e-
rat, ac etiam pro ſalute animae ſuae D
conceſſit & donavit Domino Benedi-
cto Papae XII. *Caſtrum cum ſuo man-*
damento & territorio Mirabelli Vaſio-
nenſis dioeceſis. Et in caſu, quo idem
Dominus Benedictus Papa nollet prae-
dicta acceptare ex cauſſis ſupradictis,
conceſſit & donavit eidem Domino Be-
nedicto & ſanctae Romanae Eccleſiae Ca-
ſtrum cum ſuo mandamento & territo- E
rio Aviſani Tricaſtinenſis dioeceſis. Da-
tum in Hoſpitio dicti Domini Dalphi-
ni de Bayliva Lugdunenſis dioeceſis.
Anno Domini MCCCXLI. die XXIII.
Menſis Auguſti.

Item Inſtrumentum publicum manu
quatuor Clericorum Camerae Apoſtolicae
Notariorum Apoſtolicorum, ſubſcriptum
& ſignatum, continens tranſactionem &
quittationem inter Dominum Johannem
Comitem Armaniaci ex una parte, &
felicis recordationis Dominum Clemen-
tem Papam VI. *ſeu ejus Procuratorem*
Fiſcalem ex altera, de & ſuper jure,
quod dictus Comes praetendebat, ſe ha-
bere in Caſtro de Montilhiis Carpento-
ractenſis dioeceſis. Pro quibus tranſa-
ctione & ratione pretii totius juris,
quod in dicto Caſtro habebat, & habe-
re poterat dictus Comes, a dicto Do-
mino Papa nomine Eccleſiae Romanae
recepit quatuordecim millia Florenorum
auri de Florentia. Datum apud Vil-
lam Novam Avenionenſis dioeceſis
Anno Domini MCCCXLII. die ul-
tima Menſis Auguſti, Pontificatus di-
cti Domini Papae Clementis VI. An-
no Primo.

Item Inſtrumentum publicum, conti-
nens piagium factum auctoritate Do-
mini Clementis Papae VI. *de Caſtro*
de Romanis inter Archiepiſcopum Vien-
nenſem & Eccleſiam Collegiatam Sancti
Bernardi de Romanis, & Dalphinum
Viennenſem. Item donationem, quam
idem Dalphinus fecit occaſione praemiſ-
ſa ſanctae Romanae Eccleſiae de Caſtro
de Aviſano, pro quo habuit a Camera
Apoſtolica duodecim millia Florenorum
auri. Datum in Villanova prope A-
venionem Anno Domini MCCCXLIV.
die ultima Menſis Julii.

Item Litera, ad perpetuam rei me-
moriam bullata, continens, qualiter Do-
minus Johannes Papa XXII. *conceſſit,*
ut in Comitatu Veneſſino & aliis Ter-
ris Eccleſiae remaneant & permittan-
tur bona quibuſcumque Judaeis, conver-
tentibus ſe ad Fidem, quae antea ha-
bebant. Datum . . . .

Item una Litera, ad perpetuam rei
memoriam bullata, continens, qualiter
Dominus Johannes Papa XXII. *ap-*
probavit & confirmavit donationem fa-
ctam Eccleſiae Romanae per Dominum

Abbatem & Conventum Cluniacenſem Matiſconenſis Dioeceſis de Parochiali Eccleſia Pontiſſorgiae prope Avenionem, cum ſuis juribus &c. Datum.........

Item una Litera, ad perpetuam rei memoriam bullata, continens. qualiter Dominus Johannes Papa XXII. *conſentientibus Abbate & Conventu Monaſterii Sancti Guillermi de Deſertis, Ordinis Sancti Benedicti Lodonenſis Dioeceſis, univit & annexavit Romanae Eccleſiae Caſtrum Novum Cavallicenſis dioeceſis, quod a dicto Abbate in feudum tenebatur, cum ſuis juribus, hominibus, territoriis, & pertinentiis univerſis, ſub annuo Cenſu unius Vaccae variae, ſive calbae.* Datum Avenione Calendis Decembris, Pontificatus ſui Anno VIII.

Item Inſtrumentum, continens, qualiter Bertrandus de Baucio Dominus Baucii & Comes Avellini confeſſus fuit, ſe tenere de dominio & ſennoriâ Dominae Abbatiſſae & Conventus Monaſterii Sancti Caeſarii Arelatenſis, Caſtra de Nionis, de Umſombrio, & de Mirabello, cum ſuis territoriis & pertinentiis univerſis. Datum Anno Domini MCCLXXXVII. quinto Calendas Octobris. *Facit pro Eccleſia Romana, quia Abbatiſſa & Conventus poſtea hujuſmodi jura in Romanam Eccleſiam tranſportarunt.*

Item quoddam procuratorium, qualiter Dominus Bertrandus Milonis, Officialis Arelatenſis & Procurator Domini Archiepiſcopi Arelatenſis confirmavit & ratificavit nomine procuratorio dicti Domini Archiepiſcopi, donationem & translationem factam per Dominam Abbatiſſam & Conventum Monaſterii Sancti Caeſarii Arelatenſis, de una Marcha & una Uncia argenti, & toto jure ſuperioritatis, quod habebat in Caſtris de Nionis, Umſombrio, & Mirabello, dioeceſis Vaſionenſis. Quae Caſtra aſſerebat idem Dominus Archiepiſcopus eſſe de feudo Arelatenſis Eccleſiae. Datum Anno Domini MCCCXVIII. & die XXIV. Menſis Januarii, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno II.

Item tranſumtum cujuſdam recognitionis factae per Pontium de Blacoſo, Garinum de Arboribus, Petrum & Bertrandum de Caderoſſe. Qui omnes confeſſi fuerunt tenere de directo dominio Dominae Abbatiſſae & Conventus Monaſterii Sancti Caeſarii Arelatenſis, quidquid habent, & habere poſſunt in Caſtro de Nionis & ejus territorio. Et eidem fecerunt homagium & fidelitatis juramentum praeſtiterunt. Datum *quo ad Literam dicti homagii,* Anno Domini MCCCXXIII. Quarto Calendas Maji. *Facit pro Eccleſia Romana, ratione, qua ſupra.*

Item eſt alia Litera Domini Bonifacii Papae VIII. *continens commiſſionem factam Magiſtro Matthiae de Theate, Clerico Camerae Apoſtolicae, ſuper gubernatione & regimine Rectoriae Comitatus Veneſſini, dando eidem poteſtatem regendi in ſpiritualibus & temporalibus. Qui etiam ſcripſit Praelatis dicti Comitatus, ut dicto Rectori praeſtarent auxilium, conſilium, & favorem in agendis: & ſi recuſarent hoc facere, auctoritate Apoſtolicâ eos compelleret.* Datum Anagniae III. Nonas Junii, Pontificatus ſui Anno V.

Item alia Litera bullata dicti Domini Bonifacii dicto Matthiae directa ſuper adminiſtratione rerum ſpiritualium dicti Comitatus, ſuper prima Data.

Item alia Litera dicti Domini Bonifacii VIII. *directa Nobilibus Comitatus & Univerſitatibus dicti Comitatus Veneſſini, ut obedirent dicto Domino Matthiae tamquam Rectori dicti Comitatus. Et quod eidem ſolverent reditus & proventus dicti Comitatus: aliàs contra ipſos*

ipſos procederet auctoritate Apoſtolicâ, & quod revocaret ex cauſſa arredamenta redituum dicti Comitatus quibuſdam dictis Literis nominatis. Datum, ut ſupra.

Item alia Litera duplex Dominis Praelatis dicti Comitatus directa, ut dicto Rectori praeſtarent auxilium, conſilium, & favorem. Datum, ut ſupra.

Item alia Litera dicto Matthiae directa, ſuper Moneta fabricanda & cudenda in dicto Comitatu. Datum, ut ſupra.

Item alia Litera, dicto Domino Rectori directa, continens, quod ſententias & poenas ſpirituales & temporales, quas contra rebelles dicti Comitatus proferret, gratas & ratas haberet. Datum, ut ſupra.

Item alia Litera, dicto Rectori Veneſſini directa, in qua dictus Dominus Bonifacius ſibi mandabat, ut alienigenas ac Judaeos uſurarios manifeſtos a dicto Comitatu expelleret. Datum, ut ſupra.

Item alia Litera dicti Domini Bonifacii, in qua mandavit dicto Matthiae Rectori dicti Comitatus, ut ſuper quibuſdam articulis querelofis per Ambaſciatores Praelatorum Nobilium dicti Comitatus traditis, ſe informaret, & informatione factâ, eidem Domino Papae veraciter reſcriberet. Datum Laterani, Pontificatus ſui Anno VII. Undecimo Calendas Decembris.

Item quoddam Inſtrumentum ſuper certis reſponſionibus per Rectorem dicti Comitatus de Curialibus ſeu Servitoribus Curiae dicti Rectoris, conquirentibus factum. Datum in Conſilio Generali dicti Comitatus Anno Domini * MCCLXXXVII. die III. Aprilis.

Item ſunt poſitiones per Procuratorem Fiſcalem Romanae Eccleſiae contra Dominam Siciliam Comitiſſam Sabaudiae, petentem Comitatum Veneſſini ſi-
A bi ad eam pertinere factae. Et vice verſâ poſitiones dictae Comitiſſae agentis contra dictum Procuratorem Fiſcalem nomine dictae Eccleſiae ſuper dicto Comitatu factae.

Item aliae poſitiones per dictum Procuratorem Fiſcalem nomine dictae Eccleſiae Romanae factae ſuper facto de Caſtro de Bonilis.

B Item quaedam alia Informatio facta per Rectorem Comitatus Veneſſini ſuper jure, quod Romana Eccleſia habebat in eodem Comitatu.

Item quaedam alia Litera Domini Innocentii IV. in qua mandabatur Epiſcopo Carpentoractenſi, quatenus faceret denuntiari excommunicatos occupatores terrarum Comitatus Veneſſini.

C Item publicum quoddam Inſtrumentum, ſignatum ſigno Vaſſi Notarii publici, continens, qualiter Frater Guillermus de Villareto, Prior Sancti Aegidii, Ordinis Sancti Johannis Hieroſolymitani, receptâ gubernatione dicti Comitatus Veneſſini, de mandato Domini Gregorii Papae X. promiſit, bene & fideliter regere & gubernare Terram dicti Co-
D mitatus. Datum Anno Domini MCCLXXIV. Decimo ſeptimo Calendas Julii, Pontificatus dicti Domini Gregorii Anno III.

Item quaedam alia Litera Domini Innocentii Papae IV. continens, qualiter mandavit Epiſcopo Carpentoractenſi, ut ipſe & alii Praelati Comitatus Veneſſini de terra, quam in dicto Co-
E mitatu tenebant, nulli alii reſponderent, niſi dicto Domino Innocentio. Datum Lugduni VII. Idus Martii, Pontificatus dicti Domini Innocentii Anno VII.

Item quaedam depoſitiones teſtium in forma publica redactae, qualiter Alphonſus Comes Pictaviae & Tholoſae habebat & tenebat ad manum ſuam quamdam partem juriſdictionis Caſtri de

Valriaco Comitatus Veneſſini. Datum Anno Domini MCCLXXIV. in Vigilia beati Martini hyemalis.

Item copiae Literarum Apoſtolicarum & quarumdam aliarum ſuper retinenda & conſervanda poſſeſſione Comitatus Veneſini, pro ſancta Romana Eccleſia factarum.

Item tres commiſſiones more Curiae Romanae bullatae Domini Benedicti Papae XII. ſuper informatione facienda de occupatione tertiae partis Caſtri de Montilhis Comitatus Veneſſini. Item quod Comitatus Rector Veneſſini poſſit committere laudationes Clavariis. Datum Pontificatus dicti Domini Benedicti Papae XII. Anno IV.

Item Inſtrumenta duo cujuſdam cambii, ſeu permutationis factae inter Dominum Epiſcopum Vercellenſem & Benevenutum de Bononia Juriſperitum, de certis poſſeſſionibus & bonis exiſtentibus in territorio Caſtri Raynandi prope Avenionem, & in Civitate Bononienſi. Et quaedam copia in papyro quorumdam Inſtrumentorum.

Item Inſtrumentum, in quo Princeps Auraice recognovit ſe tenere in feudum a Praeceptore Militiae Templi in Provincia Caſtrum de Aviſano, & pro ipſo eidem homagium fecit. Datum Anno Domini MCCXCV. Facit pro Camera, quae nunc ſuccedit in hoc dicto Ordini.

Item Inſtrumentum continens, quod Princeps Auraice recognovit ſe tenere in feudum a Magiſtro Militiae Templi majus dominium & ſennoriam, quam habet in Dominos inferiores, ac fortalitium Caſtri de Aviſano & territorio ejuſdem, quod antea a nemine tenebatur, ſed in libero & firmo allodio poſſidebant. Pro quibus praeſtitit juramentum fidelitatis dicto Magiſtro Templi &c. Datum in fortalitio Aviſani, V. Calendas Februarii MCCLXXXIX. Facit pro Eccleſia ratione ſupradicta,

Item Inſtrumentum recognitionis factae per quemdam Nobilem de certis Terris in dicto Inſtrumento expreſſatis, exiſtentibus in Comitatu Veneſſini, Ordinis Sancti Johannis Hieroſolymitani, cui Ordini ſuccedit Eccleſia Romana. Datum Valraſii die XXII. Octobris, Anno Domini MCCXCVI.

Item Inſtrumentum, qualiter Dominus B. de Baucio Princeps Auraice, filius quondam Domini Raymundi de Baucio, confeſſus fuit habuiſſe & recepiſſe a Fratre Pontio de Broëto, Magiſtro domorum Militiae Templi in Provincia, viginti unum millia Librarum Turonenſium, pro eo quod idem B. de Baucio Miles recognovit tenere in feudum Caſtrum de Aviſano & ejus territorium a dictis Templariis. Datum Anno Domini MCCXC. Nono Calendas Februarii.

Item aliud Inſtrumentum confirmationis Magiſtri totius Ordinis Sancti Johannis Hieroſolymitani donationis factae per certos dicti Ordinis Priores & Officiales Eccleſiae Romanae de omnibus & ſingulis fortalitiis, Caſtris, Villis, juriſdictionibus, & reditibus, quos habebat in Comitatu Veneſſino. Datum apud Arelatem in Capitulo Generali, Anno Domini MCCCXX. die XXV. Novembris, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno V.

,, Literae acquiſitionis Civitatis
,, Avenionenſis.

PRimo quoddam publicum Inſtrumentum venditionis factae Domino Clementi Papae VI. & ſanctae Romanae Eccleſiae per Dominam Johannam Reginam Siciliae, de Civitate Avenionis pretio LXXX. millium Florenorum ſibi ſolutorum. Necnon & confirmationis dictae venditionis per Dominum Ludovicum ejus virum factae, ſigil-

ſigillis utriuſque ſigillatae. Datum Anno Domini MCCCXLVIII. die IX. Menſis Junii, Pontificatus dicti Domini Clementis Anno VII. Octavo Idus *dicti Menſis*.

Item aliud Inſtrumentum publicum confirmationis, & approbationis venditionis factae Eccleſiae Romanae de Civitate Avenionis per Dominam Johannam Reginam Siciliae *&* Dominum Ludovicum *ejus virum, utriuſque ſigillis ſigillatum*. Datum Avenione Anno Domini MCCCXLVIII. die XXI. Menſis Junii.

Item Litera auro bullata confirmationis & donationis cujuſcumque juris habiti vel habendi in Civitate & territorio Avenionis per Dominum Carolum IV. Imperatorem *Sedi Apoſtolicae factarum. Et eſt alia per omnia ſimilis ejuſdem Imperatoris ſuo ſigillo in cera alba ſigillata impendenti*. Datum in Oppido Gorlus, Anno Domini MCCCXLVIII. Calendis Novembris, Anno Regnorum ſuorum III.

Item Procuratorium Domini Guillermi de Maleſicco, Clerici Camerae Apoſtolicae, cum poteſtate emendi & acquirendi Civitatem Avenionis Eccleſiae Romanae. Datum Avenione VIII. Idus Junii, Pontificatus Domini Clementis Papae VI. Anno VII. *Et eſt alia Litera more Curiae Romanae ejuſdem tenoris, exceptâ Datâ, quae eſt in unâ, & in aliâ non*.

(a) *Item aliud Inſtrumentum, continens, qualiter* Dominus Imbertus Dalphinus Viennenſis *recognovit tenere in feudum a* Domino Clemente Papa VI. *& Eccleſia Romana duas partes mixti & meri imperii & juriſdictionis, quam habet in Caſtro Rupis Acutae. Item partem unam & dominium & juriſdictionem, quas habet in Caſtro Podii Hugonis. Item medietatem & dominium, quae habet in Caſtro de Novayſono. Item quartam partem feudi & dominii & juriſdictionis, quam habet in Caſtro de Albaubeto. Item tertiam partem feudi & juriſdictionis, quam habet in territorio Sancti Andreae de Spourazano. Item medietatem pro indiviſo juriſdictionis, & jus vaſſallaticum, & quidquid habet in territorio Baſtidae Sancti Mauricii, & de Boqueto. Et quidquid habet in dictis Caſtris, locis & territoriis Auraſicenſis & Vaſionenſis dioeceſis*.

„ De Cenſibus Romanae Eccleſiae in „ diverſis partibus; Et primo de „ Regno Franciae.

E*T primo ſex Literae parvae bullatae, more Romanae Curiae, in quibus continetur, quod* Dominus Innocentius Papa III. *mandat Archiepiſcopo Narbonenſi, & uni Cardinali Legato, quatenus compellerent Comitem Montisfortis ad ſatisfaciendum de damnis illatis Domino Caſtri De la Scura, dioeceſis Albienſis, quod tenetur a Romana Eccleſia*. Datum Ferentini XV. Calendas Julii, Pontificatus ſui Anno XVIII. Anno verò Domini MCXCVII.

Item Inſtrumentum publicum, manu duorum Clericorum Camerae Notariorum ſubſcriptum, & ſignatum, continens qualiter Nobilis Raymundus De la Scura Albienſis dioeceſis Dominis Petro Epiſcopo Peneſtrinenſi, & Gaberto Archiepiſcopo Arelatenſi, Camerariis Domini Papae, *mandato & nomine Domini Papae & Eccleſiae Romanae recipientibus, recognovit ſe tenere in feudum dictum Caſtrum De la Scura Albienſis dioeceſis ab Eccleſia Romana, ſub annuo Cenſu decem Solidorum Ramundenſium. De quo etiam homagium*

(a) Haec in Codice MSto addita fuerunt diverſo charactere.

magium fecit & ſacramentum fidelitatis praeſtitit eidem. Datum Avenione Anno Domini MCCCXXXIII. die XXI. Novembris, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno XVIII.

Item eſt quaedam informatio facta in duobus librettis papyris de tempore Domini Clementis Papae VI. *in qua clare probatur, quod omnes homines & mulieres Caſtri & Baroniae De la Scura dioeceſis Albienſis, aetatis vigintiquatuor annorum in maſculis, & duodecim annorum in femellis, debent pro Cenſu annuo, ſeu capitali, Eccleſiae Romanae unum Turonenſem. Et teſtes, qui deponunt, dicunt ſe ſolviſſe pro ſe & eorum familia. Et deponunt, per alios ſolvi vidiſſe. Item quod dictum Caſtrum cum ſua Baronia tenetur in feudum a ſancta Romana Eccleſia ſub certo annuo Cenſu, cujus limites territorii hic ſpecificantur, & probantur per modum informationis praedictae. Et eſt ſine data.*

Item aliud Inſtrumentum, in quo continetur, quod Elionus de Villanova Magiſter Ordinis Sancti Johannis Hieroſolymitani in Capitulo generali, praeſentibus Fratribus & Magiſtris dicti Ordinis, vendiderunt Domino Johanni Papae XXII. *tractante* Domino Gauberto Epiſcopo Maſſilienſi, *ut Camerario ipſius Domini Papae, omnes poſſeſſiones, terras, plateas, viridaria &c. quae habebant, & habere poterant quomodocumque in Civitate Caturcenſi, pretio duorum millium quingentorum Florenorum auri de Florentia. Et exſtat aliud Inſtrumentum approbationis dictae venditionis, cujus copia in praeſenti Inſtrumento eſt inſerta.* Datum Anno Domini MCCCXX. Indictione III. Pontificatus dicti Domini Johannis Papae Anno V.

Item quaedam Litera ratificationis Conſulum Montepeſſulanorum ſuper concordia facta in Camera Apoſtolica de Cenſu debito Romanae Eccleſiae per locum Montiſpeſſulani, videlicet duas Marchas auri fini ſolvendas in feſto Reſurrectionis Dominicae quolibet Anno. Datum Anno Domini MCCCLXIV. & die XIV. Menſis Martii, tempore Domini Urbani Papae V.

„ De Regno Angliae.

T*Ranſumtum quorundam Privilegiorum per* Dominum Innocentium Papam IV. *in Concilio Lugdunenſi extractum, bullâ ſuâ bullatum, & ſigillis multorum Praelatorum ad perpetuam rei memoriam ſigillatum, continens primo, qualiter* Johannes Rex Angliae, Dominus Hiberniae, Dux Normanniae, & Aquitaniae, Comes Andegavenſis, *ſponte & communi conſilio Baronum ſuorum, pro ſe & heredibus ſuis obtulit, & libere conceſſit Deo & ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, ſanctaeque Romanae Eccleſiae, ac* Domino Innocentio Papae III. *ejuſque ſucceſſoribus Regnum Angliae & Hiberniae cum eorum pertinentiis, recognoſcens dicta Regna ab Eccleſia Romana, tamquam feudetarius, tenere, ac de dictis Regnis homagium ac fidelitatis juramentum fecit & praeſtitit: conſtituitque, ut de reditibus dictorum Regnorum Eccleſia Romana, ſalvo per omnia Denario beati Petri, videlicet mille marchas Sterlingorum annuatim percipiat, in feſto beati Michaëlis quingentas, & in Paſcha quingentas marchas, ſeptingentas pro Regno Angliae, & trecentas pro Regno Hiberniae, una cum forma juramenti fidelitatis.* Datum Anno MCCXXIII. Regni ſui Anno XV.

Item quaedam Litera obligationis Regis Angliae, factae per Ademarum de Valentia Comitem Pembolve, Bartholomaeum de Vadeleſmeri, & plures alios procu-

procuratores dicti Regis de mille Marchis Sterlingorum debitis pro Cenſu unius anni, & de viginti quatuor millibus Marchis Sterlingorum pro arreragiis viginti quatuor annorum Romanae Eccleſiae debitis. Actum Avenione Anno Domini MCCCXVII. die XV. Menſis Aprilis, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno Primo, Regni verò Eduardi Regis Anglorum Anno X.

„ De Regno Aragoniae.

ITem *in praedicto tranſumtum continetur, qualiter* Petrus Rex Aragonum *dicto* Domino Innocentio Papae Tertio, *& ſuis Succeſſoribus, Eccleſiaeque Romanae, Regnum ſuum obtulit, & conſtituit cenſuale, ut annuatim de Camera Regis ducentae quinquaginta Maſſemutinae Apoſtolicae Sedi reddantur.* Datum Romae Anno Domini MCC-IV. Quarto Idus Novembris, Regni ſui Anno VIII.

Item etiam continetur in dicto tranſumto, qualiter Paraſon Marchio Maſſae, Judex Calaritanus, *&* Benedicta ejus Uxor, *obedientiam & juramentum fidelitatis eidem Domino Papae & Eccleſiae Romanae praeſtiterunt.* Datum Anno Domini MCCXV. Decimo quarto Calendas Decembris.

Item continetur etiam in dicto tranſumto, qualiter Philippus Romanorum Rex *dicto* Domino Innocentio Papae III. *& Eccleſiae Romanae, bona Praelatorum morientium, & electiones Praelatorum liberas fieri, & multa alia privilegia, conceſſit, & alia per praedeceſſores ſuos indulta, regratiando dicto Domino Innocentio, confirmavit. Sine Datâ. Tranſumtum ſupradictorum Privilegiorum extractum de Archivis Eccleſiae Romanae in Eccleſia Fratrum Minorum in Civitate Aſſiſii exiſtentium, continens per omnia, ſicut in praecedenti tranſumto ſupra proxime ſcripta ſunt rubricata.*

„ De Regno Poloniae.

SAnctiſſimo in Chriſto patri & Domino ſuo reverendo, Domino Johanni, divinâ providentiâ ſummo Pontifici, Wradislaus Dux Eleziae, heres Regni Poloniae, Dominus Glegoniae & Poſnaniae, cum recommendatione ipſius pedum * ocula beatorum. Ad agendas gratiarum debitas actiones pro immenſa a Beatitudine veſtra devoto filio veſtro gratia benignius impertita in eo, quod interventu mediante ſereniſſimi Domini Roberti Regis Hieruſalem & Siciliae, conſanguinei noſtri cariſſimi, dignati gratioſe fuiſtis in matrimonio inter me & Mathildim filiam olim Domini Hunrami Marchionis Brandeburgenſis, in quarto conſanguinitatis gradu contracto, miſericorditer diſpenſare, prolem etiam a nobis prius habitam, & habendam legitimam decernendo, mea facultas non ſufficit, quod ſummi Creatoris clementia mercedem pietatis veſtrae aeterno gaudio recompenſet. Conſideratione tamen tantae gratiae liberaliter mihi factae, Beatitudini veſtrae & Romanae Eccleſiae, pro ut aliàs, ex debito teneor, de cetero promtius ac fideliter ſummo deſiderio me conformare una cum fratribus meis intendo. Denarium verò Sancti Petri, licèt modo inſolito exigatur, ipſum tamen ego & fratres mei in ſignum obedientiae, qua ſanctiſſimae paternitati veſtrae & Apoſtolicae Sedi immediate nos recognoſcimus eſſe ſubjectos, in omnibus Terris & diſtrictibus noſtris ſolvi dudum mandavimus: reverenter & fiducialiter praeſumentes, quod ſi fortè

fortè aliquis Imperator, vel Rex Romanorum de facto in nos juriſdictionem ſuam vellet extendere, Sedis Apoſtolicae praeſidio ab eorum violentiis & injuriis defenſari. Ceterum de veſtra pietate & munificentia confiſus, cum omni reverentia, qua valeo, humiliter & devote veſtrae ſupplico Sanctitati, quatenus novem Familiaribus & Capellanis meis, viris utique idoneis, Johanni Archidiacono, Tyezoni, & Nicolao Canonicis Glegonienſibus, necnon Jacobo Plebano in Corſow, Johanni de Tuinen, Theodorico de Richenow Plebano, praeſentium oſtenſori, ac Magiſtro Johanni de Rachebor, Johanni de Hindenow Brandeburgenſis dioeceſis, & Ottoni de Orchdranch dioeceſis Iniſtienſis, de Beneficiis Eccleſiaſticis ad collationem Epiſcopi Wratislavienſis pertinentibus, vel aliàs, prout petitiones Sanctitati veſtrae fuerint porrectae, intuitu meae perſonae gratioſius dignemini providere. Pro Electo etiam Wratislavienſi, Magiſtro Lutoldo, utique ſanctae & laudabilis vitae, in cujus perſona Eccleſiae Wratislavienſi utiliter, ut aliàs Sanctitati veſtrae ſcripſi, eſſet utique proviſum, devotius precamina porrigo, quatenus ipſum Eccleſiae praedictae diſpendioſe vacanti expeditum remittere dignemini gratioſe. Pro certo etiam Sanctitati veſtrae refero, quod propter magnum favorem, quem habet in Dioeceſi Electus, ad ſolutionem Denarii ſupradicti per ipſum melius quàm per alium non ita gratum Clero & Populo incolae dioeceſis praedictae Wratislavienſis poſſent ad devotionem, quam omnes & ſinguli Romanae tenentur Eccleſiae, & facilius inclinari.

Datum in Glogoniae in vigilia Sancti Johannis Baptiſtae, Anno Domini MCCCXXIII.

Sanctiſſimo in Chriſto patri ac Domino, Domino Johanni, divinâ providentiâ ſacroſanctae ac univerſalis Eccleſiae ſummo Pontifici, Wradislaus Dei & Apoſtolicae Sedis providentiâ Rex Poloniae, devotus filius, ad pedum oſcula beatorum. Quum conſtet, vos, pater celeberrime, totius Chriſtianitatis, & praecipue noſtrûm, qui ſubſumus, nullo mediante, conſiſtere gubernatorem luculentum, expedit, quaevis noſtra & terrarum noſtrarum, immo verius veſtrarum, quarum ſollicitudinem gerimus pervigilem ex commiſſo, adverſa impedimenta veſtris auribus inculcare, ut in iis, ad quae non ſufficimus noſmetipſi, manum nobis conſilii & auxilii porrigatis adjutricem. Hinc eſt, quod Sanctitati veſtrae inſinuatione praeſentium cum dolore reverentius intimamus, quod ultimi duo Principes Reuthenorum de gente ſchiſmatica, quos immediatos pro ſcuto inexpugnabili contra crudelem gentem Tartarorum habebamus, deceſſerunt ex hac luce. Ex quorum interitu nobis & terris noſtris ex vicinitate Tartarorum, quos de certo credimus terram Ruthenorum noſtris metis contiguam, de qua annua tributa percipere conſueverunt, occupare, perturbatio indicibilis, niſi omnipotentis Dei & veſtra gratia affuerit, imminebit. Ea propter Sanctitati veſtrae, quae nullum in tribulatione deſpicit, ſuam miſericordiam implorantem, filii devoti more, quatenus ſervitii noſtri pariter veſtri & honoris, quum ex debito noſtrae ſubjectionis nos & terras noſtras teneamus defenſare, veſtro conſilio & auxilio videlicet in praedicatione Sanctae Crucis & aliis ſubſidiis, quae Beatitudini veſtrae videbuntur opportuna, contra gentes Tartarorum ſupradi-

pradictam ne occupent terram Ruthenorum praedictam, & per conſequens nos invadant, celeriter ſuccurrere dignemini oculo pietatis. Et nos nihilominus una cum nobis adhaerentibus id, quod minime facere poterimus pro dilatione, ſanctae Eccleſiae, gentiſque Catholicae exactâ diligentiâ operabimur, auxilio Jeſu Chriſti mediante. Scientes, ſancte Pater, ſi iis per veſtram miſericordiam breviter intenderitis, Eccleſia & gens Fidei orthodoxae in ſuis proficiet incrementis; aliàs ad opprobrium deſolationis irrecuperabilis, una cum terris noſtris, de quibus ſolvitur annuus Cenſus, in ſignum ſubjectionis veſtrae Sanctitati (proh dolor!) deducetur. Cetera lator.

Datum Cracoviae in vigilia Sanctae Trinitatis, XII. Calendas Junii.

Inſtrumentum publicum proteſtationis, videlicet, ne per acquiſitionem Terrae Wratislavienſis per Johannem Regem Bohemiae *factam, praejudicium Eccleſiae Romanae cauſaretur, factae per Petrum de Alvernia Nuntium Apoſtolicum in partibus Poloniae in praeſentia dicti Regis. Quam proteſtationem idem Rex gratam habuit & obtulit ſe paratum obedire Sedi Apoſtolicae.* Datum in Civitate Wratislavienſi, Anno Domini MCCCXXVII. die VII. Menſis Aprilis.

Item ſunt duae Literae ejuſdem tenoris, diverſis ſigillis ſigillatae, continentes financiam per Cives & incolas Culmenſis ac Pomeraniae Wratislavienſis dioeceſis de Denario beati Petri, pro arreragiis Eccleſiae Romanae debitis.

Item qualiter ſcripſit Dominus Johannes Papa XXII. *Epiſcopo Wratislavienſi, quod compoſitionem & financiam factam inter incolas & Cives Culmenſes & Pomeraniae de Denario beati Petri ſolvendo per ipſos, ratas & gratas habet & habuit, dans eidem Epiſcopo poteſtatem eos abſolvendi a ſententiis, quas incurrerant ex retardatione ſolutionis Denarii antedicti. Et conſtituerunt procuratores ſuos dicti incolae & cives, qui jurarunt in animas eorum perpetuis temporibus ſolvere praefatum Denarium beati Petri Camerae Apoſtolicae in Quadrageſima.* Actum Anno Domini MCCCXXXIV. Pontificatus dicti Domini Johannis Papae Anno XIX.

Item tranſumtum unius Inſtrumenti, ſeptem ſigillis ſigillatum ſuper ſolutione Cenſus, qui Denarius beati Petri nuncupatur, in partibus Poloniae, videlicet in Civitate & dioeceſi Culmenſi & terrâ Pomeraniae illius dioeceſis, quae ceſſaverant ſolvere illum Cenſum per aliquos annos, de quibus compoſuerunt cum Camera tempore Domini Johannis, & promiſerunt ſolvere in futurum juxta formam Literarum Apoſtolicarum hìc contentarum. Datum XIII. Calendas Maji, Anno Domini MCCCXXXV. Pontificatus Domini Johannis XXII. Anno XIX.

Item quaedam Literae patentes Comitatus Cracoviae, directae Domino Benedicto Papae XII. *in quibus Conſules dictae Civitatis ſe debere fatentur Camerae Apoſtolicae certas Granas ſive Granatas auri, & nonnullos eorum Cives etiam ſingulariter alias Granas hìc expreſſatas.* Datum Cracoviae XXV. die Maji, Anno Domini MCCCXXXVI.

Inſtrumentum publicum continens copiam Literarum & proceſſuum Nuntiorum Apoſtolicorum in partibus Poloniae deſtinatorum contra Wratislavienſes ex causâ Cenſus Denarii beati Petri, Eccleſiae Romanae debiti factorum ſub Anno Domini MCCCXXXIX. die XIX. Julii.

Item aliud Inſtrumentum publicum continens proteſtationes & publicationes proceſſuum contra Wratislavienſes occaſione Cenſus Denarii beati Petri factas in praeſentia Nuntiorum Apoſtolicorum in partibus Poloniae deſtinatorum ſub Anno Domini MCCCXXXIX. die Prima Novembris, Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

Item unum aliud Inſtrumentum continens, quomodo Arneſtus Epiſcopus Pragenſis auctoritate Sedis Apoſtolicae a Civibus ſeu habitatoribus Wratislavienſibus Regni Poloniae recepit ſolemnem obligationem ſuper ſolutione Denarii beati Petri, ut videlicet a quolibet humano capite recipiatur unus Denarius, ſingulis annis ſolvendus in Quadrageſima: & quomodo amovit a dicto loco ſententiam Interdicti. Datum Anno Domini MCCCXLIII. die XVII. Menſis Decembris.

Item eſt quaedam alia Litera patens, Domino Clementi Papae VI. miſſa per Epiſcopum Pragenſem, notificando eidem concordeam, & ea, quae continentur in ſupradicto Inſtrumento. Actum Anno Domini MCCCXLIII. die XVII. Decembris.

Item eſt quaedam alia patens Litera Ducis de Ewidincz, dioeceſis Wratislavienſis ſuper ordinatione ſolutionis Cenſus Denarii beati Petri deinceps in perpetuum annuatim pro quolibet corpore humano Camerae Apoſtolicae ſolvendi, exceptis Clericis & Nobilibus cum aliis Civitatibus illius diſtrictus de eodem negotio. Ad quam ſolutionem Cenſus futuri de conſenſu dicti Ducis conceſſerunt poſſe compelli per cenſuram Eccleſiaſticam deinceps. De praeteritis vero Cenſibus non ſolutis concordaverunt in forma certa hìc expreſſa. Datum in Ewidincz Anno Domini MCCCLII. Decimo Calendas Martii.

Item aliae Literae cum ſigillis Civitatum Ducatus de Ewidincz ſuper Cenſu Denarii beati Petri, in dioeceſi Wratislavienſi cum aliis ſuper eodem negotio. Actum Ewidincz, Anno Domini MCCCLII. Decimo Calendas Martii.

Litera teſtimonialis Domini Caroli Imperatoris Romanorum, in qua confitetur, quod Denarius beati Petri debetur Eccleſiae Romanae, ac levari debet annuatim in certis hìc expreſſis, ac ſolvi per praeſentes Literas praecepit. Datum Pragae Anno Domini MCCCLVII. ſextodecimo Calendas Maji, imperii ſui Anno III.

Item quinque Inſtrumenta publica, in quibus Nuntius Apoſtolicus & Collector in partibus Poloniae confitetur, ſe recepiſſe a Praelatis hìc expreſſis tunc Collectoribus Denarii beati Petri Eccleſiae Romanae debiti certas Marchas & pecunias argenti hìc contentas & per eum receptas. Anno Domini MCCCLVIII. die X. Maji, Pontificatus Domini Innocentii Papae VI. Anno VI.

Item quaedam Litera Regis Poloniae aperta, a tergo ſigillata, confitentis, ſe & Regnum ſuum eſſe in obedientia & ſubjectione ſanctae Romanae Eccleſiae. In ſignum hujuſmodi ſolvitur ibidem Cenſus, qui vocatur Denarius beati Petri, Romanae Eccleſiae. Et eſt ſine data. Item eadem Litera ejuſdem tenoris, ſigillata a tergo in cera alba.

Item quaedam alia Litera, quam miſit Epiſcopus Pragenſis, ſignificans, quod in Civitate Wratislavienſi, ubi recepit mandatum Apoſtolicum ſuper Denario beati Petri, proceſſit cum maturitate & magna deliberatione, & finaliter recepta a Civibus obligatione, quod de quolibet humano corpore recipiatur nomine Romanae Eccleſiae annis ſingulis in Quadrageſima unus Denarius monetae ibidem occurrentis. Qui Denarius non mutatur in pondere. Et Interdicti ſenten-

ſententias, contra ipſos dudum latas, relaxavit ſeu amovit. De tempore autem, quo ceſſaverunt, videlicet per octodecim annos, quomodo poſſit aeſtimari, ſunt opiniones: ſed magis rationabilis videtur, quod recurratur ad Regiſtrum Sedis Apoſtolicae ad ſciendum, quantum ſingulis annis ante tempus rebellionis conſuevit haberi. Et quum ipſe haberet copiam Regiſtri, repertum eſt, quod aſcendit pro quolibet anno octo Marchas & ſexaginta quatuor Scotos ponderis Polonici. Et non eſt Data, niſi dumtaxat, die XX. Menſis Decembris.

„ Cenſus Italiae.

ITem Liber tabellionatus, ſive Sexternus octodecim foliorum pergameni, jurium & redituum, quae habet Eccleſia Romana in Civitate Beneventana, factus per Dominum Camerarium Apoſtolicum tempore Domini Nicolai Papae IV Anno Domini MCCXCI. *Et non eſt locus in Libro.*

Item aliud Inſtrumentum recognitionis, quam fecerunt Nobiles de Regio de Rocca de Carpineto Reginenſis dioeceſis. Quam Roccam & locum tradidit in feudum ſanctae memoriae Dominus Johannes Papa XXII. *certis Nobilibus ſub annuo Cenſu duorum Florenorum auri, ſolvendorum Camerae Apoſtolicae infra Octavas Nativitatis Domini, ſingulis annis per dictos Nobiles.* Datum in Eccleſia majori Reginenſi, Anno Domini MCCCXXI. die V. Menſis Octobris, Pontificatus dicti Domini Johannis Papae XXII. Anno V.

Item unum aliud Inſtrumentum continens ratificationem Bonifacii Novelli ſuper eo, quod Dominus Johannes Papa XXII. *per ſuas Literas Apoſtolicas dedit in feudum dicto* Bonifacio No-

A vello Comiti de Donoratico, *Civi Piſano & ſuis liberis per maſculinam lineam deſcendentibus in perpetuum, Caſtrum & Curtem de Pareta, ſita in maritima Suanenſis dioeceſis, ad Eccleſiam Romanam ſpectantia, ſub Cenſu annuo unius Floreni auri ſolvendi annuatim Romanae Eccleſiae in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli. Pro quibus* B *dictus Comes homagium ligium & fidelitatis juramentum dicto Domino Papae & ſuis ſucceſſoribus, Eccleſiaeque Romanae praeſtare habet, & obedire Rectori Patrimonii beati Petri in Tuſcia, pro ut alii Barones feudetarii dicti Patrimonii tenentur.* Actum Piſis Anno Domini MCCCXXXII. Septimo Idus Septembris.

C *Item unum aliud Inſtrumentum, in quo continetur, quod* Domini Albertus & Maſtinus de la Scala *dederunt* Domino Benedicto Papae XII. *& Eccleſiae Romanae perpetuò Villas & terras de Magnano & de Capraria dioeceſis Veronenſis cum omni imperio & juriſdictione, & quod ipſi poſtea receperunt dictas Villas & terras in feudum* D *ab ipſo Domino Benedicto & Romana Eccleſia, pro quibus fecerunt homagium ligium & vaſſallagium pro Cenſu annuo unius Marchae auri, ſolvendo Eccleſiae Romanae. Quae fuerunt facta* Anno Domini MCCCXXXIX. Indictione VII. die III. Decembris. Pontificatus dicti Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

E *Item una Litera ſigillata, continens qualiter* Dominus Ludovicus de Hiſpania Princeps Fortuniae *per* Dominum Clementem Papam VI *factus pro Inſulis, videlicet Canaria, Ningaria, Plumaria, Capraria, Irinonia, Embronea, Athalantia, Epperidu, Cervent, Gorgonidom, & Galeta, cum omnibus juribus & pertinentiis earum, ad Romanam Eccleſiam ſpectantibus, ſi-*

bi & heredibus ſuis liberis conceſſis per dictum Dominum Clementem Papam nomine Eccleſiae Romanae in feudum ſub annuo Cenſu CCCC. Florenorum auri de Florentia quolibet Anno in feſto beatorum Petri & Pauli Domino Papae perſolvendorum, datis & conceſſis, homagium & vaſſallagium eidem Domino Papae fecit, ac juramentum fidelitatis praeſtitit. Actum Avenione in Palatio Apoſtolico, Anno Domini MCCCXLIV. die XXVIII. Novembris, Pontificatus dicti Domini Papae Anno III.

Inſtrumentum publicum duobus ſigillis ſigillatum, continens qualiter Dominus Aegidius titulo Sancti Clementis Presbyter Cardinalis, *Apoſtolicae Sedis in partibus Italiae Legatus, de mandato* Domini Innocentii Papae VI. *conceſſit in feudum ad duodecim annos dumtaxat, Radulpho Berardi Militi Caſtra Tolentini, & Sancti Geneſii Camerinenſis dioeceſis, ad Eccleſiam Romanam pleno jure ſpectantia ſub Cenſu annuo trecentorum Florenorum, Theſaurario Marchiae Anconitanae quolibet anno ſolvendorum. Et nihilominus quolibet anno per tres menſes debebit ſervire Papae, vel Legato, in eorum guerra cum decem hominibus armorum equitibus & quinquaginta peditibus ejus expenſis propriis.* Datum Anconae Anno Domini MCCCLV. die IX. Novembris Pontificatus Domini Innocentii Papae VI. Anno III.

Nicolaus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, univerſis Chriſti fidelibus praeſentes has inſpecturis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quum dilectum fidelem Magiſtrum Johannem Canonicum Eccleſiae Sancti Theodori de Trebis Anagninae dioeceſis, in Regnum Siciliae, necnon ad Campaniae, * maritimaque partes pro colligendis Cenſibus & aliis Eccleſiae Romanae debitis, ac quibuſdam ipſius Eccleſiae negotiis, deſtinamus, ne de debitis hujuſmodi Cenſuum aut perſonis vel locis, a quibus debentur, dubitari contingat, Cenſus & nomina perſonarum & locorum ipſorum, ſicut in Regiſtro ejuſdem Romanae Eccleſiae continetur, ſub Bulla noſtra praeſentibus fecimus annotari.

Monaſterium beatae Mariae juxta Panormum, Centum Tarenos.

In Epiſcopatu Syracuſano domus Hoſpitalis Sancti Raynerii, unum Byzantinum.

In Epiſcopatu Sancti Marci, qui eſt Domini noſtri Papae, Monaſterium Sanctae Mariae de Martina, unam Unciam auri. Epiſcopus ipſe, unam Unciam auri pro Eccleſia Sancti Marci.

In Epiſcopatu Militenſi, qui eſt Domini Papae, Monaſterium Sanctae Trinitatis, unam Unciam auri.

Eccleſia Sanctae Mariae de Mileto, unam Unciam auri.

Eccleſia Sanctae Mariae de Balnearia, duas Uncias auri.

In Archiepiſcopatu Rheginenſi Eccleſia Sanctae Mariae de Balnearia, duas Uncias auri.

In Epiſcopatu Caſinenſi Eccleſia Sanctae Mariae de Camillano, duos Squifatos.

Eccleſia Sanctae Mariae de Sancto Lejo, vel de Aqua formoſa, unum Maſſamutinum.

In Epiſcopatu Neocaſtrenſi Monaſterium Sanctae Euphemiae, unam Unciam auri. Item idem Monaſterium Sanctae Euphemiae Ordinis Sancti Benedicti pro Caſali Nuceriae poſito in dioeceſi Tropienſi, annuatim in feſto Aſſumtionis beatae Mariae Virginis, duas Uncias auri ad pondus Regni. Et dictum Caſale conceſ-

conceſſum fuit dicto Monaſterio pro dicto Cenſu tempore Domini Alexandri Papae IV. Anno Primo.

In Epiſcopatu Catacenſi Monaſterium Sancti Juliani, unam Unciam auri.

In Epiſcopatu Geratino Monaſterium Sancti Petri de Petracavea, duos Squifatos.

In Epiſcopatu Squillacenſi Monaſterium de Carra, unum Marabutinum.

In Archiepiſcopatu Cuſentino Eccleſia Sancti Johannis, ſita in loco, qui dicitur Flos. infra terminos Sile, unum Marabutinum.

In Archiepiſcopatu Roſanenſi, qui nullum habet ſuffraganeum, Monaſterium Sancti Adriani, unum Squifatum ſingulis annis.

In Epiſcopatu Biſignanenſi, qui eſt Domini Papae, Monaſterium Sanctae Mariae de Sambucino, unum Squifatum. Ipſe * Epiſcopum unum Squifatum.

In Archiepiſcopatu Conſano Monaſterium Sanctae Mariae de Ilice, unam Unciam auri.

In Epiſcopatu Moranenſi Monaſterium Sancti Salvatoris de Guilieto, Sancti Angeli de Lombardis dioeceſis, unum Obolum auri pro Eccleſia Sancti Thomae de Plano Rubi Romanae Eccleſiae cenſuali, poſita in Epiſcopatu Moranenſi.

In Archiepiſcopatu Ageruntino Hoſpitale ejuſdem Civitatis cum Capella Sancti Lazari, tres Solidos Provenienſium.

Monaſterium, quod dicitur de Bono Converſo, ſex Solidos auri.

In Epiſcopatu Tricarienſi Eccleſia Sanctae Trinitatis, unam Unciam auri.

In Epiſcopatu Venuſinenſi Eccleſia Sanctae Trinitatis, unam Unciam auri.

A Eccleſia Sancti Nicolai de Morbano, unum Squifatum.

In Epiſcopatu Anglonenſi Monaſterium de Bauza, unam Unciam auri.

In Archiepiſcopatu Tarentinenſi ipſe Archiepiſcopus pro Eccleſia Sanctae Mariae, duas Uncias auri.

Monaſterium Sanctae Mariae de B Gualeſino, unam Libram cerae, & unam Libram thuris.

In Archiepiſcopatu Brunduſinenſi, & Ortiano Archiepiſcopus ipſe, duas Uncias auri.

Eccleſia Sanctae Mariae de Parvoponte, unam Unciam auri.

Eccleſia Sancti Thomae cum Hoſpitali, a Logotheto aedificato, u- C num Marabutinum.

Eccleſia Sanctae Margaritae de Penna de Buchio, unam Unciam auri.

In Archiepiſcopatu Hydrontino Eccleſia Sanctae Mariae de Netto, unam Unciam auri.

Monaſterium Sancti Nicolai de Caſulis, unum Michaletum auri, D quod valet quinque Tarenos Regni.

In Epiſcopatu Lucienſi Eccleſia Sancti Johannis, dimidiam Unciam auri.

In Archiepiſcopatu Barenſi Eccleſia Sancti Benedicti, duos Melequinos.

In Epiſcopatu Botuntinenſi Eccleſia Sancti Georgii Botuntinenſis tres E Solidos Provenienſium.

In Epiſcopatu Converſanenſi Abbas ejuſdem Terrae, unam Unciam auri.

In Archiepiſcopatu Tranenſi Eccleſia Sanctae Mariae in Baroli Villa, unum Obolum Maſſamutinum.

In Epiſcopatu Andrenſi Monaſterium Sancti Thomae de Andria, quartam Unciam auri ad pondus Baroli.

Monaſterium Sanctae Mariae de Monte, mediam Unciam auri.

In Archiepiſcopatu Sipontino Monaſterium Montis Sacri, dimidiam Unciam auri.

Eccleſia Sancti Leonardi, unam Unciam auri.

Eccleſia Sancti Thomae, unam Libram olibani.

Monaſterium Sancti Johannis in Lama, unam Unciam auri.

Monaſterium Sanctae Mariae de Pulſano, duos Biſantios.

Eccleſia Sanctae Mariae Magdalenae, duas Libras cerae.

Eccleſia Sanctae Mariae de Caxorubeo, duas Libras cerae.

Hoſpitale Sancti Jacobi Caſalis Novi, unum Obolum Maſſamutinum.

In Epiſcopatu Veſtanenſi Monaſterium de Calena, unam Unciam auri.

Eccleſia Sancti Petri de Cripa Nova, unum aureum.

In Epiſcopatu Trojano, qui eſt Domini Papae, Monaſterium Sancti Marci de Foja, quatuor Libras olibani.

Domus Miſericordiae apud Fojam ſita, unam Libram olibani.

Monaſterium de Urſara, unam Unciam auri.

Eccleſia Sancti Salvatoris, unam Libram cerae, & unam de olibano.

In Epiſcopatu Melphienſi, qui eſt Domini Papae ſimiliter, Monaſterium Vulturnenſe, unam Unciam auri.

Monaſterium Sancti Angeli de Baudia, unam Unciam auri.

In Epiſcopatu Monopolitano Domini Papae Monaſterium Sancti Stephani, unam Unciam auri.

In Archiepiſcopatu Beneventano Sancta Maria de Sambuco, duas Uncias auri.

A Eccleſia Sanctae Mariae de Monte Drogi, unum Squifatum.

Eccleſia Sancti Thomae tres Romanatos, & tria paria de oblatis cum candelis.

Domus Templi, quatuor Romanatos.

Eccleſia Sancti Leonis, duos Romanatos.

B Monaſterium Turriſmajoris, unam Unciam auri.

Monaſterium Sanctae Mariae de Gualdo, quatuor Tarenos auri, & unam Libram olibani.

In Epiſcopatu Theleſino Monaſterium Sancti Salvatoris, ſitum in ipſa Civitate, unam Unciam auri.

In Epiſcopatu Sanctae Agathae Epiſcopus ipſe pro Eccleſia Sanctae Agathae, unam Unciam auri.

C In Epiſcopatu Avellino Monaſterium Sanctae Mariae Montis Virginis, Ordinis Sancti Benedicti, ſingulis annis unum Obolum aureum, quod ſpectat ad Dominum Papam.

In Epiſcopatu Licherino Eccleſia Sanctae Trinitatis de Caſtelluccio, duas Libras cerae.

D In Epiſcopatu Alatinenſi Hoſpitale Sanctorum Apoſtolorum Bartholomaei & Jacobi de Bancione, ſingulis annis unum Obolum aureum. Quod Hoſpitale ſpectat ſpecialiter ad Dominum Papam.

Hoſpitale de Rotellis, unum Obolum Maſſemutinum.

E In Epiſcopatu Civitatenſi Monaſterium Terrae Majoris pro duabus Eccleſiis, una ſcilicet Sanctae Crucis in Caſtro Sancti Severi, & alia Sancti ſpiritus, duas Uncias auri.

In Archiepiſcopatu Salernitano Cavenſe Coenobium, tres Solidos auri.

In Epiſcopatu Nuſquitano Monaſterium Sanctae Mariae de Fondiliano, decem Tarenos de Salerno.

In

In Epiſcopatu Marſicenſi Eccleſia Sanctae Mariae de Porta Nova, unum Squifatum.

Hoſpitale Portae Novae in Roja Sancti Roncii, unum Squifatum.

Eccleſia Sancti Salvatoris in capite Ageumentino, duas Libras cerae.

In Epiſcopatu Calviulenſi Eccleſia Sanctae Mariae, unam Unciam auri.

In Epiſcopatu Venafrenenſi Monaſterium Sancti Vincentii de Sancra, tres Squifatos.

In Epiſcopatu Sorano, qui eſt Domini Papae, Monaſterium Sancti Dominici, duodecim Denarios Papienſium, & centum brachia panni in Paſcha & in Nativitate.

In Epiſcopatu Fundano Eccleſia Sancti Thomae in pede Montecelli, unam Libram........

Eccleſia Sancti Sebaſtiani de Caſtronovo, unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Aquilano Eccleſia Sancti Johannis de Colomentis, unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Marſicano Eccleſia Sanctae Mariae de Apamia, tres Solidos Provenienſium, & unam Libram cerae.

Monaſterium Sancti Silveſtri de Perero, Ordinis Sancti Damiani, unam Libram cerae annuatim.

In Epiſcopatu Valvenſi Monaſterium de Bunimaco, unum Romanatum.

Hoſpitale Sancti Viti de Scarafano, unam Libram cerae.

In Epiſcopatu Theatino Monaſterium de Cerajella, unum Marabutinum.

Monaſterium Sancti Stephani de Ripa Maris, unam Unciam auri.

Eccleſia Sancti Johannis in Venere, unam Unciam auri.

Eccleſia Sanctae Hieruſalem, unum Tarinum regale.

A Monaſterium Sancti Martini in Valle, duos Solidos Provenienſium Senatus.

Eccleſia Sanctae Mariae de Manoplello, unum Biſantium.

In Epiſcopatu Abruntinenſi Eccleſia Sancti Domnini, duos Solidos Piſanorum.

B In Epiſcopatu Signinenſi Monaſterium de Roſſello, unum Obolum Maſſemutinum pro Eccleſia Sancti Simeonis, quam ei conceſſit Dominus Honorius Papa III. Pontificatus ſui Anno V.

In Epiſcopatu Anagnino Epiſcopus ipſe in unoquoque feſto Coronationis Domini Papae, debet ſexaginta brachia panni, & ducentas Scutellas, & viginti Solidos.

C Homines de Anticulo, quinquaginta Scapulas porcinas, & quinquaginta Placentulas in feſto Nativitatis.

Dominus Raynaldus Maximi de Genna, nepos Domini Alexandri IV. pro omnibus reditibus & proventibus, ceteriſque juribus & bonis, D quae Romana Eccleſia in Caſtro de Trebis obtinet, debet unum Obolum aureum in feſto Omnium Sanctorum, praedictae Romanae Eccleſiae annuatim.

In Epiſcopatu Ferentino Epiſcopus ipſe, ducentas Scutellas, & ſexaginta brachia panni.

E In Epiſcopatu Alatrino Epiſcopus ipſe, ducentas Scutellas, & ſexaginta brachia panni.

In Epiſcopatu Verulano Epiſcopus ipſe debet ſexaginta brachia panni, & ducentas Scutellas, & viginti Solidos per annum.

Eccleſia Sancti Petri de Caneto, Centum Scutellas, & Centum brachia panni.

Datum

Datum apud Urbem Veterem Idibus Septembris, Pontificatus noſtri Anno III.

„ De Bononia.

R*Egeſtrum de recognitionibus, & homagiis, ac fidelitatis juramentis, per Commune & Homines ſingulares Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis, Faventiae, Forolivii, Caeſenae, Arimini Civitatum. Necnon Guidonis Comitis Montisfeltri, Malateſtae de Veruculo, Paciſcardi de Paciſcardis, Manuelis Domini Jacobi de Fertano, Peponis & Raynerii de Brandis, & Vincentii Domini Honeſti, pro Terris, quas tenebant*, Domino Nicolao Papae III. *& ejus certis Nuntiis, Eccleſiaeque Romanae factis & praeſtitis, prout in eodem pergameno Libro, ſive Regeſtro, manu Magiſtri Thomae de Monte Granario Notarii publici ſcripto, recepto, & ſignato, & infra ſequitur, plenius continetur.* Datum Bononiae *& alibi: ubi dictae recognitiones factae fuerunt, & Inſtrumenta recepta*, Anno Domini MCCLXXVIII. die XXI. Auguſti, Pontificatus dicti Domini Nicolai Papae III. Anno Primo.

Eſt primo in dicto Regeſtro quoddam Inſtrumentum Syndicatus Syndici conſtituti in publico Parlamento dictae Civitatis Bononiae ad confirmandum & ratificandum coram certis Nuntiis Apoſtolicis in ipſo Inſtrumento expreſſis recognitionem & promiſſionem cum juramento, factas per certos Nuntios Bononiae coram Domino Nicolao Papa III., *vel alteri pro eodem: necnon ad faciendum dictam recognitionem, & praeſtandum dictum juramentum fidelitatis eiſdem Nuntiis Apoſtolicis nomine Romanae Eccleſiae.* Datum, *ut ſupra proxime.*

A *Item quoddam aliud Inſtrumentum de & ſuper recognitionibus & juramentis per dictum Syndicum factis & praeſtitis in eodem Parlamento, & plurimos alios Cives Bononienſes, quorum ſunt nomina & cognomina expreſſa in dicto Regeſtro, coram Magiſtris Siffrido de Anagnia & Guillermo Durandi, necnon Fratre Laurentio de Tuderto,* B *& Fratre Johanne de Viterbio Ordinis Praedicatorum, nomine dicti* Nicolai Papae III. *& Sedis Apoſtolicae, Eccleſiaeque Romanae recipientibus.* Datum, *ut ſupra, quantùm ad geſta per dictos Syndicos. Quantùm verò ad geſta per ſingulares Bononienſes, non eſt Data, quia facta fuerunt diverſis diebus* C *& menſibus, prout dicitur in Regeſtro. Caſtra & loca infraſcripta ſunt in Comitatu & diſtrictu Bononiae.*

Item Inſtrumentum Syndicatus. Item Inſtrumentum recognitionis & juramenti, & nomina hominum ſingularium Burgi Panicalis: qui ſimiliter juraverunt, & juramentum fidelitatis praeſtiterunt Domino Guillermo Durandi D *Nuntio Apoſtolico nomine* Domini Nicolai Papae III. *& ſanctae Romanae Eccleſiae.* Datum *in dicto loco*, Anno Domini MCCLXXVIII. die IV. Menſis Octobris, *& ſequentibus diebus ſingulares perſonae.*

Item Inſtrumentum Syndicatus, & Inſtrumentum recognitionis & juramenti, & nomina hominum Unzolae, qui E *ſimiliter recognoverunt & juraverunt, ut ſupra.* Datum *in dicto loco* Unzolae, *quo ſupra*, die VI. Menſis Octobris.

Item Inſtrumentum Syndicatus, & Inſtrumentum recognitionis & juramenti, & nomina hominum Caſtri Franci, qui ſimiliter recognoverunt ut ſupra & juraverunt. Datum in Caſtro Franco, Anno, *quo ſupra*, die VI. Menſis Octobris.

Item

Item ſimilia Inſtrumenta Syndicatuum & recognitionum, & juramenta Syndicorum, necnon nomina hominum infraſcriptarum Terrarum, Criſpellani, Plumacii, Giſſi, Caſtanholi Maris, Ceulae, Furnii, Argelatae, Argillae, Podii Maſſumatici, Galerae, Podii Rognatici, Gavaſeti, Villae Sancti Petri in Caſali, Terrae Sancti Georgii, Terrae Sanctae Mariae in Artis. Quorum Comitatuum, Caſtrorum & Villarum Syndici & ſingulares perſonae ſimiliter ratificaverunt, recognoverunt & juraverunt, ut ſupra. Anno Domini, & Menſe, quibus ſupra, diverſis tamen diebus in Regeſtro praedicto expreſſatis.

Item Inſtrumentum Syndicatus, & Inſtrumentum recognitionis & juramenti, & nomina hominum Civitatis Faventiae, qui ſimiliter recognoverunt & juraverunt &c. ut ſupra. Datum Faventiae, Anno, *quo ſupra*, die VI. Septembris.

Item Inſtrumentum Syndicatus, & Inſtrumentum recognitionis & juramenti, & nomina hominum Civitatis Forolivii, qui ſimiliter fecerunt, ut alii ſupra. Datum Forolivii Anno, *quo ſupra*, die II. Menſis Septembris.

Item Inſtrumentum Syndicatus, & Inſtrumentum recognitionis & juramenti, & nomina hominum Civitatis Caeſenae, qui ſimiliter fecerunt, ut ſupra. Anno, *quo ſupra*, in Caeſena die XI. Septembris.

Item Inſtrumentum Syndicatus, & Inſtrumentum recognitionis & juramenti, & nomina hominum Civitatis Arimini, qui ſimiliter fecerunt. Datum Arimini Anno, *quo ſupra*, die XVIII. Septembris.

Item Inſtrumenta ratificationum & juramentorum fidelitatis infraſcriptorum Baronum dicto Domino Nicolao Papae III. *ſeu ejus Nuntiis Apoſtolicis, nomine ſuo, & ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum, ac Eccleſiae Romanae recipientibus factarum & praeſtitorum, videlicet Comitis Guidonis de Monte Feretro:* Actum in Civitate Forolivii Anno, *quo ſupra*, die I. Septembris. *Domini Malateſtae de Veruculo:* Actum in Civitate Arimini, Anno, *quo ſupra*, die XVII. Septembris. *Domini Paciſcardi de Paciſcardis:* Actum *loco* & Anno *quibus ſupra*, die XVIII. Septembris. *Domini Manuelis Domini Jacobi de Fertano:* Actum *loco* & Anno *quibus ſupra*, die XII. Septembris. *Domini Vincentii Domini Honeſti:* Datum Caeſenae, Anno, *quo ſupra*, die XII Septembris. *Dominorum Popi & Raynerii de Brandis;* Datum & Actum, *ut ſupra proxime. Pro omnibus juribus, Caſtris, Villis, & certis ipſorum territoriis & diſtrictibus, quae habent in certis Comitatibus & locis hic ſpecificatis, & in tota provincia Romandiolae, praefati Domini juramentum fidelitatis praeſtiterunt, ut ſupra.*

Item eſt quaternus tabellionatus, continens tractatum ſeu concordiam inter Commune Bononiae ex una parte & Marchiones Eſtenſes ex altera, ſuper quadam diſcordia, quae inter ipſos ventilabatur. Datum Florentiae Anno Domini MCCLXXXIX. die XIX. Maji.

Item ſunt duo Quaterni, continentes proceſſus & ſententiam. pacem ſeu concordiam inter Bononienſes ex una parte & Marchionem Eſtenſem ex altera, per Priores Artium Florentiae, Arbitros ſuper iis auctoritate Apoſtolicâ eis datos. Datum Florentiae Anno Domini MCCXCIX. die XXIX. Menſis Septembris.

Item tranſcriptum quarumdam Literarum ſuper tregua inita auctoritate Apoſtolica inter Provinciales Romandiolae ex una parte & Bononienſes & Par-

Parmenſes, Marchioneſque Eſtenſes cum eorum ſequacibus ex altera, cum citatione, ut dictae partes debeant legitime comparere ſuper pace facienda ad certam diem coram Domino Bonifacio Papa VIII Datum Piſtorii III. Idus Januarii, Pontificatus Domini Bonifacii Papae VIII. Anno II.

Item quaedam Literae excuſatoriae Communis & Officialium Bononienſium Domino Bonifacio Papae VIII. *directae ſine Datâ.*

Item quoddam Inſtrumentum, continens qualiter Rector & Vicecapitaneus & Antiani & Conſilium generale Communis ac Populi Civitatis & diſtrictus Bononienſis, recognoverunt dominium, jurisdictionem omnimodam, & merum ac mixtum imperium dictae Civitatis Bononiae ad Dominum Johannem Papam XXII. *ſuòſque ſucceſſores ac Romanam Eccleſiam pleno jure pertinere, & eſſe debere: conſtitueruntque certos Procuratores & Syndicos ad recognoſcendum praedicta; & ſe ac dictam Univerſitatem eidem Domino Papae ſubmittendum, obligandum & faciendum erga eumdem Dominum Papam circa neceſſaria praemiſſa ac opportuna.* Datum Bononiae Anno Domini MCCCXXXI. die VIII. Novembris, Pontificatus dicti Domini Johannis Papae XXII. Anno XVI.

*Item duo Inſtrumenta, continentia qualiter Johannes Andreae Decretorum Doctor, & Gerra de Pepulis, exſequutores teſtamenti Alberti Thomaſini Cognoſcentis de Bononia, conſenſerunt, * qud Johanna filia & heres dicti Alberti venderet certa bona ſua* Domino Bertrando Epiſcopo Oſtienſi. Datum Bononiae Anno Domini MCCCXXXII. die X. Februarii.

Item duo Inſtrumenta, continentia emtionem factam nomine Domini Bertrandi Cardinalis Oſtienſis *de quibu-* A *ſdam domibus ſuis, ſitis in Civitate Bononienſi, in eiſdem Inſtrumentis conſignatis, poſtmodum per ipſum Cardinalem Romanae Eccleſiae in ſuo ultimo teſtamento legatis, prout apparet in quodam tranſumto authentico hìc annexo.* Datum Bononiae Anno MCCCXXXII. die XIII. Februarii.

Item Inſtrumentum ratificationis B *factae per dictum* Dominum Bertrandum Cardinalem Oſtienſem *de bonis nomine ſuo ab haeredibus Alberti Thomaſini in Porta de Caſtello Bononiae emtis.* Datum Bononiae Anno Domini MCCCXXXII. die XIIII. Februarii, Pontificatus Domini Johannis Papae XXII. Anno XVII.

Item duo Inſtrumenta continentia da- C *tiones Curatorum Jacobino Minorino filio Catharinae Matthaei de Caſtello, ad ratificandum venditionem domorum & poſſeſſionum Albertini Thomaxini Bononienſis* Domino Bertrando Epiſcopo Oſtienſi *factam.* Datum Bononiae Anno Domini MCCCXXXII. die XVI. Menſis Octobris.

Item Litera Apoſtolica bullata, con- D *tinens proceſſus factos & ſententias latas per* Dominum Benedictum Papam XII. *contra Officiales, Commune & Populum Civitatis, Comitatus & diſtrictus Bononiae pro eo quod hoſtiliter* Dominum Bertrandum Epiſcopum Oſtienſem, *in Lombardia & aliquibus aliis partibus Italiae Legatum Apoſtolicum, in Caſtro Bononiae* E *per eum conſtructo pro Eccleſia Romana exiſtentem obſederunt, eumque vi armorum de dicto Caſtro & Civitate Bononienſi expellendo recedere fecerunt.* Datum Avenione IV. Nonas Januarii, Pontificatus dicti Domini Benedicti Anno III.

Item Inſtrumentum Syndicatus Communis, Antianorum, Conſulum, Conſiliariorum, ac Locumtenentis Capitanei Civi-

Civitatis Bononiae ad comparendum coram Domino Benedicto Papa XII. *& Collegio Dominorum Cardinalium, tractandumque pacem & reconciliationem ipſorum Bononienſium ſuper rebellione praedicta, quam fecerunt in expellendo Dominum Legatum praedictum.* Datum Bononiae Anno Domini MCCCXXVIII. die XXIX. Menſis Maji.

Super recuperatione, reintegratione, & reconciliatione Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis, & gentium eorumdem, ſequitur effectus Literarum Apoſtolicarum. Et primo eſt quaedam Litera ad perpetuam rei memoriam, cum filis ſericis bullata, conceſſa per Dominum Benedictum Papam XII. Avenione IV. Idus Octobris, Pontificatus ſui Anno IV. *continens inter alia, quod factis quibuſdam proceſſibus per* Dominum Johannem Papam XXII. *contra Commune, Univerſitatem, & Populum Bononienſem ſuper eo, quod* Dominum Bertrandum Epiſcopum Oſtienſem, *in Lombardia Apoſtolicae Sedis Legatum, de Bononia per vim expulerunt, & eiſdem proceſſibus per dictum Dominum Benedictum recenſitis, plures & diverſas ſententias atque poenas contra eoſdem Bononienſes promulgando proceſſit. Quibus viſis dicti Bononienſes apud Avenionem dicto Domino Benedicto Paullum de Liazariis Decretorum Doctorem, & Mathaguanum de Azzogudis, ac Petrum de Bonipetris Legum Doctores, & Rolandum quondam Johannis de Fantucciis, Syndicos & Procuratores ſpeciales dictorum Bononienſium Ambaſciatores deſtinarunt. Qui recognoſcentes Civitatem, Comitatum, & diſtrictum Bononienſium fore & eſſe dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae cum mero & mixto imperio ac juriſdictione omnimoda, & quoad exercitum* A *eorumdem pertinere plenarie, refutationem praedictorum per traditionem clavium in Conſiſtorio publico eidem Domino Benedicto Papae XII. & Eccleſiae Romanae fecerunt. Dictuſque Syndicus nomine ſuo & aliorum conſtituentium omnium juramentum fidelitatis dicto Domino Benedicto Papae & Eccleſiae Romanae praeſtitit, promittendo* B *eidem Domino Papae & ejus Collegio, ac ſanctae Romanae Eccleſiae, ſe facturum, quod Antiani & Cives Bononiae ſimile juramentum fidelitatis praeſtarent infra medium Quadrageſimae tunc ſequentis, & ratificarent omnia geſta facta, & promiſſa per ipſum Syndicum & Ambaſiatores praedictos. Item dictus Syndicus nomine quo ſupra pro dicta Civitate, Comitatu, & diſtrictu* C *Bononienſi dedit & conſtituit dicto Domino Papae & Collegio Dominorum Cardinalium ac Eccleſiae Romanae in perpetuum Cenſum octo millium Florenorum boni auri & ponderis de Florentia, ſolvendum quolibet Anno in feſto beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Romano Pontifici, ubicumque erit,* D *& Eccleſiae Romanae, vel ipſi Eccleſiae, Sede vacante, ubicumque fuerit, pro futuro Pontifice recipienti, & pro portione Collegium Dominorum Cardinalium contingente, ſumtibus & expenſis annis ſingulis Communis & Univerſitatis Bononiae, promittendo ſolemniter & jurando in animas dictorum conſtituentium praedicta attendere &* E *facere obſervari. Item promiſit & conſtituit Syndicario nomine, quo ſupra, ac juravit in animas conſtituentium praedictorum, quod quandocumque dictus Dominus Papa, ſucceſſoreſque ejus, vel Collegium Dominorum Cardinalium, Apoſtolicâ Sede vacante, mandabunt, ſeu indigebunt gentibus armorum, pro defenſione terrae Eccleſiae, ipſi Bononienſes mittent in ſubſidium ſeu ſervitium*

tium ejuſdem Eccleſiae ducentos homines bonos, equis & armis bene munitos, infra ſeptuageſimum milliare dumtaxat a Civitate praedicta computandum: & tenebunt eos per tres menſes integros anno quolibet eorum expenſis propriis in ſervitio dictae Romanae Eccleſiae moraturos, niſi dicta Civitas tunc eſſet obſeſſa, vel contra eam attualiter guerra, & vera forſitan moveretur. Item promiſit ſolemniter dictus Syndicus nominibus, quibus ſupra, & juravit in animas conſtituentium praedictorum, quod geſta promiſſa & jurata per ipſum dicti conſtituentes rata & grata haberent, ac perficerent infra medium Quadrageſimae proxime tunc futurae, & perpetuò obſervabunt ſub poena quingentarum Marcharum auri toties, quoties contrarium facient, dicto Domino Papae & ſucceſſoribus ſuis, Eccleſiaeque Romanae, ac ejus Camerae Apoſtolicae applicanda, & per eam ab eis exigenda. Item in dicta Bulla continentur multa Capitula, promiſſa & jurata per dictum Syndicum, creationes & conſtitutiones Poteſtariae, Capitanei, Judicum & aliorum Officialium, ac exercitium meri & mixti imperii, juriſdictioniſque Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis tangentia, quae propter eorum prolixitatem hìc non exprimuntur. Item in dicta bullâ cavetur, quod ſi dictum Commune, Univerſitas, & Populus Bononienſis infra tres menſes, proxime tunc feſtum Apoſtolorum ſequentes, non ſolverent dictum Cenſum annuum octomillium Florenorum dicto Domino Papae, ejuſque ſucceſſoribus, ſeu Romanae Eccleſiae, ipſo facto Poteſtas, Capitaneus, Conſervator, Judices, & Officiales, ac Antiani omnes dictae Civitatis ſint excommunicati. Si verò infra alios tres Menſes proxime ſequentes dictum Cenſum integraliter non perſolverint, dicta Ci-

A vitas, Comitatuſque & diſtrictus Bononienſis Eccleſiaſtico ſint ſuppoſiti interdicto. Si verò infra alios tres ſupradictos Menſes proxime ſequentes dictum Cenſum ſine diminutione quacumque non perſolverint, ſuſpenſionem Studii generalis, omniumque privilegiorum, gratiarumque Apoſtolicarum & Imperialium, eis conceſſorum incurrant. Si verò B infra alios tres menſes praedictos tres menſes immediate ſequentes, dictum Cenſum non perſolverint, dicto Studio, & privilegiis omnibus atque gratiis omnino ſint privati. Si verò de dicto Cenſu octo millium Florenorum infra ultimos tres Menſes anni plenarie eiſdem Romano Pontifici & Eccleſiae Romanae ſatisfecerint, * ninilominus tamen C pro ſingulis ſummis octomillium Florenorum ſingulorum terminorum ſequentium ſi non perſolverint integraliter, ſimiles poenas incurrant. Deinde verò dictus Dominus Benedictus Papa XII. contra dictum Commune, Univerſitatem, Comitatum, diſtrictum, Officiales, ac conſtituentes Bononiae, ſi in praemiſſis, ſeu in aliquo praemiſſorum D defecerint, ſententias & poenas ſupraſcriptas promulgari ſolemniter & ſervari voluit; interpretationem, expoſitionem, correctionemque praedictorum dictus Dominus Papa ſibi penitus & ſoli, & Succeſſoribus ſuis Romanis Pontificibus retinendo. Poſt quae ſequitur quaedam alia Litera cum filo canapis bullata, exſequutoria ſupradictae, directa E Magiſtro Guidoni de Sancto Germano Notario, & Apoſtolicae Sedis Legato, Nuntio per dictum Dominum Benedictum Papam XII. apud Bononiam ſuper praemiſſis deſtinato, continens ſupraſcriptam Literam gratioſam, & commiſſionem, poteſtatemque ſuper praemiſſis adimplendis, ſub Data primae Literae conceſſae videlicet Avenione IV. Idus Octobris, Pontificatus di-

cti

cti Domini Benedicti Papae XII. Anno IV.

Item eſt quaedam alia Litera bullata, continens, quomodo Dominus Benedictus Papa XII. Secundo Idus Octobris, Pontificatus ſui Anno IV. *ſcripſit Communi & Populo Bononiae, ut gratioſe & benigne reciperent dictum Magiſtrum Guidonem de Sancto Germano Nuntium Apoſtolicum, & eidem crederent de eis, quae dicto Communi exponeret ex parte dicti Domini Papae.*

Item eſt quaedam alia Litera bullata continens quod dictus Dominus Benedictus, Pontificatus ſui Anno IV. Secundo Idus Octobris in Avenione, *commiſit dicto Magiſtro Guidoni, quod receptâ poſſeſſione Civitatis & Comitatus ac diſtrictus Bononienſis, regimen & adminiſtrationem dictorum Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis committeret cui ſibi placeret, & videretur expedire. Et poſtquam poſſeſſionem recepiſſet & commiſiſſet, reveniret Avenionem ad referendum, quae acta fuerunt per eum ſuper contentis in praeſenti commiſſione.*

Item eſt quaedam alia Litera bullata, continens remiſſionem factam dicto Magiſtro Guidoni per dictum Dominum Benedictum, Pontificatus ſui Anno IV. *ut in Civitate, Comitatu, & diſtrictu Bononienſi unum de tribus nominandis pro * dictum Commune Bononiae poſſit in Poteſtatem, vel Capitaneum, ſeu Confalonerium idem Magiſter Guido Nuntius Apoſtolicus deputare & confirmare.*

*Item quoddam publicum Inſtrumentum de actis & geſtis in Civitate Bononiae, quando dictus Dominus * Guigo fuit in dicta Civitate Bononiae, & dictas ordinationes publicare vellet juxta formam per dictum Dominum Papam ſibi traditam. Et inter cetera quod quidam Dominus Thaddaeus vocatus de Pe-* A *pulis, Civis & Doctor, Bononienſis, dicens ſe Conſervatorem dictae Civitatis ad ſuam vitam, & Commune, Univerſitas ac Populus Bononienſis dicto Nuntio Apoſtolico Literas, quas apportabat, non permiſerunt legere, publicare, nec etiam exequi, niſi prius reformatis, declaratis ac emendatis quibuſdam Capitulis & Articulis in dictis Literis* B *comprehenſis, ſuper quibus rediret ad Romanam Curiam.* Actum Bononiae Anno Domini MCCCXXXIX. die penultima Menſis Decembris.

Item eſt alia Litera bullata, continens ſecundarios proceſſus, ſententias, poenas, citationeſque contra Commune, Univerſitatem, Populum, & Officiales Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bo- C *nonienſis, per dictum* Dominum Benedictum Papam XII. *factos & promulgatos ſuper eo, quod dictum* Dominum Bertrandum Epiſcopum Oſtienſem, *Legatum Apoſtolicum, de Caſtro per eum fundato Bononiae pro Eccleſia Romana, ibi exiſtentem cum familia ſua, vi armorum expulerant, ac etiam, quia praedictam concordiam & reconciliationem* D *tractatam in Avenione ipſi Bononienſes tenere recuſabant.* Datum Avenione VI. Calendas Septembris Pontificatus ſui Anno ....

Item aliud Inſtrumentum factum ſuper publicatione proceſſuum & ſententiarum Apoſtolicarum contra Bononienſes per Epiſcopum Faventinum Commiſſarium Apoſtolicum ſecundario factorum E *& promulgatorum.* Actum Faventiae Anno Domini MCCCXL. die XXVI. Decembris, Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno V.

Item eſt quidam Liber pergameni ſexdecim foliorum ſcriptus, & cum ſerico bullatus, continens declarationem dubiorum occurrentium ſuper praedicta ordinatione reconciliationis Bononienſium, & modificationem & ordinationem no-

vam

vam Civitatis Bononienſis. Necnon recognitiones Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis, cum eorum pleno dominio, juriſdictione omnimoda, mero ac mixto imperio, & promiſſiones, obligationeſque Cenſuum, & aliorum ſervitiorum, & juramentum fidelitatis per dictos Syndicos nomine eorum & Communis, Populique & Antianorum & Conſiliariorum omnium dictae Civitatis eidem Domino Benedicto Papae & Collegio Dominorum Cardinalium promiſſas, factas atque praeſtitas. Datum Avenione XVIII. Calendas Julii, Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno VI.

Item rotulus magnus & longus, continens proceſſum factum ſuper reconciliatione & recuperatione Civium, gentiumque Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis. In quo rotulo a pluribus Notariis tabellionato & ſignato continentur decemnovem Inſtrumenta publica ſignata & tabellionata, quorum effectus ſequuntur ſerioſe. Et fuit incoeptus dictus rotulus Anno Domini MCCCXL. die I. Auguſti, Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno VI.

Primum enim Inſtrumentum dicti rotuli continet in effectu, quod Anno Domini MCCCXL. die I. Auguſti, Pontificatus dicti Domini Benedicti Papae XII. Anno VI. Dominus Beltraminus Epiſcopus Cumanus, Nuntiuſque Apoſtolicus, pro complenda dicta reconciliatione & pace Bononienſium, ſpecialiter deſtinatus ac receptus, creavit quatuor praecones, qui juraverunt proclamare publice per dictam Civitatem in locis conſuetis omnia, quae dictus Nuntius Apoſtolicus eis & cuilibet eorum nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae praeciperet. Et quod fidelem relationem de proclamationibus & geſtis per eos dicto Epiſco- A po Nuntio Apoſtolico facerent ſub juramento praeſtito, & poena in Statutis dictae Civitatis contenta, ac etiam ſub poena viginti Solidorum cuilibet ipſorum impoſita. Quibus dictus Dominus Epiſcopus & Nuntius Apoſtolicus praecepit, ut in locis conſuetis Bononiae & per vicos & plateas publice & fideliter proclamarent ex parte Domini B Papae, & ipſius Nuntii, quod omnes de generali & ſpeciali Conſilio & ſolemni dictae Civitatis in craſtinum, dum audirent pulſari Conſilium, ſe congregarent in Palatio novo Communis Bononiae, ad audiendum ea, quae dictus Nuntius Apoſtolicus ex parte dicti Domini Papae eis diceret. Quae facta fuerunt multis teſtibus & C tribus Notariis in fine Inſtrumenti ſubſcriptis praeſentibus.

Secundum Inſtrumentum, quod die II. Menſis Auguſti Anno, quo ſupra, dictus Dominus Bertrandus Epiſcopus Cumanus & Nuntius Apoſtolicus, convocatis & congregatis in unum in dicto Palatio Novo Communis dictae Civitatis Bononiae, videlicet vocibus prae- D conum, & ſono campanarum ſolemniter de mandato dicti Nuntii Apoſtolici, omnibus Antianis, Conſulibus, & Conſiliariis Communis & Univerſitatis Bononienſis, quorum omnium nomina in dicto Inſtrumento ſunt ſcripta, qui erant, prout dicebant, ſecundum Statuta & conſuetudines dictae Civitatis pluſquam duae partes Conſiliariorum di- E ctorum Communis & Univerſitatis Bononienſis ad generale plenum Conſilium faciendum, praeſentibus etiam Nobilibus viris Dominis Nigro de Bruxatis de Brixia Milite pro Poteſtate, & Jacobo de Regio pro Vicegerente Capitanei dictae Civitatis & Populi, ſe gerentibus & conſentientibus, ad interrogationem dicti Nuntii Apoſtolici aſſerentibus, quod Concilium generale ple-

num

num ac ſolemne, etianſi tractaretur de alienatione quorumcumque jurium dictorum Communis & Univerſitatis, faciebant & repraeſentabant: dictas Literas Apoſtolicas praefati Domini Benedicti Papae XII. *bullatas, continentes concordiam & tractatum pacis ac declarationis praedictas, per Beltramum Guaſonem de Leuco Mediolanenſem Notarium publicum ſolemniter palam & altâ voce, publice legi diſtincte & publicari fecit, omnibus exponendo. In quibus quidem Literis ſpecialiter continentur obligationes Cenſus octomillium Florenorum quolibet Anno in feſto beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum per dictos Bononienſes ſumtibus eorum & expenſis, dicto Domino Papae & Eccleſiae Romanae ſolvendorum. Item obligationes ducentorum hominum armorum bene munitorum in ſubſidium & ſervitium dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae infra ſeptuaginta milliaria a Civitate Bononienſi computanda, per tres menſes integros anno quolibet per dictos Bononienſes eorum expenſis infra duodecim dies mittendos pro defenſione jurium dictorum Domini Papae & Eccleſiae Romanae; ſi & quando in futurum indigebunt. Item multa Capitula, ordinationem, creationem, ac depoſitionem Poteſtatis, Capitanei, Judicum appellationum, Officialium, ac Stipendiariorum Civitatis, Communis, & diſtrictus Bononienſis praedictorum continentia. Item continentur quaedam declarationes & modificationes ſuper quibuſdam Capitulis in dictis Literis expreſſatis per dictum Dominum Papam & Syndicos ſupra nominatos factas & concordatas. Item poena quingentarum Marcharum auri per dictos Commune & Univerſitatem Bononienſem, ſi contenta in dictis Literis concordata non adimpleverint, ſervaverintque, committenda, & dicto Domi-*

A *no Papae, Eccleſiaeque Romanae applicanda, ac per Cameram Apoſtolicam toties, quoties defecerint, exigenda. Item continentur multae aliae poenae contra dictos Bononienſes ſtatutae, quas longum eſſet narrare propter earum prolixitatem. Item in dicta Bulla continentur Syndicatus & poteſtas dictorum Syndicorum ſupra nominatorum.*

B *Quibus Literis Apoſtolicis lectis coram dicto Conſilio ac publicatis, Commune, Univerſitas, & Populus praedicti nullo diſcrepante ratificarunt, approbarunt, promiſerunt, & jurarunt tenere, complere, attendere omnia concordata, & in dictis Literis Apoſtolicis contenta. Poſt quae Antiani, Conſules, Conſiliarii, & Univerſitas Civitatis Bononiae*

C *volentes reſtituere poſſeſſionem dictae Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononiae, dicto Domino Papae, ſeu Epiſcopo Cumano Nuntio Apoſtolico, ejus nomine, & complere effectualiter contenta in dicta concordia, conſtituerunt alios Syndicos, videlicet Hugolinum Pauli de Bonatatis, & Nicolaum Brandoni de Saliceto, Cives Bononienſes. Qui qui-*

D *dem Syndici per traditionem Clavium portarum Civitatis, & Caſtrorum Comitatus, & diſtrictus Bononienſis dicto Nuntio Apoſtolico reſtituerunt plenarie poſſeſſionem, ſeu quaſi, dictorum Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis, juriumque eorumdem, prout* Dominus Johannes Papa XXII. *tenere ſolebat. Quo facto ad eorum reque-*

E *ſtam, interdictum Eccleſiaſticum, & alias ſententias atque poenas appoſitas & latas in dictos Bononienſes praefatus Nuntius Apoſtolicus relaxavit, & penitus amovit. Item dictus Syndicus de mandato Antianorum & Conſulum & Conſiliariorum dictae Civitatis, nomine & in animas eorum, dicto Nuntio Apoſtolico nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae recipienti ſacramen-*

tum

tum fidelitatis praeſtitit. Quae acta fuerunt multis teſtibus, & quinque Notariis in fine ſubſcriptis teſtibus.

Tertium Inſtrumentum dicti rotuli continet, quod Anno & Pontificatu *praedictis, &* die IV. Menſis Auguſti, *in Capitulo Eccleſiae Fratrum Praedicatorum Bononienſium, praeſentibus Ferrarienſi & Comaclenſi Epiſcopis & aliis Praelatis multis & teſtibus ad haec vocatis, & praeſenti dicto Epiſcopo Cumano, Nuntio Apoſtolico, requirenti, recipientique pro dicto Domino Papa & Romana Eccleſia, ſupra proxime ſcripti Syndici ſingulariter pro ſe & nomine & in animas dictorum Communis & Univerſitatis conſtituentis, ac multi alii Doctores Legum & Decretorum, ac Milites dictae Civitatis Bononienſis, ſacramentum fidelitatis praeſtiterunt. Cujus juramenti forma ibidem continetur. Quod Inſtrumentum manu quinque Notariorum eſt ſubſcriptum atque ſignatum.*

Quartum Inſtrumentum continet, quod Anno & Pontificatu *praedictis dictus Epiſcopus Cumanus Nuntius Apoſtolicus, pluribus teſtibus praeſentibus, in Domo Fratrum Praedicatorum, in qua ipſe cubabat, accepit claves portarum Civitatis Bononienſis, cum quibus acceſſit ad dictas Portas in Inſtrumento nominatas: quas clauſit & aperuit, ad finem poſſeſſionis reintegrandae & recuperandae ac continuandae dictae Civitatis. Poſt quae dictus Epiſcopus Nuntius Apoſtolicus conſtituit unum Procuratorem, qui etiam eâdem die de ſero, dieque quinta & ſexta Septembris de ſero & de mane dictas portas aperuit & clauſit, praeſentibus multis teſtibus & Notariis ſubſcriptis.*

Quintum Inſtrumentum continet, quod Anno, die & Pontificatu *ſupradictis, idem Dominus Epiſcopus Cumanus, Nuntius Apoſtolicus conſtituit, citra tamen*

A *revocationem aliorum Procuratorum, & creavit de novo alium Procuratorem, nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae, Petrolum de Alzatè Mediolanenſis dioeceſis. Cui tradidit Claves portarum dictae Civitatis Bononienſis, dando ſibi poteſtatem claudendi & aperiendi de ſero & de mane, quoties opus eſſet. Quod dictus Procurator dicta die &* B *ſequentibus, animo & ad finem recuperandi & apprehendendi, habendi & tenendi actualiter & corporaliter, realiter & integre, pacifice & libere, poſſeſſionem ſeu quaſi Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis, meri & mixti imperii ac juriſdictionis, ceterorumque jurium eorumdem dicti Domini Papae & Romanae Eccle-* C *ſiae, fecit, praeſentibus pluribus teſtibus & Notariis ſubſcriptis.*

Sextum Inſtrumentum continet, quod Anno die & Pontificatu *ſupraſcriptis, idem Epiſcopus Nuntius Apoſtolicus, citra revocationem aliorum Procuratorum, conſtituit nomine, quo ſupra, Amitzinum Baronis de Galarate Mediolanenſis dioeceſis, Procuratorem ad* D *claudendum & aperiendum Portas dictae Civitatis, tradendo ſibi certas claves ceterarum Portarum, quod dictus Procurator frequenter exercuit, pluribus teſtibus & Notariis ſubſcriptis praeſentibus.*

Septimum Inſtrumentum continet, quod Anno & Pontificatu *ſupraſcriptis,* die XVIII. Menſis Auguſti, *& aliis ſe-* E *quentibus, dictus Amitzinus Procurator de mane & de ſero aperuit & clauſit portas dictae Civitatis Bononienſis nomine dicti Domini Papae, Romanae Eccleſiae, & Nuntii Apoſtolici praedictorum, ad finem & effectum habendi & tenendi poſſeſſionem praedictam, multis teſtibus & Notariis ſupraſcriptis praeſentibus.*

Octavum

Octavum Inſtrumentum continet, quod Anno & Pontificatu & die ſupradictis, idem Epiſcopus Nuntius Apoſtolicus in camera ſua, qua jacebat, in domo Praedicatorum Bononiae, conſtituit Procuratorem & Nuntium ſpecialem, Johannem quondam Menalajo de Caſelio Mediolanenſis Dioeceſis, ad aperiendum & claudendum quatuor Portas ibi nominatas dictae Civitatis, tradendo ſibi claves dictarum Portarum. Qui quidem Procurator nomine Domini Papae, Romanae Eccleſiae, Nuntiique Apoſtolici praedictorum, dicta die & ſequentibus dictas Portas dictae Civitatis aperuit de mane & de ſero clauſit, ad finem tenendi, continuandi & habendi poſſeſſionem praedictam, & exercendi merum & mixtum imperium, juriſdictionemque in dicta Civitate &c. ut ſupra.

Nonum Inſtrumentum continet, quod Anno, Menſe, Die, & Pontificatu ſupradictis, Dominus Jacobus de Crepa, Praepoſitus Sancti Victoris de Maſſalbia, Mediolanenſis dioeceſis, Procurator ad claudendum &c. aliquas Portas ibi nominatas dictae Civitatis horis conſuetis, nominibus, quibus ſupra, clauſit & aperuit ad finem & effectum praedictum, Notariis & teſtibus praeſentibus, ut ſupra.

Decimum Inſtrumentum continet, quod Anno & Pontificatu praedictis, & die IV. Menſis Auguſti, idem Dominus Epiſcopus & Nuntius Apoſtolicus, intendens ad finem & effectum acquiſitionis, recuperationis, reintegrationis, & continuationis dictae poſſeſſionis ſeu quaſi & exercitii dicti meri & mixti imperii & omnimodae juriſdictionis, nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae; & pro eis perſonaliter ſe tranſtulit ad Palatium vetus Communis Bononienſis, poſitum in dicta Civitate, ubi jus redditur communiter, & merum & mixtum imperium, juriſdictioneſque regulariter exercentur, & exerceri conſueverunt. In quo Palatio, praeſente Domino Nigro de Bruxatis de Brixia pro Poteſtate Civitatis Bononienſis ſe gerente uſque ad adventum dicti Nuntii Apoſtolici & aliis Judicibus, & Officialibus, Notariis, ac multis Civibus dictae Civitatis, dictus Epiſcopus Nuntius Apoſtolicus ad bancum ſeu diſcum Urſi conſuetum, pro tribunali ſedendo, & jus partibus reddendo, plures ſententias criminales & pecuniarias, abſolutorias & condemnatorias contulit, & curatores pluribus adultis dedit, decreta interponendo, pluribus teſtibus, & quinque Notariis in fine dicti Inſtrumenti ſubſcriptis praeſentibus.

Undecimum Inſtrumentum continet, quod Anno & Pontificatu ſupradictis, die VII. dicti Menſis Auguſti, dictus Epiſcopus, Nuntius Apoſtolicus, & Nicolaus Brandoni de Saliceto Civis Bononienſis & Syndicus, exiſtentes in Caſſero, ſeu Turri principali Caſtri Sancti Johannis in Perſiceto Comitatus Bononiae, idem Nicolaus nomine Syndicario Communis & Civitatis Bononienſis, tradidit realiter & reſtituit dicto Nuntio Apoſtolico, nomine dicti Domini Papae & ſucceſſorum ſuorum & Eccleſiae Romanae, recipienti ad finem & effectum ſupradictos, poſſeſſionem, & quaſi, Caſſeri & Turris, ac totius Caſtri praedictorum, dicens quod per hoc intendebat poſſeſſionem omnium Villarum & locorum ab eodem loco dependentium, necnon meri & mixti imperii, juriſdictioniſque & ceterorum jurium eorumdem, ac etiam omnium aliorum Caſtrorum, fortalitiorum, villarum & locorum Comitatus & diſtrictus Bononienſis eidem Nuntio Apoſtolico realiter tradere & reſtituere. Cui Nuntio Apoſtolico dictus Syndicus tradidit Claves dicti Caſtri, & idem Nuntius Apoſtolicus nomine dicti Papae Petrum filium quondam Johannis

bannis de Caruciis ibi Capitaneum fecit, & Zogolino quondam Jacobi claves tradidit. Qui Capitaneus & Claviger juraverunt, bene & fideliter eorum officia nomine dicti Domini Papae facere & exercere.

Duodecimum Inſtrumentum continet, quod die IX. *dicti* Menſis Auguſti, *idem Syndicus nomine, quo ſupra, tradidit & realiter reſtituit dicto Epiſcopo Nuntio Apoſtolico, nomine dicti Domini Papae ad finem & effectum ſupradictos, & in Literis Apoſtolicis contentos, recipienti poſſeſſionem Caſtri Crevalcorii & Turris ipſius, claves ipſorum ſibi tradendo. Qui quidem Nuntius Apoſtolicus, praeſente dicto Syndico, inhibuit Capitaneo & Maſſario per dictum Commune Bononienſe deputatis antea, ne a cetero ſe intromitterent de gubernatione dicti Caſtri; ibidemque conſtituit Capitaneum & Maſſarium alios, qui jurarunt, bene & fideliter nomine dicti Domini Papae gubernare, & officia eorum exercere.*

Tertium decimum Inſtrumentum continet, quod eodem Die praedictis Epiſcopo Nuntio Apoſtolico, & Syndico Communis Bononienſis in Caſtro de Nonantula diſtrictus Bononienſis exiſtentibus, idem Syndicus nomine & ad finem, quibus ſupra, reſtituit dicto Nuntio Apoſtolico nominibus, quibus ſupra, recipienti poſſeſſionem dicti Caſtri de Nonantula, tradendo ſibi claves. Qui Nuntius Apoſtolicus prohibuit Capitaneo & Clavigero, qui antea pro Communi Bononiae gubernabant, ne a cetero ſe intromitterent. Conſtituitque alios Capitaneum & Maſſarium ſeu Clavigerum, qui jurarunt & promiſerunt, bene & fideliter nomine dicti Domini Papae cuſtodire & gubernare.

Decimumquartum Inſtrumentum continet, quod die X. *dicti* Menſis Auguſti dicti Anni, *praedictis Epiſcopo Nuntio Apoſtolico & Syndico dictae Univerſitatis Bononienſis in Caſtro Franco diſtrictus Bononienſis exiſtentibus, dictus Syndicus nomine fineque, quibus ſupra, reſtituit & realiter tradidit poſſeſſionem dicti Caſtri cum mero & mixto imperio, juriſdictione, juribuſque omnibus ejuſdem dicto Epiſcopo Nuntio Apoſtolico, nomine ac fine quibus ſupra recipienti, tradendo ſibi claves dicti Caſtri. Qui Epiſcopus Nuntius Apoſtolicus nomine dicti Domini Papae inhibuit Capitaneo & Clavigero antea per Commune Bononiae conſtituto, ne a cetero de gubernatione dicti Caſtri ſe intromitteret. Conſtituitque nomine dicti Domini Papae alios Capitaneum & Clavigerum ſeu Maſſarium. Qui jurarunt in ejus manibus bene & fideliter cuſtodire & gubernare.*

Decimumquintum Inſtrumentum continet, quod Anno, Menſe, *&* Pontificatu *ſupradictis, praefato Epiſcopo & Syndico in Caſtro de Plumatio diſtrictus Bononienſis, idem Syndicus nomine, quo ſupra, reſtituit poſſeſſionem dicti Caſtri dicto Nuntio Apoſtolico cum ſuis juribus recipienti nomine, quo ſupra, tradendo ſibi claves &c.*

Decimum ſextum Inſtrumentum continet, quod dictis Nuntio & Nicolao Syndico in Caſtro de Bazano diſtrictus Bononienſis exiſtentibus, dictus Syndicus nomine ac fine, quibus ſupra, reſtituit poſſeſſionem dicti Caſtri de Bazano dicto Epiſcopo Nuntio Apoſtolico, nomine ac fine, quibus ſupra, recipienti, tradendo ſibi claves dicti Caſtri. Qui Nuntius Apoſtolicus inhibuit Capitaneo & Clavigero antiquis, ne ulterius ſe intromitterent de gubernatione dicti Caſtri, alios de novo conſtituendo, qui in ſuis manibus jurarunt, bene & fideliter nomine dicti Domini Papae gubernare.

Deci-

A *Decimumſeptimum Inſtrumentum continet, quod* Die XII. *dicti* Menſis Auguſti, *Epiſcopo Nuntio Apoſtolico & Nicolao Syndico praedictis in Caſtello Sancti Petri Comitatus ſeu diſtrictus Bononienſis exiſtentibus, idem Syndicus nomine ac fine, quibus ſupra, reſtituit dicto Epiſcopo Nuntio Apoſtolico, nomine ac fine, quibus ſupra, recipienti,* B *poſſeſſionem dicti Caſtri & Loci cum ſuis juribus & pertinentiis omnibus, tradendo ſibi claves, quas idem Nuntius Apoſtolicus tradidit cuſtodiendas cuidam Capitaneo noviter ibi per eum conſtituto, qui juravit &c. ut ſupra. Praedicta duo Inſtrumenta ſunt ſignata & ſubſcripta manibus quatuor Notariorum.*

C *Decimumoctavum Inſtrumentum continet, quod* Die XIV. *dicti* Menſis Auguſti *dictus Epiſcopus Nuntius Apoſtolicus abſolvit Dominos Petrum de Bompetris Legum Doctorem & Paulum de Bonacultis, Bonromaeum de Seritis, & Robacontem de Panzonibus, Juriſperitos, Cives Bononienſes, petentes humiliter a ſententiis, quas incurrerant in* D *proceſſibus contra eos & alios Cives Bononienſes per* Dominum Johannem Papam XXII. & Dominum Bertrandum Epiſcopum Oſtienſem *Legatum factis, ſeu aliàs quovis modo, de quibus in Literis Apoſtolicis praefati* Domini Benedicti Papae XII. *mentio habetur, impoſitâ eis poenitentiâ ſalutari, & praeſtito juramento de parendo mandatis* E *ſanctae matris Eccleſiae. Et nihilominus idem Nuntius Apoſtolicus nomine dicti Domini Papae ſupradictos conſtituit & creavit Judices Appellationum Civitatis Bononienſis. Qui jurarunt ad ſancta Dei Euangelia, dicta Officia pro dicto Domino Papa & Romana Eccleſia bene & fideliter regere & exercere. Quod Inſtrumentum eſt ſignatum & ſubſcriptum manu trium Notariorum.*

Decimumnonum & ultimum Inſtrumentum dicti rotuli continet, quod Anno, Menſe, Die, & Pontificatu *praedictis, Dominus Niger de Bruxatis de Brixia Miles, qui ſe geſſerat & gerebat pro Poteſtate dictae Civitatis Bononiae, petiit humiliter ſe abſolvi a ſententiis in dictis proceſſibus contentis per dictum Epiſcopum Nuntium Apoſtolicum: attento quod poſſeſſionem Comitatus & diſtrictus Bononienſis, omniumque jurium & pertinentiarum earumdem recuperaverat. Quem dictus Nuntius Apoſtolicus abſolvit injunctâ poenitentiâ ſalutari, & recepto juramento, ut ſupra; eidem expreſſe inhibendo, ne a cetero exerceret Officium Poteſtatis dictae Civitatis. Cui inhibitioni praedictus Miles humiliter acquievit. De quibus omnibus dictus Epiſcopus Nuntius Apoſtolicus praecepit fieri publicum Inſtrumentum: quod fuit factum & ſignatum manibus trium Notariorum. Dictuſque rotulus ſupradictas Literas & Inſtrumenta continens, fuit ſigillo dicti Domini Epiſcopi Cumani Nuntii Apoſtolici ſigillatus.*

Item unum aliud Inſtrumentum ſigillatum quodam magno ſigillo impendenti, continens, quod Dominus Bertrandus Epiſcopus Nuntius Apoſtolicus *praedictus tradidit regimen & gubernationem Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis, Domino Thaddaeo de Pepulis Civi & Doctori Bononienſi ad triennium, prout a* Domino Papa Benedicto XII. *receperat in mandatis, recepto prius juramento, prout in dicto Inſtrumento continetur. facto.* Actum in Eccleſia Bononienſi, Anno Domini MCCCXL. die XXI. Menſe Auguſto, Pontificatus ſui Anno VI.

Item Inſtrumentum continens, quomodo Dominus Bertrandus Epiſcopus Cumanus Nuntius Apoſtolicus *tradidit claves Portarum Civitatis Bononiae,*

A *Jacobo de Grepa Praepoſito de Maſſalia Mediolanenſis dioeceſis, conſtituendo ipſum Procuratorem ad tradendum dictas Claves Domino Thaddaeo de Pepulis, Gubernatori dictae Civitatis per ipſum Nuntium Apoſtolicum nomine & mandato dicti Domini Papae, Eccleſiaeque Romanae conſtituto.* Datum Bononiae Anno Domini MCCCXL. die XXI. Auguſti, Pontificatus Domini Bene- B dicti Anno VI.

Item quoddam aliud Inſtrumentum publicum, manu trium Notariorum ſubſcriptum & ſignatum, continens qualiter Dominus Thaddaeus de Pepulis Legum Doctor, Civis Bononienſis, ratione adminiſtrationis jurium Fiſcalium Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononiae, ad Eccleſiam Romanam pertinen- C *tium, per* Dominum Clementem Papam VI. *ad triennium ſibi commiſſae, in manibus Domini Stephani Boverii in Provincia Romandiolae Theſaurarii pro dicto Domino Papa & Eccleſia Romana recipienti, juramentum fidelitatis praeſtitit.* Actum Bononiae Anno Domini MCCCXLII. die ultima Menſis Novembris, Pontificatus ſui D Anno I.

Item ſunt tria Inſtrumenta in unâ pelle pergamenâ ſcripta, continentia emtionem factam per Dominum Manuelem Epiſcopum Vercellenſem *a Thomaſino de Plantavignis & filiis ſuis de podere cujuſdam terrae, prati, vineae, ac domibus ſitis in Contrata de Sapina juxta flumen Sapinae in Comi-* E *tatu Bononienſi.* Actum Bononiae Anno Domini MCCCXLV. die XXII. Aprilis.

Item Inſtrumentum emtionis factae per Fratrem Petrum Poenitentiarium Domini Papae Procuratorem, nomine dicti Domini Epiſcopi a Thoma & Matthaeo de Blanchicis tutoribus Donati de Blanchicis, de quodam Prato, ſito in loco de Chaſano in diſtrictu Bononienſi. Actum Anno Domini MCCCXLVI. die XIV. Januarii.

Item aliud Inſtrumentum emtionis factae per Fratrem Petrum Procuratorem nomine dicti Domini Epiſcopi a Mino de Guaſtavillanis de quadam domo ſita in Burgo Peradelli Bononienſis. Actum Bononiae Anno Domini MCCCXLVI. die XVII. Januarii.

Item aliud Inſtrumentum traditae poſſeſſionis corporalis domus ſitae in Burgo Peradelli, Procuratori dicti Epiſcopi Vercellenſis, a Mino de Guaſtavillanis emtae & acquiſitae. Actum in Comitatu Bononienſi, Anno Domini MCCCXLVI. die XXI. Martii.

Item Inſtrumentum emtionis viridarii & logiae prope domum emtam per Epiſcopum Vercellenſem in Burgo Peradelli Civitatis Bononiae pro Eccleſia Romana. Datum Bononiae Anno Domini MCCCXLVII. die X. Menſis Maji.

Item tria Inſtrumenta emtionis clauſurae de Sapina factae ultimo per Dominum Manuelem Epiſcopum Vercellenſem Comitemque *a Matthaeo de Plantavignis & ſuis fratribus, & de duabus petiis terrae, ſitis in Curia Sancti Johannis in Tinario Comitatus Bononiae in Contrata Sapinae.* Datum Bononiae Anno Domini MCCCXLVII. die XVI. Menſis Octobris.

Item unum tranſumtum authenticum trium legatorum per Dominum Bertrandum Cardinalem Epiſcopum Oſtienſem *relictorum, videlicet de quodam Hoſpitio per ipſum empto prope Sanctum Paulum Bononiae, quod legavit Scholaribus per Epiſcopum Avenionenſem ibidem mittendis & tenendis. Item de quodam alio Hoſpitio per ipſum emto Bononiae in Burgo Ricl.o, quod legavit pauperibus, ibidem per ipſum ordinatis, qui de reditibus confiſcatis habe-*

haberent vivere. Item de quodam alio Hoſpitio, in quo ipſe fecit plura aedificia, ſituato prope Eccleſiam Sanctae Mariae Majoris, quod fuit quondam Alberti Cognoſcentis, quod legavit ſanctae Romanae Eccleſiae in ſuo ultimo teſtamento. Datum Bononiae Anno Domini MCCCLII. die XXIV. Menſis . . . . . .

A

Item eſt Inſtrumentum Procuratorii conſtituti per Johannem Archiepiſcopum Mediolanenſem *ad reſtituendum poſſeſſionem Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis, & quarumdam aliarum Civitatum & Terrarum Eccleſiae Romanae, ab eo & Nepotibus ſuis in partibus Romandiolae tyrannice occupatarum, Domino Papae ſeu ejus Nuntiis Apoſtolicis.* Datum . . . . Anno Domini MCCCLII. die XXVIII. Menſis Auguſti.

B

Eſt alter rotulus factus Bononiae Anno Domini MCCCLII. Indictione V. die VI. Menſis Septembris, Pontificatus Domini Clementis Papae VI. Anno XI. *ſuper reſtitutione & reintegratione Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononiae, & quorumdam aliorum Caſtrorum, Civitatum, & Villarum in partibus Romandiolae, per* Dominum Johannem Archiepiſcopum Mediolanenſem *quondam, & nobiles viros* Matthaeum, Bernabovem, & Galeatium de Vicecomitibus, *Milites Mediolanenſes, ipſius Archiepiſcopi Nepotes, occupatorum & per vim detentorum, Dominis Guillermo Abbati Monaſterii Sancti Germani Autiſiodorenſis, & Azoni de Regio, Decano Eccleſiae Aquilejenſis, Legum Doctori, Nuntiis Apoſtolicis, per Guillermum de Armondis Civem Parmenſem, Legum Doctorem, & Johannem de Silva de Sanctomate, Laicum Lucanae dioeceſis, Procuratores dictorum Archiepiſcopi & ejus Nepotum, factâ, continens ſuper proceſſu dictae reſtitutionis viginti publica Inſtrumenta.*

C

Primo namque occupatis & vi armorum detentis aliquamdiu per dictum Archiepiſcopum & ejus Nepotes Civitate, Comitatu, & diſtrictu Bononiae, cum Caſtris, Villis, & pertinentiis eorumdem, ac quibuſdam aliis Civitatibus, Caſtris, Villis, in partibus Romandiolae, ad Eccleſiam Romanam ſpectantibus, factiſque proceſſibus & multis ſententiis atque poenis contra dictos Archiepiſcopum & ejus Nepotes per dictum Dominum Clementem Papam VI. *latis & promulgatis, Archiepiſcopus & Nepotes praedicti ad dictum Dominum Papam Avenione Guillermum de Armondis Civem Parmenſem, Legum Doctorem, & Johannem de Sanctomate, Laicum Lucanae dioeceſis, Procuratores & Nuntios ſpecialiter deſtinarunt. Qui tractatu habito ſuper multis Capitulis, in quadam Litera Apoſtolica cum chordula canapis bullata dicti Domini Clementis Papae VI. exſequutoria, directa dictis Dominis Guillermo Abbati & Azoni de Regio, Nuntiis Apoſtolicis, ſuper receptione & reintegratione dictorum Civitatum, Comitatus, & Caſtrorum contentorum, prout plenius reperitur, recognoſcentes nomine procuratorio, quo ſupra, quod Civitas, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis, necnon Caſtra & loca Comitatus Imolenſis in partibus Romandiolae, per Archiepiſcopum & Nepotes praedictos occupata & detenta, ad dictum Dominum Papam & Romanam Eccleſiam pleno jure ſpectabant, poſſeſſionemque praedictorum dicti Procuratores nomine, quo ſupra, eidem Domino Papae pro ſe, & ſucceſſorum ſuorum, ac Eccleſiae Romanae nomine recipienti, quantum in abſentia potuerunt, libere reſtituerunt. Promittentes, ac ſe obligantes ſolemniter, poſſeſſionem praedictorum realiter reſtituere, ſeu reſtitui facere*

D

E

facere illis, quos dictus Dominus Papa Bononiae deſtinaret. Super quibus exſequendis & adimplendis dicti Domini Abbas & Decanus, Nuntii Apoſtolici, Bononiam deſtinati ac recepti honorifice p r Bononienſes fuerunt.

Die *verò* VI. *dicti* Menſis Septembris *antedictâ, nomine dicti Domini Papae, Bononienſes certos Praecones creaverunt. Qui jurarunt, proclamatio nes, praecepta, ac bannimenta quaecumque, eis per dictos duos Nuntios Apoſtolicos committenda, fideliter facere. Qui de mandato eorum in locis & vicis conſuetis per Civitatem Bononiae praeconizarunt, quod omnes de ſolemni Conſilio dictae Civitatis Bononiae ſe in craſtinum praeſentarent, dum audirent campanam Conſilii in Palatio veteri ipſius Civitatis, ad audiendum ea, quae dicti Domini Nuntii Apoſtolici ex parte Domini Papae eis propalarent. Qui Nuntii Apoſtolici, in craſtinum congregatis in unum in Palatio veteri Bononiae vocibus Praeconum & ſono campanarum ſolemniter omnibus Antianis, Conſulibus, & Conſiliariis Communis, Univerſitatis, & Populi Bononienſis, quorum nomina in ſecundo Inſtrumento dicti rotuli ſunt deſcripta, qui erant, prout dicebant, & repraeſentabant pluſquam duas partes Conſiliariorum eorumdem Communis & Populi Bononiae ad generale & ſolemne Conſilium faciendum, ibidem coram dictis Antianis, Conſulibus & Conſiliariis, ac Nobilibus viris Dominis Bernardo de Anguiſolis de Placentia Milite pro Poteſtate, ac Johanne de Angelio pro Capitaneo Civitatis praefatae ſe gerentibus & conſentientibus, dictas Literas Apoſtolicas legi fecerunt altâ voce & intelligibili, omnia & ſingula in dictis Literis contenta, iidem Domini Nuntii Apoſtolici tam per ſe ipſos quàm per dictum Ser Thaddaeum, ut eorumdem organum, Latino & Vulgari ſermone exprimendo. Quibus Literis lectis, Dominus Guillermus de Armondis Procurator & procuratorio nomine dicti Domini Archiepiſcopi Mediolanenſis, & praedicti Domini Bernardi de Anguiſolis Militis, & Johannis de Angelio pro poteſtate & Capitaneo, ante adventum dictorum Dominorum Nuntiorum ſe gerentes, in quantum ad eoſdem pertinebat & pertinere poterat, ibidem praeſentibus omnibus Antianis, Conſulibus, & Conſiliariis ſupradictis, ac ipſis plenum Conſilium facientibus, recognoverunt dictis Nuntiis Apoſtolicis, nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae recipientibus, praedictum Dominum Clementem Papam VI. & Romanam Eccleſiam fuiſſe & eſſe veros Dominos Civitatis & Comitatus & diſtrictus Bononienſis; & ipſos & eorum Succeſſores pro eorum veris Dominis in perpetuum tenebunt, dictamque Civitatem, Comitatum, & diſtrictum, eorumque verum dominium, merum & mixtum imperium, & omnimodam juriſdictionem ad ipſum Dominum Papam ac ſucceſſores ſuos & Romanam Eccleſiam pertinuiſſe ac pertinere nunc & in perpetuum. Quibus ſic actis dictus Guillermus de Armundis nomine, quo ſupra, tradidit & reſtituit realiter poſſeſſionem Civitatis & Comitatus Bononienſis, quos occupaverat Archiepiſcopus Mediolanenſis praedictus; Claves Palatii & dictae Civitatis Bononiae eiſdem Nuntiis Apoſtolicis manualiter tradendo in ſignum reſtitutionis & reparationis praemiſſorum. Conſentiens & volens dictus Procurator nomine, quo ſupra, quod dicti Nuntii Apoſtolici proclamationes & bannimenta omnia, merum & mixtum imperium, ac juriſdictionem omnimodam in Civitate, Comitatu, & diſtrictu Bononiae praedictis, nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae exercendo,*

fieri

ſieri ſaciant. Proteſtans etiam & volens dictus Procurator per traditionem hujuſmodi clavium, poſſeſſionem ſeu quaſi Caſtrorum, Villarum, Comitatus, & diſtrictus Bononienſis cum omnibus juribus eorum dictis Nuntiis Apoſtolicis, nomine, quo ſupra, tradere & reſtituere. Qui quidem Nuntii Apoſtolici cum dictis clavibus per ſe & alios ab eis conſtitutos nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae, aperuerunt, clauſerunt, aperiri & claudi, praeſente & conſentiente Procuratore dicti Archiepiſcopi Mediolanenſis, fecerunt, plures Procuratores ad haec facienda in futurum conſtituendo. Qui praemiſſa poſtmodum exſequuti fuerunt, prout in ſecundo Inſtrumento dicti rotuli, manu quatuor Notariorum ſubſcriptorum ſignato, plenius continetur.

In tertio Inſtrumento dicti rotuli continetur, quod conſtitutis per dictos Nuntios Apoſtolicos certis Procuratoribus citra revocationem aliorum ad recipiendum & claudendum Portas dictae Civitatis Bononiae, dicti Domini Nuntii Apoſtolici praeceperunt Praeconibus per eos conſtitutis, quod ex parte dicti Domini Papae, Eccleſiaeque Romanae, & Nuntiorum praedictorum, * proclamaret per Civitatem Bononiae in locis conſuetis, quod omnes banniti de Civitate propter homicidium, necnon latrones, & omnes infamatae perſonae in continenti de Civitate & Comitatu totaliter recederent ſub certis poenis. Et quod nullus eos receptaret, nec arma portaret eundo de nocte per Civitatem praedictam. Multiſque condemnatis in certis pecuniarum ſummis, poenas & ſententias praedictas remittendo, a carceribus, in quibus dicti condemnati capti detinebantur, eoſdem relaxando. Et claves Palatii veteris Bononiae & Turris Palatio certo Civi Bononiae tradiderunt, ipſum conſtituendo Torrexanum & Campanarium, ad pulſandum ad Conſilium Communis * Boniae, quoties opus eſſet. Qui juravit, dictum officium legaliter exercere, ut in dicto Inſtrumento manu quatuor Notariorum * plenui continetur.

In quarto verò Inſtrumento effectualiter continetur, quod conſtitutis certis Procuratoribus ad aperiendum & claudendum Portas dictae Civitatis Bononiae, dicti Domini Nuntii Apoſtolici multis adultis, hoc petentibus, Curatores dederunt, decretum & auctoritatem judiciariam in Palatio veteri pro tribunali ſedentes interponendo. Nomineque dicti Domini Papae, unum Clericum in dicto Palatio detentum ad Curiam Epiſcopalem remiſerunt. Praemiſſa pro exercitio meri & mixti imperii ac juriſdictiones omnimodae, nomine dicti Domini noſtri Papae, & ad finem recuperationis & poſſeſſionis plenariae praedictorum fecerunt, ut in dicto Inſtrumento, manu quatuor Notariorum ſubſcriptorum ſignato, plenius continetur.

In quinto Inſtrumento effectualiter continetur, quod Anno Menſe, & Pontificatu ſupradictis, die XI. ſupradicti Menſis Septembris, dicti Domini Nuntii Apoſtolici in Palatio veteri Bononiae exiſtentes, juſque reddendo omnibus conquerentibus, ſedentes pro tribunali, ad finem & effectum ſupradictos, plures ſententias condemnatorias, abſolutorias, & declaratorias, nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae protulerunt, praeſentibus multis teſtibus & quatuor Notariis in fine ſubſcriptis.

In ſexto Inſtrumento continetur effectualiter, quod Anno, Menſe, Die, & Pontificatu praedictis, factis praeconizationibus in locis conſuetis per Praecones Civitatis Bononiae de mandato dictorum Nuntiorum Apoſtolicorum, quod omnes de generali & ſolemni Conſilio dictae Civitatis ſe congregarent in Palatio

latio veteri, dum audirent Campanam pulſari pro Conſilio de ſequenti ad audiendum eis proponenda ex parte dicti Domini Papae per dictos Nuntios Apoſtolicos ſub poena XX. Solidorum pro quolibet eorum deficiente. Et clauſis januis de ſero, & apertis de mane per Procuratores ab eiſdem Nuntiis Apoſtolicis conſtitutos, congregatoque Conſilio ſolemni in dicto Palatio, iidem Nuntii Apoſtolici ex parte Domini Papae, latino & vulgari ſermone legerunt & expoſuerunt formam juramenti fidelitatis a pluribus Civibus majoribus dictae Civitatis, eiſdem Nuntiis requirentibus & recipientibus nomine dicti Domini Papae, corporaliter praeſtiti. Quorum nomina in dicto Inſtrumento ſunt deſcripta. Quo juramento praeſtito dicti Domini Nuntii Apoſtolici diſponentes ire extra Civitatem, nomine dicti Domini Papae conſtituerunt Dominos Johannem de Eulogio, & Bernardum de Anguiſolis Milites, & Stephanum de Brixia Legum Doctorem, Poteſtatem, Capitaneum, & Vicarium dictae Civitatis, ad finem & effectum ſupradictos, ut in dicto Inſtrumento manu quatuor Notariorum ſubſcripto continetur.

In ſeptimo Inſtrumento continetur effectualiter, quod Anno & Pontificatu *ſupradictis*, die XIII. Menſis Septembris, *dictus Dominus Guillermus de Armondis, Procurator & nomine procuratorio dicti* Domini Johannis Archiepiſcopi Mediolanenſis *dictis Dominis Nuntiis Apoſtolicis exiſtentibus in Caſtro ſeu Turri principali Caſtri Sancti Johannis in Perſiceto Comitatus Bononienſis, poſſeſſionem dicti Caſtri realiter reſtituit & tradidit cum mero & mixto imperio, ad juriſdictionem ejuſdem claves dicti Caſtri eiſdem Nuntiis Apoſtolicis nomine dicti Domini Papae tradendo. Qui dictas claves certo Capitaneo una cum dicto caſtro in cuſtodiam*

A *tradiderunt. Eodem modo de caſtro, quod vocatur Crevalcorium, & de caſtro de Nonantula, & de Caſtro Franco, & de caſtro de Plumatio, & de caſtro Sancti Petri Comitatus & diſtrictus Bononienſis, cum juribus &. pertinentiis omnibus dictorum caſtrorum. In quo quidem caſtro Sancti Petri dicti Domini Nuntii, nomine praefati Domini Papae a multis hominibus ſacramentum fidelitatis receperunt; quorum nomina in dicto Inſtrumento manu quatuor Notariorum ſubſcripto & ſignato ſunt deſcripta.*

B

Deinde in dicto rotulo ſequitur Inſtrumentum procurationis dicti Domini Guillermi de Armondis, Procuratoris Archiepiſcopi Mediolanenſis praefati.

C

Poſt quae Anno & Pontificatu *ſupradictis*, die XXV. Menſis Octobris, *dictis Dominis Nuntiis Apoſtolicis in Caſtro ſeu loco de Cazali Flunianenſi Comitatus Imolae exiſtentibus, dictus Dominus Guillermus de Armondis procuratorio nomine, quo ſupra, reſtituit, & tradidit realiter poſſeſſionem dicti Caſtri cum juribus & pertinentiis ſuis omnibus, claves dicti Caſtri eiſdem Nuntiis, nomine dicti Domini Papae recipientibus, tradendo, dicens dictus Procurator, quod per reſtitutionem hujuſmodi, poſſeſſionem & traditionem clavium dicti Caſtri volebat tradere, & tradebat, in quantum poterat, poſſeſſionem & claves omnium Caſtrorum, Locorum, & Villarum Comitatus Imolae, & aliorum conſiſtentium in partibus Romandiolae, cum juribus & pertinentiis eorum omnibus, dictis Dominis Nuntiis Apoſtolicis, nomine Domini Papae praefati Eccleſiae Romanae, ad finem & effectum recuperationis & retentionis poſſeſſionis omnium praedictorum recipientibus & retinentibus. Eodem modo de Caſtro de Cornaria. Eadem* die XXV. Menſis *ſupradicti* Octobris, *dicti Domini*

D

E

mini

mini Nuntii Apoſtolici nomine dicti Domini Papae, conſtituerunt Dominum Aymericum Epiſcopum Boſanenſem *provinciae Romandiolae Vicerectorem, &* *Bernardum de Arcellaria, Procuratores ad recipiendum nomine Domini Papae, Eccleſiae Romanae ac Nuntiorum praedictorum, poſſeſſionem & quaſi omnium Caſtrorum, Villarum, Terrarum, & Locorum per dictum Archiepiſcopum Mediolanenſem in partibus Romandiolae occupatorum. Dictus verò Dominus Guillermus de Armondis Procurator & nomine procuratorio, quo ſupra, ſubſtituit Procuratorem Volupum de Mantua, ad reſtituendum dictis Dominis Nuntiis Apoſtolicis poſſeſſionem Caſtrorum, Terrarum, Villarum, & Locorum ad dictum Dominum Papam & Romanam Eccleſiam pertinentium, per dictum Archiepiſcopum in partibus Romandiolae occupatorum. Qui quidem Volupus Procurator ſubſtitutus dicto Domino Aymerico Epiſcopo Boſanenſi nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae recipienti, reſtituit poſſeſſionem Caſtri Fontis Ilicis Comitatus Imolae cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, claves Portarum dicti Caſtri in ſignum reſtitutionis plenariae ſibi tradendo. Eodem modo de Caſtro vocato Maſsâ Lombardorum. Eodem modo de Caſtro Ducia Comitatus Imolenſis, cum omnibus juribus & pertinentiis eorum. Qui quidem Dominus Epiſcopus Boſanenſis, nomine dicti Papae & Eccleſiae Romanae & Dominorum Nuntiorum Apoſtolicorum, a Maſſariis, Conſulibus, Syndicis, & hominibus ſingularibus dictorum Caſtrorum, juramentum fidelitatis cum omnibus ſuis clauſulis recepit ad finem & effectum ſupradictos. Et ibidem praefati Domini Nuntii Apoſtolici aſſerentes ſe recepiſſe & habuiſſe poſſeſſionem Caſtrorum de Cazali, & de Cornaria dicti Comitatus Imolenſis realiter, & per ea dictus Dominus Guillermus de Armondis Procurator dicti Domini Archiepiſcopi Mediolanenſis dixit, & voluit expreſſe ceterorum locorum & Caſtrorum in partibus Romandiolae conſiſtentium, ad Romanam Eccleſiam ſpectantium, per dictum Archiepiſcopum occupatorum, ſeu ejus nomine & favore, poſſeſſionem, & quaſi, dictis Nuntiis Apoſtolicis ſe velle tradere. Et tradidit cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis. Quae Caſtra & loca dicti Nuntii Apoſtolici dicto Epiſcopo Boſanenſi ex parte dicti Domini Papae cuſtodienda & regenda commiſerunt, ut in Inſtrumento, manu quatuor Notariorum ſubſcriptorum ſignato plenius continetur.*

In decimo Inſtrumento continetur effectualiter, licèt ſit valde inde prolixum, quod Anno & Pontificatu *ſupradictis*, die XXVI. Menſis Novembris, *impoſitâ per dictos Dominos Nuntios Apoſtolicos, ex commiſſione eis datâ, dicto Domino Archiepiſcopo humiliter hoc petenti, poenitentiâ ſalutari, ut infra annum fundaret unam Capellam in Civitate Bononiae ſub honore & titulo beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, eam de quinquaginta Florenis annuis dotando, dictus Archiepiſcopus ratificavit reſtitutiones Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Bononiae, & aliorum Caſtrorum & Villarum, in partibus Romandiolae conſiſtentium, juriumque eorum omnium, ad Eccleſiam Romanam ſpectantium, per Procuratores ſuos eiſdem Dominis Nuntiis Apoſtolicis, nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae recipientibus, factas, ratas, & gratas habuit. Nec non recognovit Caſtrum de Monte Finium, & alia Caſtra & Terras Comitatus Imolae, per ipſum Archiepiſcopum & gentes ſuas occupatas, ad dictam Romanam Eccleſiam pertinere. Qui quidem Domini Nuntii Apoſtolici eidem Archiepiſcopo*

ſcopo Civitatem, Comitatum, & diſtrictum Bononiae praedictos regendos & gubernandos ſecundùm tenorem Literarum Apoſtolicarum, ſuper conceſſione Vicariatus dicti Archiepiſcopi confectarum, commiſerunt & aſſignaverunt. Quae Literae Apoſtolicae ibidem ſunt deſcriptae. In quibus quidem Literis Apoſtolicis inter cetera continetur, quod dictus Archiepiſcopus & Nepotes ſui, in dictis Literis nominati quamdiu dictus Vicariatus duraret, annis ſingulis ſolvere promiſerunt pro Cenſu Civitatis, Comitatus, & diſtrictus praedictorum, duodecim millia Florenorum de Florentia dicto Domino Papae & ſucceſſoribus ſuis in Romana Curia, ubicumque fuerint, ſeu Collegio Dominorum Cardinalium, Apoſtolica Sede vacante: medietatem in feſto beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & reliquam medietatem in Nativitate Chriſti, eorum periculis & expenſis. Necnon trecentos equites bene armatos in ſervitio dicti Domini noſtri Papae & Eccleſiae Romanae, quatuor menſibus ſingulorum annorum, pro defenſione ſeu recuperatione Terrarum Eccleſiae Romanae, quum requiſiti fuerint, expenſis ſuis propriis tenere promiſerunt, ut in dictis Literis Apoſtolicis dicti Vicariatus; cum juramentis fidelitatis per dictum Archiepiſcopum & ejus Nepotes eidem Domino Papae & Eccleſiae Romanae, ac praedictis Nuntiis Apoſtolicis eorum nomine recipientibus. Et cum multis aliis capitulis, & eorum procuratoriis & obligationibus, quae hìc narrari longum eſſet, & in dicto Inſtrumento, manu quatuor Notariorum ſubſcriptorum ſignato, plenius continetur.

In ultimo Inſtrumento dicti rotuli, manu duorum Notariorum ſubſcripto & ſignato, continetur in effectu, quod Anno & Pontificatu *praedictis, &* die III. Menſis Octobris, *praedictis Dominis Nuntiis Apoſtolicis, nomine dicti Domini Papae & Eccleſiae Romanae recipientibus* Dominus Matthaeus de Vicecomitibus Miles, *nepoſque dicti Domini Archiepiſcopi Mediolanenſis, ſacramentum fidelitatis praeſtitit. Et nihilominus recognovit fortalitia & Arces Caſtrorum Maſſae Lombardorum, & Duciae, Flagnani, Valmajoris, & Plancaldoni, in partibus Romandiolae conſiſtentibus, quae olim tenebantur per Dominos Jacobum & Johannem de Pepulis, dum regebant Civitatem & Comitatum Bononiae, nomine Domini noſtri Papae, ad dictum Dominum Papam & Eccleſiam Romanam pertinuiſſe & pertinere. Quae promiſit fideliter cuſtodire. Et finito Vicariatu, dicto Domino Papae reſtituere & Eccleſiae Romanae, & Succeſſoribus dicti Domini Papae ſolemniter ad vices Curiae & Camerae Apoſtolicae, ipſiuſque Domini Camerarii, & ejus Auditorum, ſe obligando, pro ut dictus Archiepiſcopus & alii Nepotes ſui recognoverunt, & fideliter jurarunt. In quo rotulo viginti duo pelles pergamenae continentur.*

Item aliud Inſtrumentum ſubſtitutionis Volupi de Mantua per Guillermum de Arimondis de Parma, Legum Doctorem, Procuratorem Reverendi quondam Johannis Archiepiſcopi Mediolanenſis, *ad tradendam & reſtituendam poſſeſſionem quorumdam Caſtrorum Comitatus Bononiae, & in partibus Romandiolae, Reverendo Patri Domino Guillermo Abbati Monaſterii Sancti Germani Autiſſiodorenſis, & Azoni de Regio, Nuntiis Apoſtolicis antedictis factam.* Actum in Caſtro Cornariae Comitatus Imolae, Anno Domini MCCCLII. die XXVI. Menſis Octobris.

Item eſt aliud Inſtrumentum poſſeſſionis cujuſdam Hoſpitii de Bononia adeptae per dictum Reverendum Dominum Guillermum Abbatem Sancti Germani Autiſ-

Antiſsiodorenſis. Quod Hoſpitium legavit Eccleſiae Romanae Dominus bonae memoriae Epiſcopus Oſtienſis, dudum in Bononia pro dicta Eccleſia Romana Legatus. Actum Bononiae, Anno Domini MCCCLII. die IX. Novembris, Pontificatus Domini Clementis Papae VI. Anno XI.

Item eſt alia Litera bullâ cum filis ſericis ad perpetuam rei memoriam bullata, continens proceſſus, ſententias, poenas, & citationes per ſanctiſſimum Dominum Urbanum Papam V. *contra* Bernabovem de Mediolano *factas, latas, ac promulgatas, & ſpecialiter ad audiendum ſententiam ſuper certis Capitulis, Fidem Catholicam tangentibus.* Datum Avenione IV. Calendas Decembris, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item Litera bullata, continens qualiter Dominus Urbanus Papa V. *mandavit Archiepiſcopis, & aliis Eccleſiae Praelatis, ut monitiones, ſententias, atque proceſſus per* Dominum Innocentium Papam VI. *praedeceſſorem ſuum factos contra* Bernabovem de Vicecomitibus *Mediolanenſem publicent & exſequantur.*

*Item Litera bullata, directa Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis & ceteris Eccleſiarum * Praealtis, ut haberent publicare ſententias atque poenas, per* Dominum Urbanum Papam V. *ſuper proceſſibus factis contra* Bernabovem de Vicecomitibus *Civem Mediolanenſem latas. In quibus ipſe Bernabos condemnatus haereticus & declaratus per dictum Dominum Urbanum in Conſiſtorio publico exſtitit.* Datum Avenione XVII. Calendas Aprilis, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item Litera bullata, directa Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Eccleſiarum Praelatis, ut haberent publicare ſententias & proceſſus per Dominum Urbanum Papam V. *ſuper proceſſibus factis contra* Bernabovem de Vicecomitibus *Civem Mediolanenſem latas.* Datum Avenione XVII. Calendas Aprilis, Pontificatus ſui Anno Primo.

Item eſt alia Litera bullata, ad futuram rei memoriam, continens ſententias, poenas, ac proceſſus, latas atque factas per Dominum Urbanum Papam V. *contra fautores Bernabovis de Vicecomitibus, per eumdem Dominum Urbanum Papam condemnati in haereticum.* Datum Avenione, IV. Nonas Maji, Pontificatus ſui Anno Primo.

„ De Ferraria.

E*T primo unus Sexternus, in pergameno ſcriptus & tabellionatus, continens inquiſitiones factas contra* Franciſcum Marchionem Eſtenſem, *& nonnullos alios ſuos complices, contra Eccleſiam Romanam machinantes, volentes ſibi applicare Civitatem Ferrariae, ad Romanam Eccleſiam pertinentem, ſub* Datâ Anno Domini MCCCXII. die VII. Menſis Octobris.

Item alius Sexternus, in pergameno ſcriptus & tabellionatus, continens pacta & conventiones initas inter Populum & Commune Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Ferrarienſis ex una parte, ac Commune & Populum Civitatis & diſtrictus Venetiarum ex altera parte, tempore Domini Clementis Papae V. *Nec non quaſdam inquiſitiones contra Marchionem Eſtenſem factas.*

Litera Domini Cardinalis de Pelagrua ſuper electione Legati, & auctoritate praeſtita pro Ambaxiatoribus pro Ferraria tranſmittendis ad Dominum Clementem Papam V. *ſub* Anno Domini MCCCIX. & die XX. Menſis Octobris.

Item unum aliud Inſtrumentum, manu duorum Notariorum ſubſcriptum & ſigna-

ſignatum, continens qualiter nobilis vir Aldebrandinus Marchio Eſtenſis *vendidit, donavit, & tradidit* Domino Johanni Papae XXII. *pro ſe & ſancta Romana Eccleſia recipienti, Caſtra, Villas, Domos, Palatia, Caſamenta, territoria, nemora, valles, Salinas, Pedagia, Paſſagia, ſuis finibus limitata, necnon Vaſſallos, Feuda, jura, juriſdictiones, homines de Maſnata, ſeu ſervos ac manentes cum eorum liberis & famulis, quae habebat & habere poterat in Civitatibus, Comitatibus & diſtrictibus Ferrarienſi & Ravennatenſi. Quae omnia in hoc Inſtrumento plenius ſunt deſcripta. Pretio & nomine quadraginta millium Florenorum auri, quos realiter confeſſus fuit ſe recepiſſe*. Datum Avenione, Anno Domini MCCCXX. Quarto Calendas Januarii, Pontificatus dicti Domini Johannis Papae XXII. Anno IV.

Item unus magnus proceſſus bullatus, factus per Dominum Johannem Papam XXII. *contra Marchiones Eſtenſes & Commune Ferrariae, rebellantes dictam Civitatem & Comitatum Ferrarienſem contra Romanam Eccleſiam, ad quam ſpectat pleno jure*. Datum Avenione VII. Idus Maji, Pontificatus ſui Anno IV.

Item alia Litera bullata bullâ Domini Johannis Papae XXII. *in filo canapis, directa Epiſcopo Bononienſi & Collegio ſuo, quod habeant publicare & exſequi praedictos proceſſus; per eumdem Dominum Papam factos, in his & aliis Literis ſuperius deſcriptis contentos, contra Marchionem Eſtenſem & cives Ferrarienſes, qui rebellaverant contra Eccleſiam Romanam Comitatum & Civitatem Ferrarienſem*. Datum Avenione, III. Idus Maji Pontificatus dicti Domini Papae Anno IV.

Item Inſtrumentum aliud, continens recognitionem, promiſſiones, obligationes & juramenta fidelitatis & ſecuritatis, facta & praeſtita per Oppizonem Marchionem Eſtenſem *ſuo &* Raynaldi fratris ſui *nomine*, Domino Bertrando Oſtienſi & Velletrenſi Epiſcopo, *Apoſtolicae Sedis Legato, pro Romana Eccleſia recipienti, quando eis conceſſit in Vicariatum Civitatem Ferrarienſem, Comitatum & diſtrictum, ad decennium per eos gubernandos nomine Romanae Eccleſiae, ſub Cenſu annuo decem millium Florenorum, eidem Eccleſiae Romanae ſolvendorum: & pro reſtitutione Civitatis, Comitatus, & diſtrictus praedictorum poſtea dicto decennio finito, per eos Romanae Eccleſiae facienda*. Datum Bononiae Anno MCCCXXXII. die XII. Januarii, Pontificatus dicti Domini Johannis Papae XXII. Anno XVII.

Item aliud Inſtrumentum ſigillatum, continens Syndicatum Communis Comacli ad proſequendum Vicariatum Civitatis & Comitatus Ferrarienſis, conferendum Obizoni *Marchioni Eſtenſi*. Datum Comacli die VIII. Julii Anno Domini MCCCXLIV.

Item unum aliud Inſtrumentum, continens procuratorium Civitatis Adriae ad proſequendum Vicariatum Ferrarienſem, conferendum dicto Obizoni Eſtenſi Marchioni *per* Dominum Clementem Papam VI. Datum Adriae die VI. Julii, Anno Domini MCCCXLIV.

Incipit rotulus, in quo ſunt plura Inſtrumenta, prout a tergo ſcriptum & rubricatum eſt. Super reſtitutione facta Eccleſiae Romanae de Civitate & Comitatu Ferrarienſi ſunt plura Inſtrumenta, facta ad modum rotuli, continentia in effectu, quod Anno Domini MCCCXLIV. die XIV. Menſis Julii, *in domo Epiſcopali Ferrarienſi*, Dominus Bertrandus Epiſcopus Bononienſis, *Commiſſarius per* Dominum Clementem Papam VI. *ad haec deputatus*

tatus, legi fecit & publicari duas Literas Apoſtolicas in dicto rotulo deſignatas, praeſente Domino Obizone Marchione Eſtenſi, *& pluribus aliis: dicens, quod ipſe auctoritate Apoſtolica volebat & intendebat habere poſſeſſionem realem Civitatis & Comitatus Ferrarienſis, juriſdictionis, & meri & mixti imperii ejuſdem pro Romana Eccleſia. Cui idem Marchio reſpondit ibidem, quod praedicta ſibi placebant, & promtus erat dicto Domino Clementi Papae VI. & mandatis ſuis per omnia obedire. Et in ſignum hujuſmodi tradidit ſibi realiter & gratis ibidem claves dictae Civitatis Ferrarienſis.*

A

Item unum aliud Inſtrumentum, continens, quod idem Dominus Commiſſarius Anno, die & Menſe *praedictis in Civitate Ferrarienſi creavit Praeconem publicum, videlicet Rolandum quondam Ser Petri de Cornu Civem Ferrarienſem, & juramentum recepit ab ipſo, quod proclamationes in locis publicis & ſolitis faceret nomine Eccleſiae Romanae, & veram relationem de iis, quae fecerit ratione ſui officii. Injungens eidem quatenus publice & in locis ſolitis proclamaret nomine Eccleſiae Romanae & ipſius Commiſſarii, ut omnes dictae Civitatis, qui conſueverunt in magno & ſolemni Conſilio intereſſe, in craſtinum venirent, quum audirent campanam Communis, ad Conſilium generale more ſolito tenendum, ſub poena juramenti praeſtiti, & decem Solidorum Ferrarienſium.*

B

Item quoddam Inſtrumentum aliud, continens, quod eodem die in ſero idem Dominus Commiſſarius acceſſit ad Portas dictae civitatis hic expreſſatas, & ipſas cum clavibus, quas portabat, ſeu portari faciebat, publice claudi fecit, ipſaſque claves ad cameram ſuam in domo Epiſcopi Ferrarienſis aſportavit, ſeu aſportari fecit.

C

Item quoddam aliud Inſtrumentum, continens, quod dictae claves fuerunt portatae per dictum Dominum Epiſcopum Commiſſarium, ſeu ejus mandato, in capite lecti in camera, in qua idem Dominus Commiſſarius antedictus in dicta domo jacebat.

Item quoddam aliud Inſtrumentum, continens, quod eodem veſpere idem Dominus Commiſſarius deputavit pro ſancta Romana Eccleſia octo Domicellos hic nominatos, qui aperirent & clauderent portas dictae civitatis, quoties opus eſſet.

Item quoddam aliud Inſtrumentum, continens quod Anno, *quo ſupra,* die XXV. Menſis Julii *de mane idem Dominus Commiſſarius tradidit dictas claves dictae Civitatis octo Domicellis, ad haec per ipſum deputatis. Mandans eiſdem quatenus pro ſancta Romana Eccleſia portas dictae Civitatis aperirent, & ipſas claves ſibi nomine Eccleſiae Romanae poſtmodum reportarent, quod & fecerunt.*

D

Item unum aliud Inſtrumentum, continens, quod dictus Praeco per ipſum deputatus ſibi retulit dicta die XV. Julii, *quod ipſe proclamationes pro ſancta Romana Eccleſia fecerat in civitate Ferrariae, ſuper dicto Conſilio tenendo, prout habuerat in mandatis.*

Item quoddam aliud Inſtrumentum, continens, quod dictus Commiſſarius Apoſtolicus die XV. Julii, *in Palatio Communis Ferrarienſis Conſilio generali dictae civitatis more ſolito congregato, & praeſentibus ibidem dicto Marchione Eſtenſi, & Poteſtate, ac Sapientibus, & conſiliariis dictae civitatis, eorum nominibus hic expreſſatis, repraeſentantibus totam Univerſitatem Ferrariae, fecit legi publice & ſolemniter publicari Literas Apoſtolicas hic inſertas, multum latas & bene ſpecificatas atque directas, Inſtrumenta, publicationes miſſas ad curiam Romanam & Eccleſiam*

E

per

per dictum Marchionem & commune Ferrariae, & ea quae ipſorum Procurator & Syndicus fecerat & promiſerat in Curia Romana ſpecifice continentes. Nec non alias duas Literas Apoſtolicas exſequutorias ejuſdem Domini Clementis bullatas, dicto Domino Epiſcopo Ferrarienſi directas ſuper dicto negotio, inter cetera continentes. Quae poſtquam dictus Marchio & comune ratificaſſent omnia & ſingula, eorum nomine per ſuos Procuratores & Syndicos promiſſa & oblata dicto Domino Clementi *in Conſiſtorio, quatenus ipſos Marchionem & ipſum Commune, & ſingulares perſonas ejuſdem, ipſorumque adhaerentes abſolveret ab omnibus ſententiis & poenis, quas incurrerant pro invaſione, occupatione, & detentione dictae civitatis & comitatus Ferrarienſis, ad Romanam Eccleſiam pertinentis, & pro adhaerentia inimicorum ſeu damnatorum per Eccleſiam tempore Domini Gardinalis Oſtienſis vel poſt. Quibus Literis ſic publicatis ſupradicti Poteſtas, Sapientes, & Conſiliarii dictae civitatis Ferrarienſis nomine Comitatus ejuſdem, fecerunt Syndicum ad ratificandum praedicta, & promittendum ac etiam obligandum eos pro omnibus & ſingulis, quae ſupradictus alius eorum Syndicus promiſerat & conceſſerat dicto Domino Clementi in conſiſtorio publico, prout in ſupradictis Literis Apoſtolicis continetur. Ipſaque omnia idem Marchio, Poteſtas, Sapientes, & Conſiliarii praedicti ratificaverunt, & de novo ibidem fecerunt & promiſerunt & obligaverunt ſe ad ſolvendum reſiduum arreragiorum cenſus annui decem millium Florenorum auri pro decem annis Vicariatus finiti & temporis ſubſequentis, videlicet quolibet Anno tria millia Florenorum auri Florentiae in Romana curia, defalcatis tamen quadraginta millibus Florenis, quos Dominus Clemens Papa praedictus habuit a Marchione praedicto. Et plura alia dicta & facta ibidem fuerunt ad honorem, cautelam, & ſecuritatem Romanae Eccleſiae, prout in dicto Inſtrumento latius continetur.*

Item quoddam aliud Inſtrumentum, continens revocationem Poteſtatis, qui antea erat in Ferraria, hujuſmodi revocationi conſentientis expreſſe.

Item quoddam aliud Inſtrumentum, continens creationem novam alterius Praeconis communis Ferrarienſis citra revocationem primi, per ipſum Commiſſarium Apoſtolicum creati, nomine Eccleſiae Romanae.

Item unum aliud Inſtrumentum, continens, quod eâdem die in ſero idem Dominus Commiſſarius mandavit per ſuos Domicellos claudere facere Portas Civitatis Ferrarienſis.

Item quoddam aliud Inſtrumentum, continens exſequutionem dicti mandati & ratificationem dictarum clavium ſibi factam, quas poſuit idem Dominus Commiſſarius, ſeu poni fecit in camera ſua.

Item unum aliud Inſtrumentum, continens, quod in craſtinum, quod fuit die XVI. Julii de mane, idem Dominus Commiſſarius nomine Romanae Eccleſiae fecit aperiri januas dictae civitatis.

Item quoddam aliud Inſtrumentum, continens creationem novi Poteſtatis Ferrariae pro ſancta Romana Eccleſia, videlicet de illo, qui ante erat; ſed fuerat de praecedenti per ipſum Commiſſarium revocatus.

Item aliud Inſtrumentum, continens, quod idem Dominus Commiſſarius fecit eâdem die in ſero claudere Portas Civitatis, & claves ſibi reportatas poni fecit in capite lecti ſui.

Item quoddam Inſtrumentum, continens quod die XVII. Julii, *ſimiliter fecit aperiri Portas praedictas de mane, & claves reponi.*

Item

Item unum aliud Inſtrumentum, quod eâdem die de ſero fecit claudere Portas Civitatis, & claves ſibi portari, ut ſupra.

Item Anno, quo ſupra, & die XIX. dicti Menſis Julii, idem Dominus Commiſſarius tenuit Curiam, & ſedit pro tribunali, & ſententiam diffinitivam tulit abſolutoriam pro quibuſdam in dicto proceſſu nominatis, condemnatis pro criminibus pecuniariter, gratiam faciendo. Eodem die certos hîc nominatos, nomine Eccleſiae Romanae ad Portarum cuſtodiam deputavit, & juramentum ab eis recepit. Eodem die Domicelli deputati ad claudendum Portas dictae Civitatis nomine Romanae Eccleſiae clauſerunt, & claves ſibi reſtituerunt. Die XX. dicti Menſis Julii, ſimiliter deputati per ipſum Commiſſarium januas dictae Civitatis aperuerunt & clauſerunt, & claves eidem nomine Romanae Eccleſiae tradiderunt. Die XXI. dicti Menſis Julii, ſimiliter ut ſupra proxime. Die XXII. dicti Menſis Julii, iidem fecerunt, ut ſupra. Item die XXIII. dicti Menſis Julii, Sigillifer Sigilli Communitatis Ferrarienſis, Sigillum ipſius Communis, in quo erat ſculpta imago Sancti Georgii ſedentis ſuper uno equo, eidem Domino Commiſſario tradidit. Eodem die ad haec deputati retulerunt, ſe aperuiſſe & clauſiſſe Portas Ferrarienſes, & cetera, ut ſupra. Die XXIV. dicti Menſis Julii, idem Dominus Commiſſarius ſedens pro tribunali more ſolito ſententias diffinitivas, abſolutorias, tamquam Rector Apoſtolicus dictae Civitatis, tulit pro quibuſdam delatis hîc expreſſis. Eodem die de aperitione & clauſura Portarum fuit factum, ut ſupra. Die XXVI. ſimiliter de dictis Portis, ut ſupra. Die XXVII. ſimiliter de dictis Portis, ut ſupra. Die XXVIII. dicti Menſis Julii, tutorem dedit cuidam pupillo idem Dominus Commiſſarius, & alteri curatorem. Eodem die quemdam condemnatum in Curia Ferrarienſi pecuniariter, abſolvit auctoritate Apoſtolica. Eodem die fuit factum de clavibus ut ſupra. Et die XXIX. dicti Menſis ſimiliter. De quibus omnibus & ſingulis pro conſervatione juris, honoris, proprietatis, & poſſeſſionis ſanctae Romanae Eccleſiae in & de dicta Civitate & Comitatu Ferrarienſi, ad Eccleſiam Romanam pertinente, facta fuerunt plura & ſingula publica Inſtrumenta per quatuor Notarios hîc ſpecialiter nominatos.

Subſequenter & ultimo ſunt inſertae quaedam patentes Literae dicti Domini Clementis VI. inter cetera continentes commiſſionem factam eidem Domino Epiſcopo Bononienſi. Datum Avenione IX. Calendas Aprilis, Pontificatus ſui Anno III. per quas mandabatur & committebatur eidem, quatenus receptâ prius poſſeſſione Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Ferrariae, juriſdictionis, & meri ac mixti imperii ejuſdem pro ſancta Romana Eccleſia, & recognitione facta per dictum Marchionem & Commune Ferrarienſe, quod eadem Civitas, Comitatus, atque diſtrictus Ferrarienſis ſunt proprie & in ſolidum cum omni juriſdictione atque diſtrictu ſanctae Romanae Eccleſiae, & ad ipſam ſpectant etiam pleno jure; ratificationeque etiam receptâ per ipſum Commiſſarium a praedicto Marchione Eſtenſi & Commune Ferrariae de omnibus & ſingulis, eorum nomine per ſuos Procuratores & Syndicos in Conſiſtorio Apoſtolico oblatis & promiſſis in hujuſmodi Literis Apoſtolicis, plene inſertis & ſpecificatis; & recepto juramento fidelitatis ab eodem Marchione & aliis in ipſis Literis Apoſtolicis contentis, ſupradictos Obizonem & Nicolaum Marchiones Eſtenſes pro ſancta Romana Eccleſia Vicarios Generales conſtitueret

ret

ret in dictis Civitate, Comitatu, & diſtrictu Ferrarienſi ad novem annos a Datâ dictarum Literarum Apoſtolicarum proxime ſequentes, ſub annuo Cenſu decem millium Florenorum auri Florentiae, in Romana Curia ſolvendorum, videlicet in feſto proximo Apoſtolorum Petri & Pauli quinque millia Florenorum. Necnon infra tres menſes quadraginta millia Florenorum pro arreragiis decem annorum, quibus tenuerant dictum Vicariatum, & non ſolverant dictam penſionem illius decennii, nec etiam temporis ſubſequentis jam praeteriti. Et pro reſta dictorum arreragiorum ſolvere annis ſingulis tria millia Florenorum, videlicet in qualibet dictarum feſtivitatum mille quingentos una cum quinque millibus ſupradictis. Pro quibus pecuniarum quantitatibus ſolvendis obligaverunt ſe dictus Obizo Marchio Eſtenſis, & Communia Ferrariae & Mutinae ad vices Camerae Apoſtolicae. Pro tenenda verò fidelitate, & reſtituenda Civitate Ferrarienſi cum ſuo Comitatu & diſtrictu Romanae Eccleſiae, finito dicto Vicariatu per dictum Obizonem Marchionem Eſtenſem, obligaverunt ſe Syndici Communium Civitatum Florentiae, Comaclenſis, & Adrienſis. Et hoc ſub poena centum millium Florenorum auri. Quae omnia & ſingula & alia plura in dictis Literis Apoſtolicis contenta idem Dominus Epiſcopus Bononienſis, Commiſſarius pro ſancta Romana Eccleſia, fecit juxta traditam ſibi formam, & complevit in Ferraria die XXIX. dicti Menſis, Anno Domini MCCCXLIV. Et fuerunt retenta publica Inſtrumenta hìc inſerta.

Item alius rotulus tabellionatus, duobus ſigillis cerâ albâ ſigillatus, continens proceſſus reſtitutionis factae Epiſcopo Bononienſi, Apoſtolicae Sedis Nuntio, de Civitate & comitatu Ferrarienſi, tempore Domini Clementis Papae VI. per Marchionem Eſtenſem & Populum dictae Civitatis. Datum Ferrariae Anno Domini MCCCXLIV. die XIV. Julii.

Item alius rotulus, continens proceſſus recuperationis Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Ferrarienſis, factos per Dominum Bertrandum Epiſcopum Bononienſem de mandato Domini Clementis Papae VI. Anno Domini MCCCXLIV. die XIV. Julii, Pontificatus ipſius Domini Papae Anno III.

Item alius rotulus authenticus ejuſdem tenoris, continens proceſſus reſtitutionis factae Epiſcopo Bononienſi, nomine Eccleſiae Romanae de Civitate & Comitatu Ferrarienſi, tempore Clementis Papae VI. per Marchionem Eſtenſem & Populum dictae Civitatis, tribus ſigillis in pendenti ſigillatis. Cujus copia de verbo ad verbum in forma authentica in alio primo rotulo a tergo ipſius expreſſata eſt, excepto quod in iſto praeſenti rotulo eſt plus annexatum quoddam Inſtrumentum ſubſtitutionis Syndici Communis Ferrarienſis. Datum Ferrariae Anno Domini MCCCXLIV. die XIV. Menſis Julii praedicti, qua fuit incoeptus dictus proceſſus, & ibidem finitus XXIX. ejuſdem Menſis Julii. Qua die dicto Marchioni tamquam Vicario Romanae Eccleſiae fuit tradita poſſeſſio & adminiſtratio Civitatis & Comitatus Ferrarienſis.

Item aliud Inſtrumentum procuratorii Domini Obizonis Marchionis Eſtenſis ad prorogandum Vicariatum Civitatis, Comitatus & diſtrictus Ferrarienſis uſque ad * viginti novem annos. Datum Anno Domini MCCCL. die XV. Menſis Auguſti.

Item aliud Inſtrumentum publicum, manu ſex Notariorum ſubſcriptum & ſignatum, continens ratificationem prorogationis factae Obizoni Marchioni

Eſtenſi

Eſtenſi *de Comitatu Ferrarienſis Civitatis & diſtrictus uſque ad decem annos poſt finem dictorum * novem annorum, ſub annuo Cenſu decem millium Florenorum*. Datum Anno MCCCLI. die XIV. Menſis Octobris, Pontificatus Domini Clementis Papae VI. Anno X.

Item Inſtrumentum publicum, manu ſex Notariorum ſubſcriptorum ſignatum, continens juramentum fidelitatis praeſtitum per Obizonem Marchionem Eſtenſem *Dominis Epiſcopo Caſtellano, & Abbati Sancti Nicolai in Litore, Nuntiis Sedis Apoſtolicae, recipientibus nomine Romanae Eccleſiae: necnon pacta & conventiones quamplures habitas in praedicta prorogatione Vicariatus & Comitatus Ferrarienſis*. Actum Anno Domini MCCCLI. die XIV. Octobris, Pontificatus Domini Clementis Papae VI. Anno Decimo.

Item unum tranſumtum quarumdam Literarum Apoſtolicarum, continens, qualiter Dominus Clemens Papa VI. Pontificatus ſui Anno Nono, *Vicariatum Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Ferrarienſis, ad Eccleſiam Romanam pleno jure ſpectantium*, Obizoni Marchioni Eſtenſi *& filiis ſuis, ſub annuo Cenſu decem millium Florenorum ad decennium prorogavit*. Actum Ferrariae, Anno Domini MCCCLII. die IV. Maji.

Item unum aliud Inſtrumentum donationis Curatorum liberorum Marchionis Eſtenſis, ſpecialiter ad ratificandum & obligandum eos pro omnibus iis, quae eorum pater promiſerat Eccleſiae Romanae pro civitate Ferrarienſi. Datum Ferrariae die XVII. Octobris Anno Domini MCCCLII.

Item unus proceſſus recognitionum, juramentorum, ſubmiſſionum, & obligationum factarum in civitate Ferrarienſi per Marchionem Eſtenſem Dominis Guillermo Abbati Sancti Germani Autiſſiodorenſis, & Azzoni de Manziis Decano Aquilejenſi, Nuntiis Apoſtolicis, nomine Domini Papae, & Eccleſiae Romanae. Actum Ferrariae, Anno Domini MCCCLII. die XIX. Menſis Octobris, Pontificatus Domini Clementis Papae VI. Anno XI.

Item aliud Inſtrumentum, continens, qualiter Aldrevandinus, *&* Nicolaus, Ugo, *&* Albertus fratres Marchiones Eſtenſes, *&* filii quondam Obizonis Marchionis Eſtenſis, *pro Eccleſia Romana Vicarii civitatis Ferrarienſis, juraverunt, approbaverunt, ratificaverunt, & ſubmiſerunt ſe de novo Eccleſiae Romanae, & ratificaverunt omnia, quae fuerunt acta & promiſſa per certos Procuratores ſuos in manibus Reverendi in Chriſto patris* Domini Aegidii Epiſcopi Sabinenſis *Legati & Vicarii in partibus Lombardiae*. Datum Anno Domini MCCCLXI. die XIII. Menſis Februarii.

„ Lombardiae & Marchiae Anconitanae, & de aliis partibus Italiae.

E*St primo quoddam publicum Inſtrumentum, ſigillatum, continens ratificationem Communitatis Piſanae ſuper oblatis & promiſſis* Domino Gregorio Papae X. *per eorum Syndicum, petentem abſolutionem excommunicationis, & relaxationem interdicti contra eos lati, pro eo quia adhaeſerant* Corradino nepoti Friderici Imperatoris. *& noluerant obedire* Carolo Regi Siciliae, *Vicario Imperii Romani, auctoritate Apoſtolica deputati*. Actum Piſis, Anno Domini MCCLXXIII. Secundo Nonas Junii, Pontificatus Domini Gregorii Papae X. Anno II.

Exemplum ſeu tranſumtum publicum, extractum de Libris antiquis per quemdam Rectorem Anconitanae Marchiae, de

de civitatibus, caſtris, & Officiis dictae provinciae, & aliis Terris & juribus, ad Eccleſiam Romanam ſpectantibus. Actum in Marchia Anconitana, Calendis Maji, Anno Domini MCCLXXXIII.

Item unum Inſtrumentum publicum, confectum ſuper praeſentatione quarumdam Literarum Dominorum Cardinalium, vacante Sede, Communi Piſano, ut ab occupatione Terrarum Eccleſiae Romanae, & nova aedificatione fortalitiorum in Terris Eccleſiae, quas habet in Ducatu Spoletano abſtinerent. Quae Terrae *in uno chartello juncto huic Inſtrumento ſpecialiter nominantur.* Datum Peruſii Anno Domini MCCLXXXVII. die XIX. Novembris.

Item Inſtrumentum venditionis caſtri de Suſinana dioeceſis Tudertinae, factae Domino Mayneto Raynaldi de Pulſis civi Florentiae. Qui poſtea ipſum vendidit Domino Benedicto *tunc* Cardinali, *qui poſtea fuit* Papa *vocatus* Bonifacius VIII. Datum Reate, Anno Domini MCCLXXXVIII. tempore Domini Nicolai Papae IV. & die XXVI. Septembris.

Conſtitutio procuratoris ad recipiendum poſſeſſionem caſtri de Suſinana, emti per Dominum Benedictum Cardinalem, *qui poſtmodum fuit* Bonifacius Papa VIII. Anno Domini MCCLXXXIX. Secundo Calendas Aprilis.

Item unus rotulus, in quo ſunt Inſtrumenta publica quatuor: continens ratificationem factam per Dominos & Dominas, parentes & uxores nobilium Petri & Raynaldi Domini Hugolini de Suſinana, de venditione dicti caſtri de Suſinana, facta Domino Benedicto Cardinali. Datum Tuderti, & in caſtro de Suſinana, Anno Domini MCCLXXXIX. die XXVI. Menſis Aprilis.

Item duae Literae Domini Nicolai Papae IV. *inhibentis ſub poena mille Marcharum argenti, & aliis certis poenis, ne aliquis potens ſeu nobilis audeat aut praeſumat de cetero alienare, vendere, donare jura, reditus &c. in Rabuti & Ceperani caſtris, & aliis locis Campaniae.* Datum Reate, IV. Nonas Octobris, Pontificatus ſui Anno I.

Item Literae Domini Bonifacii Papae VIII. *in quibus ſubrogat Poteſtati & Vicario per ipſum poſitis in civitate Urbevetana alios duos hic nominatos, uſque ad finem anni ſui regiminis.* Datum apud Urbemveterem II. Idus Septembris, Pontificatus ſui Anno III.

Item alia Litera bullata, ſatis pulcra, continens, qualiter Dominus Bonifacius VIII. *omnes contractus pecuniarios per Raynucium de Abbatibus, & ejus ſocios cives Florentinos, propter eorum pravam foenerandi conſuetudinem, uſurarios, ſeu in fraudem uſurariam factos judicavit. Inhibens omnibus eorum debitoribus, ne eis a cetera ſatisfacerent, nec ad hoc per aliquos Judices compelli poſſent, proceſſus factos, & in futurum fiendos penitus annullando.* Datum Romae Idibus Januarii, Pontificatus ſui Anno III.

Item alia Litera Domini Bonifacii Papae VIII. *in qua mandatur Lucanis, quatenus mittant ad ipſum aliquos bonos viros cum ſufficienti mandato & poteſtate, ad proponendum excuſationes legitimas, ſi quas haberent, quare perſonas Eccleſiaſticas gravant contra Eccleſiaſticas libertates.* Datum Romae apud Sanctum Petrum, V. Calendas Decembris, Pontificatus ſui Anno I.

Item Inſtrumentum, continens, qualiter multi Nobiles in eo contenti elegerunt Dominum Bonifacium Papam VIII. *in Rectorem caſtri de Ceperano, per annum dumtaxat, concedentes eidem illam poteſtatem, quam habent in*

dicto

dicto caſtro. Datum Ceperani, Anno Domini MCCXCVI. die XVIII. Decembris.

Item Inſtrumentum, in quo Commune Velletrenſe elegit in Poteſtatem & Gubernatorem ſuum pro ſex menſibus Dominum Bonifacium Papam VIII. Datum Velletri, Anno Domini MCCXCIX. die III. Menſis Octobris.

Item Inſtrumentum praeſentationis quarumdam Literarum Apoſtolicarum factarum Domino G. Durandi pro parte Communis Auximanenſis: continens, quod ipſe Dominus G. qui erat Rector provinciae Marchiae Anconitanae, reciperet ad manum ſuam pro Eccleſia Romana quoddam fortalitium noviter aedificatum per cives Racanatenſes in loco de Montillo in praejudicium dictae civitatis Auximanae, & Sedis Apoſtolicae. Actum Rimini Anno Domini MCCXCV. die XX. Octobris, temporis Domini Bonifacii VIII.

Inſtrumentum Syndicatus Communis Urbeveteris ad praeſentandum electionem Poteſtariae Domino Bonifacio Papae VIII. *electo pro ſex menſibus*. Datum in Urbe veteri Anno Domini MCCXCV. die XX. Septembris.

Aliud Inſtrumentum Syndicatus Urbeveteris ad praeſentandum Poteſtatem Domino Bonifacio Papae VIII. *pro ſex menſibus*. Datum in Urbe Veteri Anno Domini MCCXCVI. die VII. Octobris.

Item aliud Inſtrumentum Syndicatus Urbeveteris ad praeſentandum & intimandum electionem Poteſtatis per eos factam Domino Bonifacio Papae VIII. *pro ſex menſibus*. Actum in Urbe Veteri Anno Domini MCCXCVII. die XXVII. Aprilis.

Inſtrumentum Syndicatus electionis Poteſtariae Communis Urbeveteris ad praeſentandum dictam Poteſtatem Domino Bonifacio VIII. *pro ſex menſibus*. Actum in Urbe Veteri Anno Domini MCCXCIX. die III. Septembris.

Inſtrumentum Syndicatus Urbeveteris ad praeſentandum Poteſtatem Domino Bonifacio Papae VIII. *pro ſex menſibus*. Actum in Urbe Veteri Anno Domini MCCCI. die XX. Martii.

Inſtrumentum continens, qualiter Commune civitatis Tuſcanenſis elegit Dominum Bonifacium Papam VIII. *per curſum vitae ſuae in Poteſtatem & Rectorem dictae civitatis*. Actum in dicta civitate Anno Domini MCCXCVII. & die V. Julii.

Item duo Procuratoria facta per Dominum Azzonem & Dominum Franciſcum Marchiones Eſtenſes & Anconitanos *civitatum Ferrariae, Mutinae, & Regii, ad comparendum coram* Domino Bonifacio Papa VIII. *eorum Domino, pro tractanda pace inter ipſos Marchiones ex una parte & Bononienſes, & Parmenſes, alioſque Barones, Nobiles, & Civitates, Univerſitateſque Provinciae Romandiolae*. Anno Domini MCCXCVII. Indictione X.

Inſtrumentum publicum & ſigillatum promiſſionis Dominorum Marchionum Eſtenſium factae Domino Cardinali Oſtienſi Legato, quod non debeant ſe intitulare Marchiones Anconitanos. *Et ita jurarunt*. Anno Domini MCCCXXXII. die XIII. Januarii. *Corroſum eſt in Data loci*.

Inſtrumenta continentia, qualiter Dominus Johannes Praepoſitus Ceſetanus de mandato Domini Bonifacii Papae VIII. *citavit perſonaliter nobiles viros Fridericum Comitem de Monteferetro, Malateſtam de Arimino, & filios ſuos, & quoſdam alios Nobiles ad repraeſentandum ſe conſpectui Domini noſtri Papae pro tractanda & perficienda pace inter eos*. Actum Ravennae Anno Domini MCCCII. die III. Januaii.

A *Inſtrumentum publicum, in quo Commune caſtri de Corneto elegit in Poteſtatem dicti loci* Dominum Bonifacium Papam VIII. *ad vitam ipſius Domini Papae.* Actum in Corneto Anno Domini MCCCII. & die XXVI. Februarii.

Inſtrumentum abſolutionis Domini Conradi de Spinolis ſibi impenſae per Do- B *minum Archiepiſcopum Januenſem auctoritate Apoſtolica. Qui juravit non adhaerere* Frederico *contra Romanam Eccleſiam, & Regem Siciliae.* Datum Januae Anno MCCC. & die XXIII. Martii.

Item ſunt decem Literae bullatae bullâ Domini Clementis Papae V. *Prima, in qua mandatur Abbati Mon-* C *tis Albani & Praepoſito Albienſi, quatenus inducant Poncellum de filiis Urſi civem Romanum, & alios rebelles civitatis & provinciae Anconitanae, quatenus infra quindecim dies ab admonitione hujuſmodi eis facta dimittant Officia & alia in dicta provincia occupata, & inde recedant ſine damno provincialium: aliàs contra ipſos procede-* D *retur ſpiritualiter & temporaliter ſecundùm eorum demerita, prout viſum fuerit expedire.* Datum apud Laureum Montem Burdegalenſis dioeceſis VIII. Calendas Novembris, Pontificatus ſui Anno III.

Scribit idem Dominus Clemens *hortando eundem Regem Siciliae, quatenus unum de filiis ſuis cum multitudi-* E *ne equitum & peditum armatorum, ſecundùm quod decet regiam dignitatem, mittat in provinciam Marchiae Anconitanae, pro ſuccurſu Eccleſiae Romanae, & contra dictos rebelles.* Datum, *ut ſupra.*

Commiſſio directa Abbati Montis Albani & Praepoſito Albienſi, quod inducant quoſdam rebelles in Marchia Anconitana, ut redeant ad obedientiam Eccleſiae Romanae: aliàs quod habeant trecentos homines armorum a Rege Siciliae, cui ſcribitur per alias Literas, ad impugnandum eoſdem. Datum, *ut ſupra.*

Scribit mandando idem Dominus Clemens Carolo Regi Siciliae, *quatenus ad requiſitionem Abbatis Montis Albani & Praepoſiti Albienſis, mittat contra dictos rebelles Marchiae Anconitanae, & pro Eccleſia Romana trecentos milites, juxta conventiones & pacta, quae idem Rex habet cum Eccleſia Romana.* Datum, *ut ſupra.*

Scribit idem Dominus Clemens *gratioſe* Duci Calabriae *primogenito dicti Regis Siciliae, quatenus ad juſſum patris ſui veniat promte & alacriter cum multitudine armatorum in ſubſidium Romanae Eccleſiae, & contra rebelles dictae provinciae Anconitanae.* Datum, *ut ſupra.*

Scribit idem Dominus Clemens Philippo Principi Tarentino, *filio dicti Regis Siciliae, quatenus ad juſſum patris ſui promte veniat ipſe, vel frater ſuus cum multitudine armatorum pro ſuccurſu Romanae Eccleſiae &c.* Datum, *ut ſupra.*

Mandat Dominus Clemens *praefatus Abbati Montis Albani, & Praepoſito Albienſi, quatenus inquirant diligenter, ſi Judex Martinus de Tuſcanella, adhaerendo dicto Poncello de filiis Urſi civi Romano, ſe omnium Appellationum Judicem, & Guido Judex de Viterbio ſe Judicem generalem in dicta provincia Marchiae Anconitanae appellabant temeritate propria, ac etiam utebantur. Et hujuſmodi informationes ad ipſum Dominum Clementem remitterent. Ipſoſque, ſi culpabiles invenirent, citarent, ut infra trium menſium ſpatium deberent coram eodem Domino Clemente perſonaliter comparere.* Datum, *ut ſupra.*

Com-

Committit Dominus Clemens Papa V. *Abbati Montis Albani & Praepoſito Albienſi, quatenus ſe informarent, ſi & qualiter Poncellus de filiis Urſi civis Romanus irrupit contra Eccleſiam Romanam Marchiam Anconitanam, & ipſo coram eis vocato ſciant diligentius & expreſſius veritatem. Et ſi ipſum culpabilem repererint, citent eum per ſonaliter &c.* Datum, *ut ſupra*.

Mandat Dominus Clemens *praedictus Abbati Montis Albani & Praepoſito Albienſi, quatenus ſe informarent ſummarie & de plano, vocato dicto Poncello &c.* Datum, *ut ſupra*.

Mandat idem Dominus Clemens *praefatis Abbati & Praepoſito, quatenus inquirant contra nonnullos adherentes dicti Poncelli hìc nominatos. Et ſi invenirent illos culpabiles, citent, ut perſonaliter coram eo compareant.* Datum Avenione VIII. Idus Aprilis, Pontificatus ſui Anno IV.

Procuratorium Venetorum non admiſſum, quia nimis generale, nec aliàs ſufficiens, factum Anno Domini MCCCIV. Venetiis.

Aliud Procuratorium Venetiarum ultimum admiſſum, directum Domino Clementi Papae V. *ad conſiſtendum & petendum humiliter abſolutionis beneficium & relaxationem Interdicti, pro injuriis & damnis datis per eos Communi Ferrarienſi & alibi, & jurandum de ſtando mandatis ſanctae matris Eccleſiae*. Anno Domini MCCCX. Venetiis.

Inſtrumentum continens, qualiter Dominus Vitalis Archidiaconus Camerinenſis, Rector ac Theſaurarius Marchiae Anconitanae pro Eccleſia Romana, remiſit ad poſtulationem plurium Nobilium, & ſupplicationem Syndici Communis & Populi civitatis Aeſii, eiſdem Syndico & Communi ſive Populo dictae civitatis, poenam ſexaginta millium Marcharum argenti, in qua fuerant condemnati pro rebellione, quam contra Romanam Eccleſiam fecerant, & pro multis aliis criminibus per eos perpetratis: retento, quod dicto Theſauro haberent ſolvere tria millia Florenorum auri. Datum Maceratae Anno MCCCXV. die XX. Decembris.

Conſtitutiones & proceſſus pro ſtatu pacifico Terrarum Eccleſiae, & contra Tyrannos ſpecialiter in Marchia Anconitana, Maſſa Trebaria, Terra Sanctae Agathae, Civitate Urbini, & Comitatu ipſius, quondam ad Eccleſiam Romanam pertinentium, dictas Terras, juraque Eccleſiae tyrannice occupata per Dominum Amelium de Lancerto Rectorem dictarum Terrarum pro Romana Eccleſia, facti & publicati. Datum Maceratae, & in Monteblino in Conſilio Generali, Anno Domini MCCCXVII. die XIV. Decembris, Pontificatus Domini Johannis XXII. Anno II.

Inſtrumentum continens, qualiter Dominus Vitalis Archidiaconus Camerinenſis, Rector ac Theſaurarius Marchiae Anconitanae pro Domino Papa remiſit Communi, Poteſtati, & Conſiliariis dictae Civitatis Anconitanae, viginti millium Marcharum Argenti poenas, in quibus pro certis inobedientiis & aliis per eos contra Eccleſiam Romanam commiſſis inciderant, retento quod ſibi habeant ſolvere ducentos Florenos auri. Actum Maceratae. Datum Anno MCCCXVII. die VI. Aprilis.

Inſtrumentum continens, qualiter Dominus Vitalis, ut ſupra, remiſit Poteſtati, Officialibus, Judicibus, & pluribus Hominibus ſingularibus Civitatis, Comitatus, & diſtrictus Aeſii, multas poenas criminales & pecuniarias &c. Datum, *ut ſupra*.

Inſtrumentum continens, qualiter Dominus Vitalis, ut ſupra, remiſit & quita-

quitavit poenas mille Marcharum argenti, & aliarum mille, & alias decem mille Marchas argenti Communi & Conſulibus & aliis Officialibus Civitatis Penſauri, in quibus fuerant condemnati, ex eo quod dicto Rectori ſuper mandatis eis factis nomine Eccleſiae Romanae non paruerant. Ac tamen dictum Commune convenit dare dicto Rectori ducentos Florenos auri. Datum, loco, Anno, & die, *quibus ſupra.*

Scribit Dominus Benedictus Papa XII. *quod Rector Romandiolae certis caſibus poſſit Poteſtatem & Capitaneum deputare, & Sede vacante per ſex menſes tenere dicta officia: & elapſis ſex menſibus eos deponere.* Datum Avenione II. Idus Octobris, Anno IV.

Inſtrumentum obligationis conventionum factarum inter Sperantiam Comitem de Monteferetro *pro ſe & Frederico filio, ac Guidone nepote ſuis ex una parte, & Dominum Amelium de Lancerto Rectorem Marchiae Anconitanae & Maſſae Trebariae, Terrarumque Sanctae Agathae, & Civitatis Urbini ac Comitatus quondam ipſius pro Eccleſia Romana ex altera, pro regimine Judicum & Vicariorum ac juriſdictionis gubernationis dictae Civitatis.* Actum Callii, Anno Domini MCCCXVIII. die V. Auguſti.

Aliud Inſtrumentum obligationis & pactorum habitorum cum Frederico Comite Montisfeltri *pro ſe & Guidone filio ſuo ex una parte, & Domino Amelio de Lancerto Rectore Marchiae Anconitanae, Maſſae Trebariae, Terrarum Sanctae Agathae, Civitatis Urbini & Comitatus quondam ipſius pro Eccleſia Romana ex altera &c.* Datum Anno, *quo ſupra, &* die XIII. Auguſti. *Et ligatum cum praecedenti.*

Proceſſus, declaratio, & ſententiae contra Jacobum Moletum & Cerulum, ac Commune & Conſilium civitatis Recaneti, per Dominum Amelium de Lancerto Rectorem Marchiae Anconitanae, Maſſae Trebariae, Terrarum Sanctae Agathae, & Civitatis Urbini pro Romana Eccleſia, latae atque factae ſuper eo, quod ipſi dominium dictae Civitatis Recaneti ad Eccleſiam Romanam pertinentis, tyrannice occuparunt, & contra dictam Romanam Eccleſiam eorum dominam deviando rebellarunt. Actum Maceratae Anno Domini MCCCXVIII. die XIX. Octobris.

Item proceſſus & declarationes ſententiarum contra Luppatium & Andream, quondam Milites de Auximo, & Poteſtatem ac Commune Civitatis de Auximo, per Dominum Amelium de Lancerto Rectorem, ut ſupra, ſuper eo, quod ipſi dominium & juriſdictionem dictae Civitatis de Auximo, & multa alia loca ad Eccleſiam Romanam pertinentia tyrannice occupaverant, & contra dictam Romanam Eccleſiam eorum dominam deviando rebellarunt. Actum Maceratae Anno Domini MCCCXVIII. & die XXIII. Menſis Octobris, *tempore Domini Johannis Papae XXII.*

Inſtrumentum continens, qualiter Syndicus Parmenſis recognovit Vicariatum & dominium dictae Civitatis eſſe Romanae Eccleſiae, vacante Imperio. Et juravit: ſervare mandata Eccleſiae; & non adhaerere rebellibus ejus. Actum Parmae Anno Domini MCCCXXII. & die III. Decembris, Pontificatus Domini Johannis XXII. Anno VII.

Compoſitio facta per Syndicum & Procuratorem Terrae Cingoli Marchiae Anconitanae ſuper ſententiis, proceſſibus, & aliis per Dominum Johannem Papam XXII. *contra ipſos factis & promulgatis, pro eo quia fuerunt rebelles*

rebelles Eccleſiae Romanae & Rectori dictae Marchiae Anconitanae. Datum Avenione Anno MCCCXXIV. die XXII. Auguſti, Pontificatus ipſius Anno VIII.

In decem Inſtrumentis hìc contentis continetur, quod Syndici Civitatis Firmanenſis & Urbini, Caſtrorum Fabriani, Matrisiodii, Caſtri Offanae, Caſtri Sicardi, provinciae Marchiae Anconitanae; quae Civitates & Caſtra rebellaverant contra Eccleſiam Romanam, cujus ſunt, ſubmiſerunt ſe Domino Johanni Papae XXII. *& veniam petierunt humiliter*. Actum Avenione Anno Domini MCCCXXV. & MCCCXXVI.

Quinque Inſtrumenta continentia, qualiter Presbyter Martinus Rector Eccleſiae Sanctorum Sergii & Bacchi de Selma de Urbe, recognoſcens ſuum reatum, videlicet, quod durante Interdicto appoſito in Urbe Romana propter Bavarum damnatum & haereſiarcham Petrum de Corbaria Antipapam, *in dicta Urbe exiſtentes, Miſſas celebravit, & eis propter metum obedivit, eos honorando, non tamen participando in haereſi praedicta, in quatuor Patriarchalibus Eccleſiis Urbis inter Miſſarum ſolemnia altâ voce coram Populo confeſſus fuit de mandato G. de Valle Camerarii Domini Papae, antequam abſolutionem ab eodem ſuper illis ſententiis obtineret*. Actum Romae Anno Domini MCCCXXX. die XIII. Aprilis.

Abſolutio nobilium Vicecomitum de Mediolano, quia erant excommunicati & interdicti ex eo quia adhaeſerant Ludovico de Bavaria *per Eccleſiam damnato, & alia multa fecerant contra Eccleſiam Romanam, ſpecialiter quia* Dominus Johannes de Vicecomitibus *ſe fecerat fieri Cardinalem & Legatum in Italia per Antipapam, damnatum per* Dominum Johannem Papam XXII. *De quibus omnibus ipſos poenituit, & confeſſo errore, & agnitâ veritate promiſerunt multa bona pro Eccleſia Romana hìc expreſſata, & de commiſſis ſe ſubmiſerunt ordinationi ejuſdem Domini Papae. Qui poenitentias & poenas ſibi reſervavit*. Actum Avenione Anno Domini MCCCXXIX. die XV. Septembris.

Inſtrumentum procurationis Cleri & Populi Civitatis & diſtrictus Mediolanenſis, continens confeſſiones, errores, & confoederationes, quas habuerunt cum Ludovico de Bavaria, *& Antipapa, per quas inciderant in ſententias latas contra eos. De quibus ipſos poenituit, & multa confitendo & promittendo ad honorem ſanctae Romanae Eccleſiae hìc expreſſa, ſuppoſuerunt ſe de commiſſis ordinationi* Domini Johannis Papae XXII. *& petierunt humiliter ſe abſolvi & habilitari per Dominum Papam. Qui eos abſolvit & habilitavit*. Anno Domini MCCCXXXI. die XV. Junii.

Syndicatus Civitatis Placentiae, continens, quod Syndici ad hoc miſſi Domino Johanni Papae XXII. *recognoſcerent, ſicut recognoverunt de facto, quod dicta Civitas erat Papae, & immediate Romanae Eccleſiae. Eamque de novo obtulerunt. Et fuit recepta per* Dominum Johannem Papam XXII. *in Conſiſtorio publico*. Actum Mediolani Anno Domini MCCCXXXI. die XXIV. Novembris. *Et eodem Anno Commune Placentiae praedicta omnia per eorum Syndicos facta in Avenione, in Placentia ratificavit in Conſilio Communis Placentiae.*

Civitas Papiae fuit interdicta, quia receperat Bavarum & ejus ſequaces. Et Syndici dictae Civitatis in Conſiſtorio publico Avenione ſupplicarunt Domino Benedicto XII. *ut Interdictum in*

in dicta Civitate appoſitum tolleret. Qui ante omnia promiſerunt, quod dicta Civitas erat & erit obediens dicto Domino Papae & ſanctae matri Eccleſiae, & quod erunt fideles Eccleſiae Romanae. Et eſt aliud Inſtrumentum, in quo dicta Civitas & Commune ratificaverunt omnia praemiſſa & jurata per eorum Syndicos. Actum Papiae Anno Domini MCCCXXXV. & die XIX. Maji.

Inſtrumentum ſigillatum ſigillo Communis Mediolanenſis, continens ratificationem factam per dictum Commune Mediolanenſe de confeſſatis, promiſſis, & aliàs actis hìc expreſſatis bene & utiliter pro ſancta Romana Eccleſia per eorum Syndicos coram Domino Johanne Papa XXII. in Conſiſtorio publico Avenione, quando ſe ſubmiſerunt gratiae ſuae nomine dicti Communis, & petierunt humiliter abſolutionem & relaxationem a ſententiis excommunicationis, Interdicti, & aliis, eo quia adhaeſerant Bavaro, & Antipapae per Eccleſiam damnato, & multa alia fecerant contra Romanam Eccleſiam & Eccleſiaſticam libertatem. Item aliud ſimile Inſtrumentum ratificationis eſt infra illud de Clero Mediolanenſi. Datum in Civitate Mediolani Anno Domini MCCCXXXV. & die XIX. Maji.

Inſtrumentum continens, qualiter Dominus Benedictus Papa XII. abſolvit Commune Civitatis Novarienſis, & removit Interdictum ibidem per Dominum Johannem Papam XXII. appoſitum, pro eo quia faverant Ludovico de Bavaria dicenti ſe Imperatorem, & Fratri Petro de Corbaria Antipapae. Quae omnia eorum Syndicus eorum nomine revocavit; & promiſit ac juravit eos eſſe fideles dicto Domino Benedicto & Succeſſoribus ſuis ac Eccleſiae Romanae: cum multis capitulis hìc con-

A tentis. Ita tamen quod praedicta omnia promiſſa per eorum Syndicum Commune dictae Civitatis ratificaret infra certum tempus, aliàs quod reinciderent &c. ipſo facto. Actum Avenione Anno Domini MCCCXXXV. die XIX. Maji.

Inſtrumentum continens, qualiter Dominus Benedictus Papa XII. B ad ſupplicationem Syndici Civitatis Mantuanae, qui promiſit ſtare mandatis Eccleſiae, & in omnibus Papae obedire tamquam Chriſti Vicario, revocavit ut ſupra & amovit Interdictum Eccleſiaſticum, ſententias atque poenas latas contra Populum, Commune, ac Univerſitatem dictae Civitatis Mantuanae, pro eo quia auxilium & favorem C dederunt Ludovico de Bavaria & ſuis ſequacibus contra Romanam Eccleſiam. Datum Avenione Anno Domini MCCCXXXV. die XIX. Maji.

Anno Domini MCCCXXXV. & die VII. Septembris, Syndici Civitatis Pergamenſis in Lombardia venerunt ad Dominum Benedictum Papam XII. & in publico Conſiſtorio D ſupplicaverunt ſibi, ut interdictum, quod erat in Civitate Pergamenſi pro eo, quia Bavarum & Antipapam receptaverant, tolleret & amoveret. Qui quidem Syndici jurarunt fidelitatem, obedientiam, ac reverentiam dicto Domino Papae. Item jurarunt, quod credunt & ſciunt, quod non eſt data poteſtas Imperatori Papam deponere. Et plura alia E jurarunt, ut in praeſentibus Inſtrumentis continetur, & ulterius omnia praemiſſa in dicta Civitate Pergami per Commune dictae Civitatis. Datum Avenione Anno & die, quibus ſupra. Poſtea in alio Inſtrumento ſequitur dicta ratificatio in Civitate Pergami, Anno, quo ſupra.

Litera bullata, continens qualiter Dominus Benedictus Papa XII. in

Conſi-

Conſiſtorio publico, vacante Imperio Romano, conſtituit nomine ſuo & ſucceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum & Eccleſiae Romanae, Vicarium ad regendum & gubernandum Civitates Veronenſem, Parmenſem, & Vicentinam, cum eorum Comitatibus, Caſtris, Villis, mero & mixto imperio, & juriſdictionibus omnibus, videlicet nobiles Albertum *&* Maſtinum de la Scala, *& eorum ſucceſſores, quamdiu dictum Imperium vacaret, & dicto Domino Papae placeret, ſub annuo Cenſu quinque millium Florenorum auri anno quolibet per eoſdem Nobiles in feſto beatorum Petri & Pauli eidem Domino Papae vel ſucceſſoribus ſuis, vel Sede vacante Eccleſiae Romanae, ubicumque fuerit, eorum ſumtibus & expenſis exſolvendo. Et quod Anno quolibet dicti Nobiles habent tenere per tres menſes eorum expenſis ducentos homines equites & trecentos pedites bene armatos in Lombardia in auxilium terrae Eccleſiae Romanae. Pro quibus juramentum fidelitatis praeſtiterunt &c. & ſe efficaciter obligarunt.* Datum Avenione Calendis Septembris Pontificatus ſui Anno V.

Syndicatus Civitatis Vercellenſis ad confitendum, quod dicta Civitas erat ſuppoſita Interdicto, eo quia adhaeſerat Bavaro & aliis cauſſis hìc expreſſis: de quibus a Sede Apoſtolica veniam poſtulavit & obtinuit certis modis & formis. Quae omnia fuerunt per Commune praedictum ratificata. Actum Venetiis Anno Domini MCCCXXXV. & die VII. Octobris.

Inſtrumentum ſigillatum in pendenti duobus ſigillis Communis Civitatis Cremonenſis, continens ratificationem eorum, quae Syndici dicti Communis dixerant, fecerant, & promiſerant Domino Benedicto Papae XII. *ſuper abſolutione eorum, & relaxatione Interdicti lati, pro eo quia adhaeſerant* Ludovico de Bavaria *damnato per Eccleſiam, &* Antipapae, *ac* Dominis Matthaeo & Galeatio de Vicecomitibus de Mediolano *eorum Dominis tunc, quorum metu praedicta fecerunt.* Actum Cremonae Anno Domini MCCCXXXV. & die IV. Auguſti.

Syndicatus Communis Albinganenſis ad parendum Domino Papae, & ſe ſubmittendum, quia rebellarunt & adhaeſerunt Ludovico de Bavaria. Datum Albingae Anno Domini MCCCXXXVII.

Syndicatus Civitatis Lucanae ad comparendum coram Domino Papa Benedicto XII. *& confitendum forſfacta ſuper adhaeſione* Ludovici de Bavaria *condemnati per Eccleſiam, & ſe ſubmittendum Domino Papae & Eccleſiae Romanae, & veniam poſtulandum.* Actum Lucae Anno Domini MCCCXXXIX.

Commiſſio facta per Dominum Benedictum Papam XII. *Magiſtro Bernardo de Lacu, quatenus reciperet ab* Alberto & Maſtino de la Scala *juramentum fidelitatis, & ratificationem omnium, quae Procuratores eorum promiſerant in Conſiſtorio publico ratione Vicariatus eis conceſſi, vacante Imperio, de Civitatibus Veronenſi, Parmenſi, & Vicentina, & eorum Comitatibus, excepto Caſtro Sancti Domnini dioeceſis Parmenſis ad decem annos ſub penſione annua quinque millium Florenorum de Florentia, Camerae Apoſtolicae, & Collegio Dominorum Cardinalium exſolvenda in feſto beatorum Petri & Pauli. Nec non ſub pacto ſerviendi Eccleſiae Romanae per dictos Vicarios eorum ſumtibus per tres menſes, cum ducentis hominibus armorum equitibus & trecentis peditibus in provincia Marchiae Anconitanae & Romandiolae, & Civitate & diſtrictu Bononienſi*

nienſi & Ferrarienſi. Datum Avenione Anno Domini MCCCXXXIX. Calendis Novembris, Pontificatus ſui Anno V.

Inſtrumentum publicum, quod Dominus Bernardus de Lacu, Commiſſarius ad praedicta deputatus, recepit juramentum & ratificationem praedictorum a Nobilibus de la Scala in Civitate Veronae. Anno Domini MCCCXXXIX. die III. Decembris.

Alia commiſſio facta per eumdem Dominum Benedictum *eidem Domino Bernardo, & ſuper eadem Data, quatenus reciperet juramentum & ratificationem ab eiſdem Nobilibus de la Scala, de recipiendo libere in dictis Civitatibus Veronenſi, Parmenſi, & Vicentina, eumdem Dominum Papam cum ſua Curia, & ſucceſſores ſuos Romanos Pontifices; qui omnem juriſdictionem & regimen dictarum Civitatum haberent & exercerent per ſe vel per alium, quamdiu ibi vellent morari. Poſt tamen ipſius Domini Papae & Curiae ſuae receſſum, dicti Nobiles Vicariatu ſuo & poteſtate uterentur ut prius*. Datum Avenione Calendis Novembris, Pontificatus ſui Anno V.

Inſtrumentum publicum continens, quod dictus Dominus Bernardus de Lacu, virtute dictae commiſſionis Apoſtolicae ſibi factae, recepit juramentum corporale & ratificationem a dictis Nobilibus de la Scala de recipiendo libere in dictis Civitatibus Romanum Pontificem & Curiam ſuam, & alia facere, prout in Literis Apoſtolicis, in hujuſmodi Inſtrumento inſertis, latius continetur. Actum Veronae, Anno Domini MCCCXXXIX. die III. Decembris.

Inſtrumentum ratificationis Communis Civitatis Terdonenſis de propoſitis & petitis per eorum Syndicum a Domino Benedicto Papa XII. *videlicet*,

A *quod erant excommunicati & interdicti, quia fecerant treugas cum Civibus Papienſibus tunc excommunicatis & interdictis, quia adhaeſerant* Ludovico de Bavaria *damnato. De quibus petierunt veniam, & abſolutionem obtinuerunt*. Actum Terdonae Anno Domini MCCCXL. die II. Septembris.

Syndicatus Civitatis Lucanae ad confitendum coram Domino Benedicto Papa XII. *ſe eſſe excommunicatos, quia adhaeſerant* Ludovico de Bavaria *&*

B *fautoribus ſuis, per Eccleſiam damnatis. Et multa alia fecerunt contra Romanam Eccleſiam, & Eccleſiaſticam libertatem. Et ad petendum humiliter veniam & beneficium abſolutionis. Quae fuit conceſſa ſub certa forma: aliàs*

C *quod reincideret in ſententias. Quae omnia praemiſſa & facta per dictos Syndicos fuerunt ratificata per Commune Lucanorum*. Actum Lucae Anno Domini MCCCXLI. die XI. Januarii. *Et tunc dicta Civitas tenebatur per* Albertum & Maſtinum de la Scala.

D *Remiſſio & abſolutio Communis & habitantium Civitatis Cremonae, quia adhaeſerant & receperant* Ludovicum de Bavaria, *& ejus fautores*. Anno Domini MCCCXLI. die VII. Auguſti.

Inſtrumentum publicum ſuper abſolutione & diſpenſatione Cleri Civitatis Belluni, eis impenſâ per Dominum Papam Benedictum XII. *ac relaxa-*

E *tione Interdicti ſub certis modis & conditionibus hic expreſſis, bonis pro Eccleſia Romana; & per Clerum ratificatâ: quia dederunt auxilium & favorem Dominis de la Scala ſanctae Romanae Eccleſiae rebellibus*. Anno Domini MCCCXL. die XIV. Auguſti.

Procuratorium Communis & Populi Civitatis Feltrenſis, ad praeſentandum ratificationem Domino noſtro Papae factam.

ſtam. Anno Domini MCCCXL. die XX. Auguſti.

Ratificatio Communis & Populi Civitatis Feltrenſis ſuper negotio Interdicti. Actum Anno Domini MCCCXL. die XX. Auguſti.

Procuratorium Communis & Populi Civitatis Belluni, ad praeſentandum ratificationem coram Domino Peneſtrine Vicecancellario, & ea quae in Literis Apoſtolicis ſuper relaxatione Interdicti in favorem Eccleſiae Romanae ſunt expreſſa. Anno Domini MCCCXL. die XVIII. Auguſti.

Ratificatio Communis & Populi Civitatis Belluni ſuper quibuſdam contentis in Literis hic expreſſis ſuper relaxatione Interdicti, quia dederunt conſilium Dominis de la Scala ſanctae Romanae Eccleſiae rebellibus. Anno Domini MCCCXL. die XVIII. Auguſti.

Ratificatio Epiſcopi & Cleri Feltrenſis ſuper confeſſatis & promiſſis per eorum Syndicos, pro eo quia adhaeſerunt Ludovico de Bavaria *per Eccleſiam damnato*. Anno Domini MCCCXL. die XII. Auguſti.

Item Inſtrumentum ratificationis Lucanorum, quae non fuit admiſſa per Dominum Benedictum Papam XII. *ſed fuit prorogata ad obtinendum ea, quae in dicto Inſtrumento continentur, uſque ad feſtum Pentecoſtes praeſentatum fuit dictum Inſtrumentum*. Anno Domini MCCCXLI. die XII. Menſis Martii.

Inſtrumentum publicum continens primo quamdam Literam Domini Benedicti Papae XII. *ad perpetuam rei memoriam: in qua habetur, qualiter Commune & Populus Civitatis, Comitatus & diſtrictus Mediolani ſuper quibuſdam proceſſibus contra eos per* Dominum Johannem Papam XXII. *& dictum* Dominum Benedictum *factis, ſuper eo quod* Matthaeo & Galeatio de Vicecomitibus *eorum Dominis contra Eccleſiam Romanam obedierant, ac* Ludovico de Bavaria *Mediolani abſque confirmatione Papae in Imperatorem coronato, &* Fratri Petro de Corbaria *tunc* Antipapae, *& eorum ſequacibus, contra dictos Dominos ſummos Pontifices & Eccleſiam Romanam, receptando faverant, pro abſolutione obtinenda, Avenionem ad dictum Dominum Benedictum Papam XII. Guidolum de Calido & quoſdam alios Syndicos & Procuratores eorum deſtinarunt, cum quibus eorum errores & exceſſus, dictique Populi recognoſcentibus, revocantibuſque, ac veniam, remiſſionem & abſolutionem ſuper iis in Conſiſtorio publico ab eodem Domino Papa & Collegio humiliter poſtulantibus, fuit tractatum, promiſſum & obligatum ſolemniter, atque juratum per dictum Guidolum ſuo & Syndicario nomine dicti Communis, quod ipſi Domino Papae & Eccleſiae Romanae ſuper praemiſſis totaliter parerent. Et quod in futurum fideles ac obedientes Eccleſiae Romanae, ac dicto Domino Papae, tamquam Chriſti Vicario, forent, & numquam contra facerent. Et quod omnes haereticos, ſchiſmaticoſque de Civitate & Comitatu praedictis totaliter expellerent; nec dictos Bavarum, & Fratrem Petrum, nec eorum ſequaces in antea reciperent. Item quod perſonas & libertates Eccleſiaſticas, ac bona eorum fideliter cuſtodirent, & non uſurparent, & quae occupata fuerant, reſtituerent. Item Bononienſem & Ferrarienſem Civitates, earumque Comitatus, Marchiam Anconitanam, Romandiolam, Ducatum Spoleti, Patrimonium Sancti Petri in Tuſcia, Campaniam & Maritimam, ſeu aliquam Terram ad Eccleſiam Romanam pertinentem, ſeu quae per Dominum Papam regetur pro tempore, perſona-*

ſonaſque earum Eccleſiaſticas aut ſeculares non offendent, nec invadent, ſeu occupabunt, nec in aliquo damnificabunt ullis temporibus in futurum. Quodque offendentibus, ſeu invadere volentibus, auxilium, conſilium, vel favorem non praeſtabunt; immo ſi aliqua quaeſtio inter eos forſitan oriretur, quod per viam juſtitiae finiatur. Quibus & multis aliis capitulis, promiſſis, obligatis, & juratis per dictum Syndicum, dictus Dominus Papa abſolutionem & veniam plenariam eiſdem conceſſit, ipſiſque Communi & Populo, nomine poenitentiae, ad perpetuam rei memoriam injunxit, quod pro praemiſſis haberent conſtrui facere & fundare eorum ſumtibus in Civitate Mediolanenſi duas pulcras Capellas: unam infra Cathedralem, & alteram infra Sancti Ambroſii Mediolanenſis Eccleſias, ad honorem almi Confeſſoris beati Benedicti, ejuſque vocabulo inſignitas. In quarum qualibet unus Presbyter perpetuus & unus Miniſter inſtituantur, qui in eis divina quotidie celebrent. Quas muniant Libris, Calicibus, Veſtimentis, Crucibus, & aliis ad cultum divinum neceſſariis condecenter. Quodque pro dote cujuslibet Capellae, poſſeſſiones ſeu reditus emant uſque ad ſummam triginta Florenorum, in expenſis dictorum Capellanorum & Miniſtrorum eorum convertendos. Et quod ipſi Populus ac Commune anno quolibet in feſto dicti Sancti, ac Rectores & regimen dictae Civitatis voce praeconiâ convocati ad alteram dictarum Capellarum, quam maluerint, conveniant, ibique Miſſam ſolemniter, ac verbum Dei audiant, ubi fiat memoria tantae gratiae & miſericordiae eis per Sedem Apoſtolicam ſuper tantis exceſſibus indultae. Ulterius etiam faciant quolibet anno in dicto feſto unam eleemoſynam duobus millibus pauperum, cuilibet de uno pane bono competenti albo, ponderis duodecim unciarum. Pro qua eleemoſyna facienda poſſeſſiones ſeu reditus competentes etiam emant. Quae omnia infra duos annos adimplere totaliter teneantur. Quibus Literis Apoſtolicis in praeſentia totius Communis & Populi ac Conſiliariorum, Poteſtatis, & Rectorum dictae Civitatis perlectis, ipſi omnia & ſingula per dictum eorum Syndicum promiſſa, jurata, atque obligata, in eiſdem Literis Apoſtolicis contenta, ſingulariter & articulariter infra terminum eis praefixum promiſerunt, jurarunt, ac ſolemniter tenere & complere ſe obligarunt. Actum Mediolani Anno Domini MCCCXL. die VIII. Auguſti, Pontificatus Domini Benedicti Papae XII. Anno VII.

Ratificatio, recognitio, & reconciliatio Communis & habitantium Civitatis Vercellenſis ſuper eo, quod Ludovicum de Bavaria *receptaverunt, & fuerunt excommunicati. Et proceſſus contra ipſos facti.* Anno Domini MCCCXLI. die VIII. Auguſti.

Inſtrumentum continens proceſſus factos per Dominum Ranucium Epiſcopum Tudertinum *de mandato* Domini Clementis Papae VI. *contra Priores, Officiales, & Commune Civitatis Tudertinae ſuper eo, quod ipſi Caſtrum Sancti Germini, Eccleſiae Romanae immediate ſubjectum, ac homines & habitatores ipſius offenderant, & occupare conabantur, tenendo quoſdam homines dicti Caſtri obſides, & ante dictum Caſtrum machinas ſeu batifolla pro expugnando tenere non verebantur. Continet etiam appellationes per dictos Tudertinos ad dictum Dominum Papam ſuper ſententiis in dictis proceſſibus contentis interpoſitas & reſponſiones eiſdem per Dominum Epiſcopum factas.* Actum Tuderti Anno Domini MCCCXLVII. die XVIII. Auguſti, Pontificatus dicti Domini Clementis Anno IV.

Epi-

Epiſcopus Tudertinus ſignificat, quod virtute Literarum Apoſtolicarum, quae per quemdam Scholarem ſupra Altare ejuſdem Eccleſiae Tudertinae fuerunt repertae, proceſſit contra Commune Tuderti, ipſumque monuit, quod redderent obſides Caſtri Sancti Germini, & removerent machinas, quas tenebant pro expugnando dictum Caſtrum, Eccleſiae Romanae immediate ſubjectum. Verumtamen a proceſſibus ejuſdem Epiſcopi fuit ad Sedem Apoſtolicam appellatum. Datum Tuderti Anno Domini MCCCXLVI. & die XXII. Septembris.

Iterum ſignificat, quod Univerſitas Caſtri Sancti Germini devenit ad pacem cum Communi Tuderti, prout in dicta Litera continetur. Datum Tuderti Anno Domini MCCCXLVI. die ultima Septembris.

Literae Epiſcopi Caſtellani, per quas teſtificat, quod Dux Venetiarum & Commune dicti loci juraverunt per Procuratorem ad hoc deputatum, quod praetextu gratiae per Dominum Clementem VI. Papam *eis factae de quatuor Navibus & ſex Galeis transferendis cum mercibus ad partes Soldani, non portabunt merces vetitas ad partes illas.* Datum Venetiis Anno Domini MCCCXLV. die XIII. Auguſti.

Inſtrumentum procurationis Cleri & Populi Feltrenſis & Bellunenſis ad comparendum coram Domino Benedicto Papa XII. *& ſe ſubmittendum ordinationi ipſius, & veniam poſtulandum.* Actum Feltri Anno Domini MCCCXXXIX.

Anno Domini MCCCLII. die XXV. Octobris, *Volupus de Mantua, Procurator ſubſtitutus a Magiſtro Guillermo de Armondis de Parma, Legum Doctore, Procuratore* Domini Johannis Archiepiſcopi Mediolanenſis, *aſſignavit & reſtituit nomine dicti Domini Archiepiſcopi Reverendo* Domino A. Epiſcopo Boſano, *Rectori provinciae Romandiolae, Caſtra Fontislitis, Maſſae, & Duciae. Quae Caſtra tenebat dictus Dominus Archiepiſcopus. Et ulterius continetur, quod dictus Epiſcopus Vicerector dictae provinciae recepit juramentum fidelitatis a Poteſtate & Rectoribus dictorum Caſtrorum.* Actum in Comitatu Imolae Anno & die praedictis.

Procuratorium Populi Pipernenſis ad ſupplicandum Domino Papae de Poteſtate ponendo & regimine Terrae & hominum cum ſalario & tempore hìc contentis. Datum Piperni Anno Domini MCCCLV. die XVII. Maji.

Inſtrumentum continens, qualiter Dominus Malateſta de Malateſtis *pro ſe &* Domino Galeoto *fratre ſuo recognitionem & homagium fecit & juramentum fidelitatis praeſtitit* Domino Urbano Papae V. *de & pro Ariminenſi, Fanenſi, Penſaurenſi, & Foroſempronienſi Civitatibus, earumque Comitatibus & diſtrictibus: nec non pro caſtro & villa Sancti Martini in Vinci, ac Malacia, & Vicia, & de Carpalo, ac Sancti Pauli Villis, cum eorum fortalitiis; necnon Tebii, ac Inſulae Gualſtritarum, Carticeti, Barnis, & Puzoli, ac alterius Carticeti, & Sancti Blaſii caſtris, Ariminenſis, Fanenſis, & Foroſempronienſis dioeceſum, ad Eccleſiam Romanam pleno jure ſpectantibus.* Actum Avenione Anno Domini MCCCLXIII. die XV. Februarii, Pontificatus Domini Urbani Papae praedicti Anno Primo.

Inſtrumentum tribus ſigillis ſigillatum, & ſigno duorum Notariorum ſubſcriptum & ſignatum, continens, qualiter Reverendus pater Dominus Aegidius Epiſcopus Sabinenſis *& Legatus ac Vicarius generalis in partibus Italiae, de mandato* Domini Innocentii Papae VI. *deputavit Capitaneos,*

nobiles

nobiles viros Malateſtam & Galeotum de Malateſtis *fratres, Milites, Capitaneos & Vicarios in partibus Lombardiae, videlicet in Ariminenſi, Fanenſi, Penſaurenſi, & Foroſempronienſi Civitatibus, earumque Comitatibus, & diſtrictibus; necnon caſtro & villa Sancti Martini in Vinci, & certis aliis caſtris & villis uſque ad decennium. Poſt modum verò* Dominus noſter Urbanus Papa V. *volens meritis dictorum Nobilium reſpondere, mandat & ordinat, dictos fratres eſſe in praedictis locis Capitaneos uſque ad alios decem annos ſub certis modis & conditionibus his praeſentibus expreſſis.* Datum Avenione Anno Domini MCCCLXIII. & XVII. die Aprilis.

Litera Patriarchae Conſtantinopolitani tangens Ducem & Communitatem Venetiarum, ac ſententias & proceſſus contra eos factas & reſponſiones eorum; ſine Datâ.

Duo Inſtrumenta confecta, unum in Conſilio publico & communi, aliud privato & ſecreto Communis Civitatis Ferrarienſis, ſuper ambaxiata mittenda Domino Clementi Papae V. *ad conquerendum de Communi Venetiarum, quod eos hoſtiliter invaſerat, & intulerat multa damna, & petendo ſuccurſum & juvamen a ſancta Romana Eccleſia, cujus ſunt filii peculiares & ſubjecti, ſine Datâ.*

Tranſcriptum pulcrarum Literarum, quas Domini Oſtienſis, *&* Petrus de Columna ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinales *tranſmiſerunt Conſilio & Communi Venetiarum, ad inducendum Venetiſos, quod de iis, quae commiſerant contra Romanam Eccleſiam, maxime in civitate & diſtrictu Ferrariae, ſatisfacerent, & miſericordiae* Domini Clementis Papae V. *ſe ſubmitterent; ſine Datâ.*

Sunt duae Literae directae Domino Benedicto Papae XII. *ſine Datâ, & ſunt apertae.*

Terrae Marchiae Anconitanae (diu eſt) occupatae per Tyrannos Lombardiae, ut in quadam Cedula, deſcribuntur, ſignatâ ſigno Notarii publici, ſine Datâ.

Poſſeſſiones terrae, quas habet Eccleſia Anagniae in Canino civitatis Anagniae in partibus Lombardiae; ſine Datâ.

Eſt unus Liber, in quo ſunt plura & multa utilia & bona ſcripta, quae ſunt de juribus & bonis, quae Romana Eccleſia habet in civitate & territorio Beneventano. Et ſunt conſuetudines & ordinationes dictae civitatis.

Quaternus octo foliorum ſcriptorum, continens & deſignans certas Terras, res, atque poſſeſſiones acquiſitas per Dominum Benedictum Cardinalem, *qui poſtea fuit* Papa Bonifacius VIII. *videlicet in caſtro Silvae Mollis, & ejus pertinentiis, ac in multis aliis locis hìc nominatis, ſine Datâ.*

Inſtrumentum publicum, continens, qualiter Communitas caſtri de Soncino Cremonenſis dioeceſis conſtituit Procuratorem ad recognoſcendum dictum caſtrum tenendum a Domino Benedicto Papa XII. *& ejus Succeſſoribus, & ab Eccleſia Romana &c. & alia faciendo, quae in ipſo Inſtrumento continentur.* Datum Anno Domini MCCCXL. die XV. Octobris.

Inſtrumentum procurationis Communitatis Cumanae, continens, qualiter Communitas & Populus Cumanus conſtituunt Procuratorem ad recognoſcendum, dictam civitatem tenendam a Domino Benedicto Papa XII. *& ejus Succeſſoribus, ac Eccleſiâ Romanâ &c. & alia faciendo, quae in ipſo Inſtrumento ſunt deſcripta.* Anno Domini MCCCXXXV. die...... Menſis Octobris..

Inſtru-

Inſtrumentum confeſſionis, recognitionis, & juramentorum ac promiſſionum, ac etiam procurationis Syndici Nobilium de Gonzaga & Populi civitatis Mantuanae, in eorum reconciliatione cum Eccleſia Romana factarum, ſpecialiter qualiter dictus Syndicus nomine, quo ſupra, promiſit & ſe obligavit, ſolvere & realiter aſſignare Eccleſiae Romanae infra unum Menſem duomillia Florenorum de Florentia. Datum Avenione in Camera Domini, Anno MCCCLII. die XV. Novembris, Pontificatus Domini Clementis Papae VI. Anno XI.

Tranſumtum decem Literarum Apoſtolicarum ſuper reſervatione fructuum omnium Beneficiorum Eccleſiaſticorum, in Ducatu Spoletano conſiſtentium, tunc & infra annum tunc proxime ſequentem vacantium, de Regiſtris Curiae dicti Ducatus Spoletani, per Johannem de Amelio Rectorem dicti Ducatus pro Eccleſia Romana, de mandato Domini Johannis Papae XXII. *extractum, & manu quatuor Notariorum ſubſcriptum & ſignatum.* Datum Anno Domini MCCCXXIV. die ultima Martii, Pontificatus ſui Anno VIII.

„ De diverſis.

Sunt plures aliae Literae, & proceſſus Apoſtolici diverſorum negotiorum modicae utilitatis Eccleſiae Romanae tangentes, quae plenarie propter earum pluralitatem non fuerunt ſummatae, ſed repoſitae Coffris ſeu Archivis, prout de aliis Literis Apoſtolicis ſuperius eſt ordinatum.

Et primo ſuper depoſitione & inhabilitatione Dominorum Jacobi & Petri de Columna Cardinalium, *& eorum parentum, per* Dominum Bonifacium Papam VIII. *ac reſtitutione eorumdem per* Dominos Benedictum Papam XI. & Clementem V. *deinde facta.*

De factis Ludovici de Bavaria, & Petri de Corbaria Antipapae, *& aliorum eis adhaerentium, tempore* Domini Johannis Papae XXII.

De Templariorum depoſitionibus & condemnationibus, de quibus nihil fuit rubricatum propter prolixitatem proceſſuum. Sed omnia ſunt repoſita in uno Coffro.

De factis Ordinum Mendicantium, & ordinationibus & limitationibus ſuorum Privilegiorum. Nihil rubricatum, ut ſupra.

De reſervationibus Dignitatum & aliorum Beneficiorum.

De Officiis concedendis per ſummos Pontifices vacante Imperio.

De certis Privilegiis pluribus Eccleſiis & Monaſteriis per ſummos Pontifices conceſſis.

Sunt primo ſex Literae ejuſdem tenoris ad perpetuam rei memoriam bullatae, continentes proceſſus ac ſententias, videlicet qualiter Dominus Bonifacius Papa VIII. *praeſente Collegio Dominorum Cardinalium,* Jacobum Sanctae Mariae in Vialata, *&* Petrum Sancti Euſtachii Diaconos Cardinales de Columna, *eo quod* Jacobo Regi Aragonum *&* Frederico filio Petri Regis Aragonum, *necnon* Frederico Romanorum Imperatori, *dicti Domini Papae, & Eccleſiae Romanae, ac Regis Siciliae hoſtibus & perſequutoribus faverant. Et ſpecialiter quia civitatem Peneſtrinenſem, & caſtra Columnae & Zagaroli, per dictos Cardinales detenta, ipſi ad manum dicti Papae pro ſecuritate patriae Romanae ponere & aſſignare cuſtodienda recuſarunt: ab officio, beneficio, ordine, ac dignitate quibuſcumque Dominorum Cardinalium amovit penitus & perpetuò privavit. Necnon* Johannem *&* Oddonem filios Johan-

Johannis de Columna, *fratres dicti Jacobi Cardinalis, & omnes deſcendentes ex linea dicti Johannis uſque ad quartam generationem, ad obtinendum quodcumque Beneficium ſeu officium Eccleſiaſticum inhabilitavit penitus, eoſque excommunicavit, & loca eorum interdixit. Monendo ipſos Cardinales, ut infra ſpatium decem dierum coram eo comparerent, recepturi juſtitiam de commiſſis, ſub poena confiſcationis omnium bonorum ſuorum, quae ibidem etiam confiſcavit.* Datum Romae apud Sanctum Petrum in publico Conſiſtorio, VI. Idus Maji, Pontificatus ſui Anno III.

Item ſunt quinque Literae ejuſdem tenoris, ad perpetuam rei memoriam bullatae, continentes, qualiter Dominus Bonifacius Papa VIII. *proceſſus factos & ſententias latas per eum contra* Jacobum & Petrum de Columna *olim* Cardinales, *pro eo quod ejus monitionibus & mandatis non paruerant, comparendo coram eo die aſſignata pro recipienda juſtitia, & etiam quia de ipſo blaſphemias dixerant, confirmavit, innovavit, ac de novo fecit, eos a Cardinalatibus privando & amovendo penitus, pronuntiandoque ſchiſmaticos & blaſphemos, excommunicando, eoſque ab omnibus beneficiis & officiis Eccleſiaſticis & dignitatibus, & omnibus bonis Eccleſiaſticis & Secularibus privavit. Contra eorum familias & ſervitores, & contra quoſcumque alios cum ipſis participantes, ſeu eis ſervitium, auxilium, vel favorem dantes, multas poenas & ſententias promulgavit. Necnon* Johannem, & Oddonem, Agaytum *vel* Agapitum, Stephanum, & Jacobum filium Johannis de Columna, *fratris dicti Jacobi, & patris dicti Petri, olim Cardinalium, excommunicavit, & ab omnibus beneficiis, officiis, dignitatibus, &* A *bonis Eccleſiaſticis & mundanis privavit & inhabilitavit, bonaque eorum confiſcavit, ea quibuſcumque volentibus occupare concedendo.* Datum Romae in Baſilica Sancti Petri, die Aſcenſionis Domini, Pontificatus ſui Anno III.

Item quaedam Literae Domini Bonifacii Papae VIII. *continentes, quod* B *nullus daret auxilium, conſilium, vel favorem* Petro & Jacobo de Columna *depoſitis a Cardinalibus, nec eos pro Cardinalibus reciperet, ſub poena excommunicationis, & aliis poenis hic contentis.* Datum Romae V. Calendas Decembris, Pontificatus ſui Anno III.

Item ſunt tredecim Literae diffama- C *toriae ejuſdem tenoris, directae univerſis eas inſpecturis, confectae per* Jacobum & Petrum Cardinales de Columna *contra* Dominum Bonifacium Papam VIII. *inter cetera continentes plures rationes, quod ipſe non erat verus nec legitimus Papa, & per conſequens coram eo comparere, nec ſibi obedire tenebantur; ſententiaeque priva-* D *tionis, excommunicationis, inhabilitatis, & confiſcationis per ipſum contra eos latae non valebant.* Datum Anno Domini MCCXCVII. die X. Maji.

Item duodecim Literae diffamatoriae ejuſdem tenoris, directae Praelatis Regni Franciae, confectae per Jacobum & Petrum Cardinales de Columna *contra* Dominum Bonifacium Papam E VIII. Datum Anno Domini MCCXCVII. die XV. Junii.

Inſtrumentum publicum, continens citationes factas contra Dominum Petrum de Columna Cardinalem *de mandato* Domini Bonifacii Papae VIII. Anno Domini MCCXCVII. die XV. Maji.

Appellatio interpoſita per Jacobum & Petrum de Columna Cardinales & *ſenten-*

ſententiis & proceſſibus per Dominum Bonifacium Papam VIII. *contra eos latis & factis*. Datum Anno Domini MCCXCVII. die XVI. Junii. A

Item eſt alia Appellatio ejuſdem tenoris & Datae.

Item eſt appellatio ejuſdem tenoris & Datae.

Item ſunt aliqua Scripta ſuper proceſſibus factis per Dominum Bonifacium Papam VIII. *contra* Jacobum & Petrum de Columna. B

Item ſunt multa alia Inſtrumenta publica, continentia factum Dominorum Cardinalium Columnenſium, in quodam ſacculo ligato, & Dominorum Gajetanorum, tradita per Abbates Sancti Florentii Salmurenſis, & de Montealbano Domino Theſaurario Domini Papae, dictorum Abbatum ſigillis ſigillata, continentia in effectu petitiones de reſarciendo damna hinc inde inter dictas partes data tempore diſcordiae inter Dominum Bonifacium Papam VIII. *ex una parte & illos de Columna.* C

Item eſt alia Litera Domini Bonifacii VIII. *in qua ſcribit nobili viro* Landulpho de Columna *Civi Romano, ut ad deſtructionem & captionem locorum, Caſtrorum, & perſonarum, domorum, vinearum, & arborum, Columnenſium ſchiſmaticorum, & Eccleſiae Romanae rebellium vadat*. Datum apud Urbem Veterem, II. Nonas Septembris, Pontificatus ſui Anno II. D

Eſt alia Litera Domini Benedicti Papae XI. *continens revocationem & annullationem ſententiarum excommunicationis, privationis, & inhabilitationis, promulgatarum contra* Petrum & Jacobum de Columna Cardinales, *& alios Columnenſes, ac eorum fautores, exceptis poenis confiſcationis*. Datum Laterani X. Calendas Januarii, Pontificatus ſui Anno I. E

Item ſunt quatuor Literae Domini Nicolai Papae IV. *in quibus commiſit* Domino Benedicto Cardinali *ſanctae Romanae Eccleſiae, qui fuit poſtmodum vocatus* Bonifacius Papa VIII. *adminiſtrationem & regimen ceterarum Eccleſiarum & domorum in Urbe.*

Copia Literarum ſuper factis Regis Franciae per Dominum Bonifacium Papam VIII. *procedentem contra eum.*

Proceſſus factus de mandato Domini Clementis Papae V. *continens depoſitiones & dicta quorumdam Dominorum Cardinalium ac Praelatorum examinatorum ſuper bono zelo, quem illuſtris* Rex Franciae Philippus *habuit, & ſuper facto contra* Dominum Bonifacium Papam VIII. *perpetrato*. Actum die XIV. Aprilis, Anno Domini MCCCXX. Pontificatus ſui Anno VI.

Item ſunt quatuordecim Literae Domini Nicolai Papae IV. *directae* Dominis G. Salinenſi, & B. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconis Cardinalibus, Nuntiis Sedis Apoſtolicae, *ad partes Franciae deputatis, tam ſuper perceptione fructuum beneficiorum ſuorum, & eorum familiarium, quàm ſuper eo, quod poſſint conferre Canonicatus & Praebendas in Eccleſiis Cathedralibus, & alia beneficia Eccleſiaſtica, & diſpenſationes ſuper defectu natalium, & alia eorum legationis officio incumbentia facere*. Datum apud Urbem Veterem IV. Nonas Septembris, Pontificatus ſui Anno IV.

Copia Literarum Domini Bonifacii Papae VIII. *directarum Regibus Franciae & Angliae ac aliis, ne* Stephanum de Columna *condemnatum per ipſum ad certam poenitentiam, quam non fecit, admittant, ſed ipſum capiant, & captum detineri faciant.*

Copia Literarum plurium Dominorum Cardinalium adhaerentium Domino Bonifacio Papae VIII. *& ſcribentium*

tium univerſis contra Petrum & Jacobum de Columna *olim Cardinales: qui ſcripſerunt per diverſas Orbis partes, quod dictus Dominus Bonifacius non erat verus Papa, cujus contrarium ipſi aſſerunt. Et eſt pulcrum dictamen & ſerioſum.*

Copia quorundam articulorum formatorum contra Regem Franciae, & alios ſeculares Regni ſui, ſuper iis, quae indebite dicebantur attentare contra Eccleſiam Romanam & Eccleſiaſticas perſonas. Ad quae reſpondit Rex, ut hìc etiam particulariter continetur.

Copia quarumdam Conſtitutionum factarum ſeu confirmatarum per Dominum Simonem tituli Sanctae Caeciliae Presbyterum Cardinalem, Apoſtolicae Sedis Legatum *in Regno Franciae.*

Diſpoſitio ultima Domini Theoderici Civitatis Papalis Epiſcopi & Cardinalis. Actum Burdegalis Anno Domini MCCCVI. die I. Decembris.

Privilegium Epiſcopi Sabinenſis ab Alexandro II. Papa *conceſſum eidem. Et eſt ſine Datâ, & valde antiquum.*

Proceſſus facti per Dominum Bonifacium Papam VIII. *contra Regem Franciae. Et informationes, allegationeſque pro eo, quod impediebat euntes ad Curiam Romanam; & multis aliis de cauſſis.*

„ Proceſſus & Literae ſuper facto „ Ludovici de Bavaria.

S*Unt primo tres Literae patentes ejuſdem tenoris*, Ludovici de Bavaria, *miſſae Populo Civitatis & Dioeceſis Valentinenſis per Ludovicum de Bavaria, ſuper conceſſione ſeu confirmatione Caſtri de Mota dictae dioeceſis, Cardinali de Columna.* Datum III. Nonas Junii Anno Domini MCCCXV.

A *Item quoddam Inſtrumentum, continens, qualiter certi Procuratores Comitis Hanoniae, Avenionem deſtinati, in praeſentia* Domini Johannis Papae XXII. *nomineque & in animam dicti Comitis, promiſerunt & jurarunt, quod numquam eſſet dictus Comes contra dictum Dominum Papam, nec Eccleſiam Romanam, nec juvaret in aliquo* Ludovicum de Bavaria. Datum Avenione Anno Domini MCCCXXVII. B

Octo Literae Domini Johannis Papae XXII. *continentes rationem, aliàs relationem, quam fecit quibuſdam Ambaſciatoribus & Literis ſibi miſſis per* Ludovicum de Bavaria. *Et ne de iis poſſet eſſe diverſitas opinionum vel aliter dari intelligi, fuerunt confectae hujuſmodi Literae, & miſſae diverſis Praelatis.* Datum Avenione V. Idus Januarii, Pontificatus ſui Anno VIII. C

Item duae Literae ejuſdem tenoris Domini Johannis Papae XXII. *directae Archiepiſcopo Bremenſi, ejuſque Suffraganeis, quod denuntiarent & publicarent proceſſus factos per ipſum Dominum Papam contra* Ludovicum de Bavaria, *qui erat electus in diſcordia, & ante confirmationem ſeſe ingeſſerat adminiſtrationi Imperii.* Datum Avenione VII. Idus Octobris, Pontificatus ſui Anno VIII. D

Literae ſigillatae ſigillo Ludovici de Bavaria, *continentes plures blaſphemias contra* Dominum Johannem Papam XXII. *Ex quibus ipſum deponebat verbo: quas non expedit explicare.* Datum Romae die XVIII. Aprilis, Anno MCCCXXVIII. E

Literae Ludovici de Bavaria, *in quibus conſtituit Procuratores ad habendum proceſſus & Literas contra eum factas per* Dominum Johannem Papam XXII. *Et eis habitis ad petendum dilationem competentem ab eodem*

Domino

Domino Papa. Datum II. Idus Decembris, Anno Domini MCCCXXIII.

Aliud procuratorium Ludovici de Bavaria, *in quo certis Procuratoribus ſuis dedit poteſtatem confitendi coram* Domino Benedicto Papa XII. *articulos, quibus deliquerat contra Papam Johannem & Romanam Eccleſiam, petendique veniam & abſolutionem, & offerendi emendam plenariam & faciendi reconciliationem, & alia omnia circa praemiſſa neceſſaria. Nec non promittendi & obligandi, quod perpetuo eſſet fidelis obediens Domino Papae & Eccleſiae Romanae, & obtentu poenitentiae & praemii faceret paſſagium ultra mare, ubi ſtaret, & reverſus Eccleſias & Monaſteria aedificaret, ac eleemoſynas faceret, quantum Domino Papae placeret*. Datum V. die Martii Anno Domini MCCCXXXVI.

Aliud procuratorium, in quo conſtituit Procuratorem Ludovicum Juniorem Comitem de Oëtingen, dando ſibi poteſtatem conſummandi tractatus habitos inter ipſum & Dominum Benedictum Papam XII. *& faciendi omnia, quae eſſent neceſſaria*. Datum XIII. Calendas Aprilis Anno Domini MCCCXXXV.

Aliud procuratorium pro dicto Ludovico juniori & ejus ſociis, habendi poteſtatem jurandi, promittendi, & concedendi, ſicut alii Imperatores aliàs fecerunt. Et ſpecificantur plura alia. Et de confoederatione facienda cum Rege Siciliae & pluribus aliis. Datum V. die Martii Anno Domini MCCCXXXVI.

Litera, quae dirigitur Domino Benedicto Papae XII. *per Bavarum ſuper facto Antipapae, in qua conſtituit Procuratorem Comitem Juliacenſem &* Henricum de Bavaria *patruum ſuum ſuper reconciliatione ſua*. Datum die VIII. Octobris Anno Domini MCCCXXXVI.

Item aliud procuratorium Ludovici junioris & ſenioris ſuper reconciliatione ſua, dans eiſdem poteſtatem confitendi crimina & exceſſus &c. Datum, *ut ſupra*.

Item aliud Procuratorium Ludovici de Bavaria, *dantis poteſtatem Comiti Ludovico juniori & ſeniori, & complicibus ſuis ſuper perficiendis & confirmandis quibuſdam articulis, ut dicitur, concordatis inter dictos Comites & Dominum noſtrum Papam*. Datum die IV. Auguſti, Anno Domini MCCCXXXV.

Aliud procuratorium dicti Bavari miſſum Domino Benedicto Papae XII. *continens plures articulos, in quibus contra* Dominum Johannem Papam XXII. *& Eccleſiam Romanam fuit confeſſus ſe deliquiſſe & erraſſe ore & opere, non tamen corde. De quibus tam per ſe, quàm Procuratores infraſcriptos petens veniam, obtulit ſe obtentu poenitentiae & praemii facere paſſagium ultramarinum, cum poteſtate ſua, ibidemque moraturum, quamdiu Domino Papae placeret: necnon Eccleſias & Monaſteria aedificare, ac ſe eſſe fidelem & ſubjectum Domino Papae & Eccleſiae Romanae*. Datum, *ut ſupra*.

Aliud procuratorium dicti Bavari miſſum Domino Benedicto Papae XII. *in quo conſtituit certos Procuratores ad confitendum quoſdam Articulos, in quodam quaterno contentos, in quibus contra Papam & Eccleſiam Romanam deliquerat, & ſuper illis tractandum & concordandum cum eodem Domino Papa & Collegio Dominorum Cardinalium, eorum voluntati ſe volens conformare*. Datum VI. die Auguſti Anno Domini MCCCXXXV. Regni ſui XXI.

Aliud procuratorium dicti Bavari, in quo conſtituit certos Procuratores ad promittendum & faciendum Domino Benedicto Papae XII. *& Eccleſiae Romanae*

manae omnia, quae Electi in Regem Romanorum & Imperatorem hactenus promiſerunt & fecerunt. Et ſpecialiter prout Henricus Imperator Domino Clementi Papae V. *promiſerat & fecerat, ut infra plenius continetur.* Datum die VIII. Octobris Anno Domini MCCCXXXVI.

Item tria Inſtrumenta continentia, qualiter Cives & Poteſtas Civitatis Cremonenſis, contra quos fuerat proceſſum per Dominum Benedictum Papam XII *ſuper eo quod* Ludovicum de Bavaria & Fratrem Petrum de Corbaria Antipapam, *ac* Bernabovem de Vicecomitibus de Mediolano *receptaverant contra mandatum Eccleſiae, juramentum fidelitatis Domino Papae & Eccleſiae Romanae cum multis capitulis hìc contentis praeſtiterunt ac reconciliati fuerunt.* Datum die XXIV. Auguſti Anno Domini MCCCXXXV. Pontificatus ſui Anno I.

Item ſunt plures Literae miſſivae directae Domino Benedicto Papae XII. *per* Ludovicum de Bavaria *damnatum per Eccleſiam ſuper reconciliatione ſua. Et omnes tendunt ad hoc.* Datum die III. Decembris Anno Domini MCCCXXXVI.

Ratificatio, ſubmiſſio, ſubjectio, & abſolutio Comitatus, Civitatis, & Univerſitatis Mediolanenſis, & Johannis ac Luchini de Vicecomitibus *ſuper adhaerentia Ludovici de Bavaria damnati per Eccleſiam Romanam.* Datum Mediolani VI. die Maji, Anno Domini MCCCXLI.

Ratificatio, ſubmiſſio, & abſolutio Comitatus Placentini, & Laudenſis Civitatis, & Cremae, Caravagii, Martinengi, Caſtrinovi, & Buchaeduae, Caſtrorum Mediolanenſis, Cremonenſis, & Pergamenſis dioeceſum, ſuper eo quod adhaeſerant Bavaro contra Romanam Eccleſiam. Datum Mediolani, *ut ſupra.*

Ratificatio, oblatio, recognitio, ſubjectio & ſubmiſſio Communis Burgi Sancti Domnini ſuper reconciliatione per Dominum Benedictum Papam XII. *de ipſis facta, pro eo quia adhaeſerant* Bavaro & Galeatio de Mediolano *rebellibus & excommunicatis per Eccleſiam.* Datum in Palatio majori Burgi Sancti Domnini, die VI. Auguſti, Anno Domini MCCCXLI.

Ratificatio, abſolutio, reconciliatio Communis & incolarum Caſtri, juriſdictionis, & diſtrictus Soncini. Datum *ibidem* Anno & die, *quibus ſupra.*

*Ratificatio, recognitio, ſubjectio, reconciliatio, & abſolutio Communis & inhabitantium * Curvenenſium ſuper eo, ut ſupra.* Datum, *ut ſupra.*

Ratificatio, approbatio, reconciliatio, & abſolutio Communis Novarienſis & Syndici Novarienſis facta, contra quos proceſſum fuerat tamquam f utores Ludovici de Bavaria, & Galeatii de Mediolano. Datum die IX. Auguſti, Anno, *quo ſupra.*

Ratificatio, ſubjectio, recognitio, & reconciliatio Communis & inhabitantium Pergamenſium ſuper eo, ut ſupra. Datum die VIII. Auguſti, Anno, *quo ſupra.*

Ratificatio Civitatis Bobii ſuper facto Bavari. Datum *ibidem* Anno & die, *quibus ſupra.*

Syndicatus Januenſium ſuper inobedientia Eccleſiae Romanae, & Bavari adhaerentia; qui Domino Papae & Eccleſiae Romanae ſe ſubmiſerunt. Datum in Palatio Januenſi, die VII. Novembris Anno Domini MCCCXXXVII.

Literae Epiſcopi, Praepoſiti, & Capituli Conſtantienſis, directae Domino Benedicto Papae XII. *continentes, quod daret eis licentiam celebrandi divina ſaltem ad annum, non obſtantibus ſententiis latis contra* Ludovicum de Bavaria, *& adhaerentes ſibi: aliàs de*

man-

mandato ſuo niſi celebrarent, ipſi Eccleſiaſtici efficerentur de cetero exules, & Eccleſiae damna maxima paterentur. Datum Conſtantiae Anno Domini MCCCXXXVIII.

Item plures aliae Literae directae eidem Domino Papae per nonnullos Principes Alamanniae hìc expreſſos, ſuper abſolutione & relaxatione ſententiarum contra Ludovicum de Bavaria, *& ſuos adhaerentes latarum.*

Reconciliatio, ratificatio, remiſſio, ſubmiſſio, & abſolutio Civitatis & Communis Papienſis, ſuper eo quia adhaeſerant Ludovico de Bavaria *contra Eccleſiam Romanam.* Datum *ut ſupra.*

Literae Domini Clementis Papae VI. *continentes proceſſus factos contra* Ludovicum de Bavaria, *damnatum per Eccleſiam Romanam, & citationem perſonalem, quod deberet pro praemiſſis in Avenione perſonaliter comparere.* Datum Avenione II. Idus Aprilis Pontificatus ſui Anno I.

Inſtrumentum publicum, qualiter Dominus Gerardus Epiſcopus Spirenſis, *qui poſt tyrannidem tenuerat Epiſcopatum praedictum, & Bavaro adhaeſerat, renuntiavit pure & libere in manibus Praepoſiti Spirenſis, ad hoc commiſſi a Sede Apoſtolica & deputati. Et tradit eidem poſſeſſionem realem omnium Caſtrorum, Villarum, & aliorum locorum.* Datum V. die Maji, Anno Domini MCCCLI.

Item Privilegium conceſſum per Dominum Caliſtum Papam *Monaſterio Angliacenſi.*

Litera Domini Nicolai Papae V. *ſecundò ſcribentis Regi Franciae illuſtri, quatenus ſuſcipiat regimen & cuſtodiam Terrae Sanctae, uſquedum fiat paſſagium generale.* Datum in Urbeveteri, Nonis Decembris, Pontificatus ſui Anno III.

A *Literae* Domini Nicolai Papae IV. *in quibus committit* Domino Benedicto Cardinali, *qui fuit poſtea Papa vocatus* Bonifacius VIII. *curam & protectionem Ordinis Sancti Guillermi, cujus Ordinis fuerat idem Dominus Papa, cum poteſtate viſitandi, reformandi &c.* Datum Reate Calendas Julii, Pontificatus ſui Anno I.

B *Litera continens, qualiter* Dominus Coeleſtinus Papa V. *Monaſterio Sancti Spiritus de Murone, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinenti, Ordinis Sancti Benedicti, Valvenſis dioeceſis, univit & applicavit Monaſterium Sancti Petri extra Beneventum, cum Monte Sancti Felicis, molendinis, poſſeſſionibus, pertinentiis, & juribus omnibus.* C *Denique Monaſterium a parte Archiepiſcopi Beneventani exemit, ac Monialibus, quae in dicto Monaſterio Sancti Petri morari ſolebant, Monaſterium Monialium Sancti Deodati Beneventani cum omnibus poſſeſſionibus & juribus ſuis aſſignavit, illud eximendo a poteſtate Abbatis & Conventus Sancti Vincentii de Vulturno, quibus ſuberat.* Datum Aquilae X. Calendas Octobris, D Pontificatus ſui Anno I.

Item ſunt plures Literae Domini Nicolai Papae IV. *directae Epiſcopo Sabinenſi, &* Benedicto Diacono Cardinali, *qui poſtea fuit Papa, vocatus* Bonifacius, *Nuntiis Apoſtolicis, ad partes Franciae deſtinatis. Quae omnia tranſiverant in rem judicatam, &* E *non ſunt...... regratiando.*

„ De reſervationibus Beneficiorum
„ tempore Domini Johannis Pa-
„ pae XXII.

S*Unt duodecim Literae, ad futuram rei memoriam bullatae, continentes, qualiter* Dominus Johannes Papa XXII. *reſervavit ad biennium Eccleſias Cathedrales*

drales

drales & Collegiatas provinciae Mediolanenſis, & plurium aliarum provinciarum Lombardiae, diſpoſitioni Sedis Apoſtolicae, ſub diverſis Datis, Pontificatus ſui Anno XIII.

Item ſunt duae Literae bullatae ad futuram rei memoriam, continentes, qualiter Dominus Johannes Papa XXII. *generaliter reſervavit Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Abbatias, Monaſteria, Prioratus, & alia Beneficia Eccleſiaſtica, in terris Eccleſiae Romanae ubicumque exiſtentia, ordinationi & diſpoſitioni Sedis Apoſtolicae, ad ipſius Sedis beneplacitum.* Datum Avenione, Idus Septembris, Pontificatus ſui Anno IV.

„ De reſervationibus Beneficiorum „ tempore Domini Benedicti XII. „ & Clementis VI.

I*Tem alia Litera ad futuram rei memoriam bullata, continens, qualiter* Dominus Benedictus Papa XII. *generaliter reſervavit omnia Beneficia Eccleſiaſtica, ubicumque conſiſtentia, uſque ad ſuum beneplacitum.* Datum Avenione, VI. Idus Januarii, Pontificatus ſui Anno I.

Item ſunt duae Literae, bullâ Domini Clementis Papae VI. *bullatae, continentes quaelibet ipſarum, qualiter ipſe Dominus Clemens Primo Anno Pontificatus ſui reſervavit omnia Beneficia Eccleſiaſtica, ubicumque exiſtentia, ad unum annum dumtaxat.*

„ De Officiis vacante Imperio: & de „ pluribus diverſis aliis rebus.

S*Unt ſex Literae bullatae* Domini Johannis Papae XXII. *directae Archiepiſcopis Maguntino, Bremenſi, Maddeburgenſi, Treverenſi, Colonienſi, & Salzeburgenſi, & eorum Suffraganeis, continentes proceſſus factos, & ſententias excommunicationis & interdicti, per ipſum Papam latas contra detinentes, aſſumentes, ſeu retinentes in partibus Italiae, mortuo* Henrico Imperatore, *vacante Imperio, Officia Vicariatus, Poteſtatis, Rectoris, Capitanei, Judicis, ſeu quaecumque alia Officia in Civitatibus, Comitatibus, Caſtris, & aliis Terris Lombardiae, quorum regimen & gubernatio, mortuo dicto Imperatore & vacante Imperio, ad Dominum Papam & Romanam Eccleſiam devolvuntur ac pertinent, abſque licentia Sedis Apoſtolicae ſpeciali: in quibus caſſavit & irritavit omnes pactiones, colligationes, obligationes, & juramenta, inter ipſos detinentes hujuſmodi Officia, & nobiles, Dominos ſpirituales & temporales Civitatum, Comitatum, Villarum, Caſtrorum, aliorumque locorum Lombardiae habita & facta.* Datum Avenione XV. Calendas Junii, Pontificatus ſui Anno VI.

Litera ad perpetuam rei memoriam bullata, continens taxationem Literarum Apoſtolicarum, & Abbreviatorum, & poenas tranſgreſſoribus taxarum hujuſmodi impoſitas, per Dominum Johannem Papam XXII. *factam & ordinatam.* Datum Avenione IV. Idus Decembris, Pontificatus ſui Anno I.

Litera bullata, continens unionem Eccleſiae Parochialis Sancti Medardi de Banaſſaco Mimatenſis dioeceſis Archidiaconatui Mimatenſi, per Dominum Johannem Papam XXII. *tempore* Jacobi Electi Avinionenſis, *Archidiaconique dictae Eccleſiae, perpetuò factam.* Datum Avenione, IV. Calendas Novembris, Pontificatus ſui Anno I.

Litera Conſtitutionis contra tenentes Beneficia incompatibilia, quae incipit: Exſecrabilis &c. *facta per* Dominum Johannem Papam XXII. Datum Avenione XIII. Calendas Decembris, Pontificatus ſui Anno II.

 Li-

Litera ad perpetuam rei memoriam bullata, continens Conſtitutionem ac poenas ſtatutas, & ſententias latas per Dominum Johannem Papam XXII. *contra Ravennates, damnificantes, injuriantes, invadentes, aut interficientes Rectorem, Vicarium, Mareſcallum, Judicem, eorumque Locumtenentem, in dicta Civitate per Eccleſiam Romanam ordinatos, vel in futurum ordinandos.* Datum Avenione XV. Calendas Auguſti, Pontificatus ſui Anno II.

Litera ad perpetuam rei memoriam bullata, continens de fructibus exſolvendis Extravagantem ſuſcepti regiminis ſuper annalibus, cum declarationibus certis per Dominum Johannem Papam XXII. *factam.* Datum Avenione VIII. Calendas Aprilis, Anno II.

Litera ad perpetuam rei memoriam bullata, continens, qualiter Dominus Johannes Papa XXII. *de conſilio Dominorum Cardinalium, aſſertiones pertinaces illorum, affirmantium, Redemtorem noſtrum Dominum Jeſum Chriſtum, ejuſque Apoſtolos in ſpeciali non habuiſſe aliqua, nec etiam in communi. & ſi qua habuerunt, in iis jus utendi, vendendi, donandi, ſeu ex * ox iis alia acquirendi, non habuerunt, pertinaces & haereticos fore perpetuò declaravit.* Datum Avenione, II. Idus Novembris, Pontificatus ſui Anno VIII.

Litera bullata ſuper ſententiis, quae proferuntur die Jovis ſanctâ per Dominum Papam contra Patarinos pauperes de Lugduno. Datum Avenione in Coena Domini, Pontificatus ſui Anno IV.

Litera Domini Johannis Papae XXI. *continens, quod ipſe non commiſit finale judicium Apoſtillarum Fratris Petri Johannis de Ordine Minorum, ſed examinationem tantùm, & finale Judicium de iis ſibi reſervavit.* Datum Avenione V. Calendas Octobris, Pontificatus ſui Anno VII.

A

Litera Domini Innocentii Papae IV. *continens, qualiter conceſſit Primicerio & Clericis Urbis........ duodecim Libras annuatim de emolumentis Altaris Majoris.* Datum Lugduni, Anno MCCL. Nonis Novembris, Pontificatus ſui Anno VII.

B

Litera Domini Bonifacii Papae VIII. *continens prohibitionem, quod nulla perſona Eccleſiaſtica, cujuſcumque ſtatus vel conditionis exiſtat, promittat aliquo modo Decimam, vel quamvis aliam portionem aut quotam Secularibus abſque Apoſtolicae Sedis licentia ſpeciali. Nec ipſi Seculares ad haec ipſos Eccleſiaſticos quovis modo compellant, alioquin in ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant. Et ſi Univerſitates fuerint, ſubjaceant Eccleſiaſtico interdicto. Et ſi antequam hujuſmodi prohibitio perveniſſet ad eorum notitiam, vel poſt, aliqua promiſiſſent, quod ea non ſolvant: alioquin tam dantes quàm recipientes ſint eo ipſo excommunicati.* Datum Romae apud Sanctum Petrum VI. Calendas Martii, Pontificatus ſui Anno II.

C D

Litera Domini Coeleſtini Papae V. *continens Indulgentiam quinque annorum & quinque quadragenarum viſitantibus Eccleſiam Beatae Mariae de Trivento Ordinis Sancti Benedicti.* Datum Aquilae V. Nonas Septembris, Pontificatus ſui Anno I.

E

Item alia ipſius Domini Papae, in qua unit Monaſterio Sancti Spiritus de Sulmona Ordinis Sancti Benedicti, Valvenſis dioeceſis, Eccleſias Sanctae Mariae de Sageſſano, Sancti Eraſmi, & Sancti Silveſtri, Valvenſis dioeceſis, cum omnibus poſſeſſionibus & juribus. Datum Neapoli Idibus Novembris, Anno Primo.

Item

Item alia Litera, in qua unit Monaſterio Sancti Petri de foris Portam Ravennenſem, Ordinis Sancti Benedicti, Eccleſiam Sancti Hilarii Ravennenſis, cum terris & juribus ſuis, ipſam a poteſtate Ordinariorum eximendo. Datum, *ut ſupra.*

Item alia Litera, continens, qualiter Coeleſtinus Papa V. *conceſſit unum annum & quadraginta dies de Indulgentia, viſitantibus ac porrigentibus manus adjutrices Monaſterio Sancti Spiritus prope Sulmonam.* Datum, *ut ſupra.*

Item alia Litera ipſius Domini Papae concedentis certas Indulgentias benefactoribus Monaſterii Sancti Spiritus de Lanceano, Ordinis Sancti Benedicti Teatenſis dioeceſis, uſque ad quinquennium a data praeſentium Literarum. Datum Aquilae V. Calendas Octobris, Anno I.

Item alia Litera, in qua univit Monaſterio Sancti Spiritus Eccleſiam Sancti Severi de Popleto Aquilanae dioeceſis, cum omnibus ſuis juribus, ipſam eximendo a poteſtate Epiſcopi Aquilani, & Prioris & Capituli Eccleſiae Lateranenſis. Datum Aquilae, III. Calendas Septembris, Anno I.

Item alia Litera ipſius Domini Papae, in qua ſubjicit, quantùm ad obſervantiam Regulae Sancti Benedicti, viſitationem & Prioris confirmationem, & alia hîc expreſſa, Monaſterio Sancti Spiritus prope Sulmonam, duo Hoſpitalia ſimul annexa, videlicet Sancti Nicolai & Sancti Ruffi de Feretro, Marſicanae dioeceſis. Datum Neapoli X. Calendas Decembris, Pontificatus ſui Anno I

Item alia Litera ipſius Domini Papae, exſequutoria unionis Monaſterii Sancti Spiritus de Murone dioeceſis Aquilanae cum pertinentiis ſuis, ipſum ab Ordinario eximendo. Datum, *ut ſupra.*

Item alia Litera ipſius Domini Papae unientis Eccleſiam Sancti Viti in Campo de Urbe Monaſterio Sancti Euſebii de Urbe. Datum Neapoli, *ut ſupra*, Anno Primo.

Item alia Litera ipſius Domini Papae, unientis Hoſpitali Sancti Nicolai de Ferrato, Ordinis Sancti Benedicti, Marſicanae dioeceſis, Hoſpitale Sancti Ruffini, ejuſdem dioeceſis, cum pertinentiis ſuis, ipſum ab Ordinario eximendo. Datum, *ut ſupra*, Anno I.

Item alia Litera ipſius Domini Papae, concedentis certas Indulgentias benefactoribus Monaſterii Sancti Spiritus de Bucelano, Ordinis Sancti Benedicti. Datum Aquilae XII. Calendas Octobris, Anno I.

Item alia Litera ipſius Domini Papae, unientis Monaſterio Sancti Spiritus prope Sulmonam Ordinis Sancti Benedicti, Monaſterium Sancti Johannis de Colum . . . . ejuſdem Ordinis, dioeceſis Aquilanae. Datum Aquilae V. Calendas Octobris, Anno Primo.

Item exſequutoria ſub eadem Datâ.

Item alia Litera ipſius Domini Papae, unientis Conventui Monaſterii Sancti Petri prope Beneventum certa Monaſteria & Eccleſias hîc expreſſas. Datum Sulmonae II. Idus Octobris, Anno I.

Item alia Litera ipſius Domini Papae, in qua univit Monaſterio Sancti Spiritus prope Sulmonam, ad Eccleſiam Romanam nullo medio pertinenti, Monaſterium Sancti Johannis in Plano, Ordinis Sancti Benedicti, Nucerinae dioeceſis. Quod deinceps regi voluit per Priorem. Quod Monaſterium ſeu Prioratum, cum omnibus juribus ſuis, ſimiliter exemta eſſe voluit, & immediate ſoli Sedi Apoſtolicae ſubjacere. Datum Neapoli, IV. Nonas Decembris, Pontificatus ſui Anno Primo.

Litera,

Litera, *qualiter* Dominus Bonifacius Papa VIII. *confirmavit compoſitionem factam inter Vitalem de Villaraſa*, & *quoſdam alios hìc nominatos Tholoſanos Cives ex una parte*, *de quatuordecim millibus Libris Turonenſium*, *quas de bonis* Domini Hugonis Epiſcopi Tholoſani *habuerant*, & *Magiſtrum Rogerium de Salerno*, & *Arnaldum de Villario*, *nomine Domini Papae ex altera*, & *quitationem eiſdem Civibus Tholoſanis conceſſam*. Datum Laterani Nonis Januarii, Pontificatus ſui Anno IV.

Litera ad perpetuam rei memoriam bullata, *continens Conſtitutionem factam per* Dominum Bonifacium VIII. *ſuper dandis Coadjutoribus Epiſcopis* & *ſuperioribus Praelatis ſenio vel dementiâ ſeu aliâ infirmitate corporali ad eorum officium exſequendum perpetuò impeditis*. Datum Romae Nonis Aprilis, Anno II.

Item alia Litera dicti Domini Papae, *ſcribentis Rectori Comitatus Veneyſini*, *quod Prior* & *Conventus Sancti Saturnini prope Pontem*, *Ordinis Cluniacenſis*, *diruant duo fortalitia ſeu baſtitas*, *quas de novo aedificaverant in praejudicium Comitatus Veneyſini*: *aliàs datur Epiſcopo Auraycenſi in mandatis*, *quatenus ipſos ad hoc per cenſuram Eccleſiaſticam compellat*. Datum apud Sanctum Petrum II. Idus Martii, Pontificatus ſui Anno II.

Litera Domini Bonifacii Papae VIII. *condemnantis Sectas* & *errores certos hìc expreſſos quarumdam gentium*, *tam virorum*, *quam mulierum*, *qui ſuis temporibus ſurrexerunt*, *mandans*, *quod contra eos*, *velut haereticos*, *procedatur*. Datum Anagniae, Calendis Auguſti, Anno II.

Litera ipſius Domini Papae, *ordinantis in ceſſatione a divinis per Capitulum facienda debere vacare abſea* .... & *obſervantur alia hìc expreſſa*. Datum Romae apud Sanctum Petrum II. Nonas Aprilis, Anno II.

Litera ipſius Domini Papae, *mandantis Epiſcopo Auraycenſi*, *quod niſi Prior* & *Conventus Sancti Saturnini in Portu*, *Cluniacenſis Ordinis*, *Uticenſis dioeceſis*, *infra unius menſis ſpatium*, *deſtruxerint duas baſtitas ſeu fortalitia*, *quae de novo aedificaverant ſupra vel prope Pontem Sancti Spiritus*, *in praejudicium Comitatus Veneyſini*, *ad Romanam Eccleſiam pertinentis*, *quatenus ipſos compellat per cenſuram Eccleſiaſticam*. Datum, *ut ſupra*, Idibus Martii.

Litera Domini Johannis Papae XXII. *reſervationis omnium* & *ſingularum Eccleſiarum Cathedralium* & *Collegiatarum vacantium in Civitate*, *dioeceſi*, & *Patriarchatu Aquilejenſi*, *exceptis Monialium*, & *hoc uſque ad biennium*. Datum Avenione, VI. Calendas Aprilis, Pontificatus ipſius Domini Papae * Anno IX. Anno II.

Item alia Litera ipſius Domini Papae, *continens exemtionem conceſſam* Fratri Petro de Corbaria, *Ordinis Fratrum Minorum*, *olim* Antipapae, & *nunc correcto*, & *in obedientia ſanctae Romanae Eccleſiae exiſtenti*, *quod Sedi Apoſtolicae*, & *nulli alii ſit ſubjectus*. Datum Avenione V. Calendas Decembris, Anno XV.

Litera Domini Clementis Papae VI. *excommunicationis*, & *anathematizationis haereticorum* & *aliorum*, *contra quos ſunt ſententiae ferri conſuetae in die Jovis ſancta*. Datum Avenione XV. Calendas Aprilis, Pontificatus ſui Anno II.

Litera Domini Clementis Papae VI. *declarantis*, *quod propter commiſſionem factam Epiſcopo Carnotenſi*, *ſuper juſtitia exhibenda querelantibus de*

Officialibus Camerae Apoſtolicae, non eſt intentionis ſuae, quod propter ea Domini Camerarius & Theſaurarius Apoſtolici ceſſent ſua Officia exſequi, ſicut prius. Datum Avenione XVI. Calendas Februarii, Pontificatus ſui Anno II.

A

Litera Domini Innocentii Papae VI. *declarantis, quod juramenta per ipſum tempore, quo erat Cardinalis, una cum aliis Dominis Cardinalibus praeſtita, ſuper obſervandis quibuſdam Capitulis, contentis in quadam cedulâ, in dictâ Literâ inſerta, confectâ tempore & de voluntate* Domini Clementis Papae VI. *Praedeceſſoris ſui, fuerunt illicite praeſtita, & ipſa non valere, nec debere ullatenus obſervari.* Datum apud Villam Novam Avenionenſis dioeceſis, II. Nonas Julii, Pontificatus ſui Anno Primo.

B

Item ſunt ſex Literae pluribus ſigillis multorum Praelatorum, per modum Vidimus, *ſigillatae ſuper Decretali:* Ubi majus periculum, ibi cautius eſt agendum, *Libro Sexto, per* Dominum Gregorium Papam X. *in Concilio Generali Lugduni editâ, ſuper electione Summi Pontificis Sede vacante.*

Bulla, qualiter Dominus Johannes Papa XXII. *diviſit Provinciam Caeſarauguſtanam in duas provincias.* Pontificatus ſui Anno II.

Mandat Dominus Benedictus Papa XII. *Nobilibus de la Scala, quatenus ratificent promiſſa & jurata per eorum Procuratores in iſtâ Literâ inſerta. Quae bona ſunt pro Eccleſia Romana.* Datum Avenione Calendis Septembris, Pontificatus ſui Anno V.

C

Item ſunt plures aliae Literae Papales, bullâ more Romanae Curiae bullatae, de diverſis factis ſcriptae: quae modicum faciunt pro Eccleſia Romana; immo ſunt quaſi omnes inutiles, & ſunt a tergo ſummatae, & in quodam Coffino poſitae.

DE

DE
CAUSSIS
IMMINUTAE
OLIM
ECCLESIASTICORUM POTENTIAE.
DISSERTATIO
SEPTUAGESIMATERTIA.

DIS-

DISSERTATIO
SEPTUAGESIMATERTIA.

Quae olim infortunia Monaſteriis, ac potiſſimum opulentis, imminerent, vix praecedenti Diſſertatione delibavi. Nunc invadendum in arcem eſt, & propius oſtendendum, qua ratione ex alto divitiarum ac potentiae gradu tum Epiſcopatus, tum Monaſteria complura ad mediocrem ſtatum, alia verò ad excidium, aut proximam excidio conditionem deſcenderint. Prima ergo cauſſa ad impiam Secularium hominum cupiditatem referenda eſt, qui & Juſtitiae & Religionis jura obliti, quantâ vi & artibus poterant, Eccleſiaſticorum olim res uſurpare minime verebantur. Vidimus alibi, quàm pii, quàm liberales in ſacra loca fuerint Chriſti fideles. Verùm ſemper in duas claſſes hominum genus diviſum fuit, & adhuc eſt dividendum, nempe proborum ac improborum; iſtorum verò coetus, dum barbara Saecula in Italia decurrerent, alteri longe numero praeſtitiſſe videtur; ac proinde nil mirum, ſi potentes viri in Eccleſiaſticorum fortunas inſurgerent, eaſque ſimulatis cauſſis perſaepe ad ſuum patrimonium pertraherent. Quae Caſinenſi, Farfenſi, ac Vulturnenſi Coenobiis fata obtigerint, inſpectis A eorum Chronicis in Collectione mea Rerum Italicarum editis, Lectori per ſe intelligere fas erit. Illud certum, nullam ex Eccleſiis, quamquam Regum ac Imperatorum tutelâ, privilegiis ac immunitatibus ſtipata foret, ſat ſibi caviſſe ab hujuſmodi praedonibus. Atque hinc tot Leges Auguſtorum *de rebus Eccleſiarum injuſte in-* B *vaſis*, totque poenarum comminatio, in earumdem uſurpatores. Vide inter Langobardicas Legem XXXVIII. Lotharii part. II. Tomi I. Collectionis ejuſdem, & Capitularia Regum Francorum, uti & plurima Concilia, quae memorare ſuperfluum puto. Exemplum tamen non unum adjungere juvat. Eccleſiae Regienſi *Wifredus* C *Comes* (Regienſis, ut conjicere licet) *Capellam Sanctae Mariae, quae dicitur in Turricella, cum Caſtro inibi facto* uſurpaverat. Quare Petrus ejuſdem Urbis Epiſcopus querimoniâ ad Berengarium I. Italiae Regem delatâ, impetravit, ut cognoſceretur hujuſmodi cauſſa *in Regali auditorio*. Quod factum eſt, conſidente etiam *Aichone* D *Mediolanenſi Archiepiſcopo*, quem *Attonem* neſcio an vitioſe Ughellius ac alii appellarint. Epiſcopi petitionem victoria conſequuta eſt. Verùm, *quia Saeculum in malo poſitum multas injurias fraudulentae ſanctae Dei Eccleſiae inferre laborat* pius ipſe Rex ſub ſuo *mundibundio locum* illum ſuſcipit. Di-

ploma

ploma in Archivo Canonicorum Regienſium adſervatum, autographum ex forma characterum mihi viſum eſt. Monogramma quidem Regis ibi A deſiderabatur; ſed animadvertendum eſt, id minime inſuetum eſſe in ejuſmodi Decretis potius quàm Diplomatis.

Decretum Berengarii I. Italiae Regis, quo Capellam Sanctae Mariae in Turricella cum Caſtro adjudicatam Eccleſiae Regienſi contra Wifredum Comitem, ſub ſua protectione ſuſcipit, ejuſdemque Advocatus efficitur, Anno 912.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni* Berengarius Rex. *Noverit omnium induſtria fidelium noſtrorum praeſentium ſcilicet ac futurorum, qualiter ſaepius diſceptionem actam venerabilis* Regienſis Epiſcopus Petrus. *de quibuſdam rebus Regienſi Eccleſiae pertinentibus, hoc eſt*, de Capella Sanctae Mariae quae dicitur in Turricella, *uſque ad noſtrae ſerenitatis aures detulerit. Cujus negocii cauſſa uſque ad Palatium noſtri Juditii diſcuſſum produximus*, in quo examinis juditio, reſidentibus nobis in noſtro Regali auditorio, *preſentibus* Aichone *venerabili* Mediolanenſi Archiepiſcopo, *atque* Johanne Ticinenſi, *aliiſque compluribus Coëpiſcopis, Abbatibus, Comitibus, omnibus Palatinis Judicibus, nec non maximâ fidelium noſtrorum manu interaſtante...... in Palatio Ticini auditâ ex utraque parte causâ, legalique Juditio terminatâ, revertivit nobis praeſentibus jam dictus* Wifredus *revictus de ſupra dicta Sanctae Mariae Capella*, & Caſtro inibi facto, *Vicarios Sanctae Mariae & Sancti Proſperi, quorum videbatur eſſe proprietas. Ex hinc facta notitia adiit noſtram Celſitudinem venerabilis ſepe dictus Pontifex Petrus*, ut quia Saeculum in malo poſitum multas injurias fraudulentas ſanctae Dei Eccleſiae cotidie inferre laborat, quatinus eandem cauſam coram nobis de- B victam, in noſtri Mundiburdii tuitione ſuſciperemus. *Et ex hoc Advocati atque Vicarii Sanctae Dei Genitricis Virginis Mariae & Sancti Proſperi fieremus, ob peccatorum noſtrorum remiſſionem. Cujus petitionibus a vice Sanctorum nobis oblatis non audentes contraire, juſſimus exinde hoc noſtrae defenſionis mundiburdium ſcribere, ut* C *etiam ipſi noſtri Vicarii pro nobis ſint coram Deo, quatinus ab hodierna die, quod eſt V. Idus Junii, & deinceps nulla poteſtas magna vel parva audeat impedire locum ipſum, vel aliquem ibi commanentem de qualicumque Comitatu actenus ibi conductum, non maſculum nec feminam. Sed ſicut ibi conſiti, ſic permaneant ſub noſtra defenſione muniti;* D *neque de ullo negotio piſcationis vel venundationis in nullo fluvio juris noſtri navigantibus, vel per terram euntibus, aut in foro mercantibus, nullus Actor praeſumat eis vim inferre, aut theloneum tollere, ſed ubi ubi fuerint ſint ſalvi & defenſi per noſtrae defenſionis amorem pariter & timorem. Quod ſi aliquis, quod non credimus, contra hoc* E *Decreti noſtri mundiburdiale inſtitutum ad leſionem inire temptaverit, Mancoſos aureos duo milia poena multatus exſolvat. Et ut in Dei nomine haec noſtra auctoritas firmiorem habeat ſtatum, & a fidelibus noſtris verius credatur, & diligentius obſervetur, anulo impreſſionis noſtrae juſſimus inſigniri.*

* Lo-

(*) **Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.**

Johannes Notarius juſſu Regis recognovi & ſubſcripſi.

✠ *Data V. Idus Julii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXII. Domni Berengarii piiſſimi Regis XXV. Indictione XV.*

Actum Palatio Ticinenſi, in Dei nomine feliciter. Amen.


Celebre olim fuit, & adhuc conſpicuum eſt in Tuſcia, atque in agro Cluſino Monaſterium Sancti Salvatoris, ſitum in Monte Amiate. De eo multa habet Ughellius Tomo 3. Italiae Sacrae, in Epiſcop. Cluſinis, & Mabillonius in Annalibus Benedictinis. Illud a Rachiſio Langobardorum Rege conditum fama fert, & tabulae etiam, ſed confictae, ut in hoc Opere oſtendi, hanc in rem proditae ſunt. At hoc ipſum *mortalium invaſione* eo deductum erat Anno Chriſti MIV. ut Winizo Abbas illud *paene jam ad nihilum redactum* conquerens, ad patrocinium confugerit Henrici Regis, qui primus fuit inter Imperatores hujus nominis. En ejus Diploma, quod ex Tabulario inſignis Noſocomii Senenſis de la Scala deſcriptum ad me miſit quondam Hubertus Benvoglientus, ex eruditione ſua vir Clariſſimus. Alterum quoque Conradi I. Auguſti jam dedi in Diſſertatione LXV. *de Monaſter. erection.*

Heinrici inter Italiae Reges Primi, Diploma, per quod Winizoni Abbati Sancti Salvatoris in Monte Amiate patrocinium ac privilegia concedit, Anno 1004.

IN *nomine Sancte & individuae Trinitatis.* Heinricus *divina favente clementia* Rex. *Si erga loca divino cultui mancipata, precipue tamen Coenobia, pietatis munus impendere ſtuduerimus, non ſolùm hoc nobis ad temporalis excellentiae ſtatum, verùm etiam ad aeternae recompenſationis bravium proficere credimus. Quapropter omnium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque fidelium preſentium ac futurorum noverit univerſitas, qualiter* Domnus Winizo *venerabilis* Abbas, qui Monaſterio Domini Salvatoris noſtri, ſito in Monte Amiate preeſſe dinoſcitur, *ſuppliciter noſtram adiit celſitudinem, lacrimabiliter poſtulans, quatenus pro Dei omnipotentis amore, animeque noſtre ſalute, eidem Monaſterio, fragarique dignaremur,* illudque pene jam ad nichilum redactum relevare, redintegrareque dignâ cautione ſtuderemus. *Cujus dignis petitionibus aurem noſtre pietatis accommodantes, noſtra Regali auctoritate id ipſum Monaſterium redintegrantes, ſibi illud cum ſua integritate confirmamus, corroboramus,* atque ab omnium mortalium invaſione tuemur, munimus, atque * defedimus. Cum Corte ſcilicet, *que dicitur Burgo de Vultiolae, Burgho Richo, qui dicitur Rota Cardoſa. Cortem de Bagnio, Curtem de Il...... Cortem que dicitur Sancta Maria in Oſena, cum omnibus ſuis pertinentiis, Cortem de Frignano, Cortem in loco, qui vocatur Curſignano, Cortem, que dicitur Campagnatico, Cortem de Campoſana, Cortem que vocatur Tintiniano, Cortem Sancte Marie de Lamule cum Caſtro, quod vocatur*

(*) *Non legitur heic Monogramma Regale.*

tur Monte-Latronis, Cortem que dicitur Garamarinta, cum vineis domnicatis, que ſunt in loco, qui dicitur Cornitro, & cum omnibus ſuis pertinentiis, & cum omnibus predictorum locorum rebus mobilibus vel immobilibus, familiis utriuſque ſexus, ſervis, ancillis, decimis, villis, manſis, Capellis, campis &c. appendicibus vel utenſilibus ad prefatum ſanctum veſtrum Coenobium pertinentibus; ea videlicet ratione, ut jam dictus Domnus Winizo venerabilis Abbas, ſuique pro tempore Succeſſores, de cunctis ſuperius nominatis omnibus ipſius Monaſterii pertinentiis in integrum liberam & abſolutam habeant facultatem agere, ordinare, atque diſponere, & quidquid pro utilitate ipſius ſancti Loci ſua libera voluntas decreverit facere, omnium hominum remotâ contrarietate. Precipientes igitur Regali jubemus potentiâ, ut nullus Dux, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, vel Gaſtaldio, nullaque noſtri Regni magna vel parva perſona prenominatum Domnum Winizonem venerabilem Abbatem ejuſque pro tempore Succeſſores, de prefato Monaſterio Domini Salvatoris noſtri, omnibuſque Cortibus vel pertinentiis ſupraſcriptis inquietare, moleſtare, vel diſveſtire aliqua preſumat temeritate: liceatque Domno Winizoni prefato Abbati, cunctiſque Fratribus ſue ditioni commiſſis, libere, quiete, pacifice, & tranquille vivere, atque pro noſtra, noſtrorumque parentum, omniumque fidelium Chriſtianorum animarum indeſinenter Domino ſupplicare. Si quis igitur hujus noſtri precepti violator extiterit, ſciat ſe compoſiturum auri puriſſimi Libras centum, medietatem Chamere noſtre, & medietatem prefato Winizoni venerabili Abbati, ejuſque pro tempore Succeſſoribus. Quod ut veriùs & diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria confirmantes, Sigilli noſtri impreſſione inferius inſigniri precipimus.

Signum Domni Heinrici  *invictiſſimi Regis.*

Hegilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archiepiſcopi notavit.

Data VIII. Kalendas Junias Anno Dominice Incarnationis Milleſimo Quarto Indictione Secunda, Anno verò Regni Domni Heinrici Regis Secundo.

Actum Papiae feliciter. Amen.


Pari obnoxium infortunio fuit alterum Monaſterium in Senenſi agro ſitum ſub titulo Sancti Euſebii, atque in ſummas calamitates adductum, *eo quod Curtes, terraſque, quas* Reges, aliique pii donatores *ad ſumptum Monachorum contulerant, pravi homines abſtuliſſent*. Quare ut ſacro loco conſuleret Henricus Quartus inter Reges, ſubſequens Diploma dedit, ab eodem Benvogliento mihi traditum.

Hen-

Henrici IV. Germaniae ac Italiae Regis Privilegium Petro Abbati conceſſum pro Monaſterio Sancti Eugenii in Comitatu Senenſi, Anno 1081.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Heinricus *divina favente clementia* Quartus Rex. *Quicquid Sanctis locis, religioſiſque Viris inibi Deo, Sanctiſque ejus famulantibus, pro more & traditione Anteceſſorum noſtrorum firmanda conceſſerimus, ad eterne retributionis beatitudinem nobis provenire ſperamus. Igitur omnium Sancte Dei Eccleſiae, noſtrorumque fidelium, preſentium ſcilicet ac futurorum comperiat ſollertia, qualiter* Abbas Petrus *cum Monachis* in Cenobio Sancti Eugenii, quod eſt ſitum in Comitatu Senenſi, *nomine Piloſianus........ nobis indicavit*, quod famis ac nuditatis indigentiâ ibidem Deo ſervire non poſſent, eo quod Curtes, terraſque, quas Anteceſſores noſtri ad ſumptum eorum contulerant, pravi homines abſtuliſſent. *Nos......, in noſtram deveniant dominationem ac proprietatem res & predia, quae a Preceſſoribus noſtris ibidem collata, ſunt confirmata & corroborata, confirmare & corroborare ſtatuimus, eâ videlicet ratione, ut cum omni quiete & tranquillitate teneant, firmiſſime poſſideant abſque ulla contradictione perſone. Hoc eſt, Eccleſiam Sancti Petri, que dicitur Campus, cum omnibus appenditiis ſuis, & Curte de Untione: Eccleſiam Sancti Savini cum Corticella in Andrina & in Citinella & in Vagina & in Poggia: Eccleſiam Sancti Petri in Arganello cum appenditiis ſuis in Tudina, in Grigi: Eccleſiam Sancti Michaëlis in Veronulla, cum pertinentiis earum, & in Sicali: Eccleſiam Sancte Cecilie in Meudina: Eccleſiam Sancti Angeli in Lucinula, in Certina & in Calcina, & Curte Veſcona, in Taverna, & in Arbiola: Eccleſiam Sancte Agnetis: Eccleſiam Sancti Petri in Monte Sinderi, & Curte delle Stine, cum ipſo Caſtello: Eccleſiam Sancti Anaſtaſii in Haniaria, & Curte, que eſt in Plebe de Sancto Petro in Valle: Eccleſiam Sancti Angeli, que eſt in Vajano: Eccleſiam Sancti Angeli in Certano: Eccleſiam Sancti Petri in Baruntulo, cum ipſo Pojo in Cerialta: Eccleſiam Sancti Pauli in Burgo de Sena: Eccleſiam Sancti Miniati: Eccleſiam Sancti Angeli, & medietatem Eccleſie Sancti Romuli cum omnibus pertinentiis & uſibus earum. Et locum Sancti Auguſtini, in quo Caſtrum edificatum eſt & Terra de Curſiniano, & duos Manſos in Canpriano: Et Eccleſiam Sancti Pauli in Caſtello de Origia cum ſuis pertinentiis: & Eccleſiam Sancti Eugenii cum ſuis appendiciis in Poliano, & terram in Saturniano, & Curtem de Serdille, partemque Caſtelli de Barcula, & partem de Caſtello Leciniano, nec non partes Eccleſiarum & terre, & tertiam partem Eccleſie Sancti Petri in Malenino, ac duas partes Eccleſie Sancte Marie in Malenina cum ſuis pertinentiis. Inſuper concedimus illis, & omnino annuimus, ut Monaſterii ſupraſcripti incole decimationes de manſis, terris, vineis, & de omnibus rebus ad predictum Monaſterium pertinentibus, ſicut hactenus predeceſſores eorum........ Preceſſoribus noſtris Imperatoribus uſi ſunt habere, per hunc noſtre auctoritatis Preceptum deinceps habeant, & quiete poſſideant. Jubemus etiam firmiter, ut hec noſtra confirmatio*

in futurum ſtabilis & inconvulſa permaneat. Et ut nullus Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque magna vel parva perſona illos predictos Cenobitas inquietare, moleſtare, vel ullam injuriam de prenominatis rebus injuſte injuriam inferre preſumat. Si quis verò hoc noſtre auctoritatis Preceptum A *violare temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi centum Libras, medietatem noſtre Canmere, medietatem Abbati & Fratribus ejus. Et ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, ſigillo noſtro juſſimus inſigniri.*

Signum Domni Heinrici  *Quarti Regis invictiſſimi.*

Burchardus Epiſcopus & Cancellarius recognovi.

Anno Dominice Incarnationis Milleſimo LXXXI. Indictione IIII. Secundo Nonas Junii, Anno autem Domni Heinrici XXVII. Regni verò XXV.


Actum Rome in Chriſti nomine feliciter. Amen.

B Acceſſit & altera cauſſa, nempe Barbarorum ſaeviſſimae incurſiones in Italiae provincias, Langobardorum videlicet, Saracenorum, atque Hungrorum. Quot mala, quantumque excidium Caſinenſi Monaſterio intulerint Langobardi, quo tempore in Italiam primum irruerunt, Leo Marſicanus in ſuo Chronico prodiit. Gravem quoque deſolationem pertulit C idem Coenobium a Saracenis Seculo Chriſti Nono; eademque procella deinde involvit Caſaurienſe, Farfenſe, Vulturnenſe, Novalicienſe, aliaque minora Monaſteria, & obvios quoſcumque Epiſcopatus. Hungri verò effera gens, ex Pannonia Seculo Decimo digreſſa, pleraſque Italiae partes D ita depopulata eſt, ut clade ac flammis omnia complerit. Tunc Veronenſis, Mutinenſis, Regienſis ager, ut ceteros praeteream, Nonantulanum Coenobium, atque alia non pauca attrita fuere; & vel ipſa Ticinenſis Urbs igne immiſſo attrita fuit, Liutprando teſte: adeo barbarica rabies in Italiae viſcera nullo reſiſtente penetrarat. Eâ autem occaſione, quum habitatoribus in fugam provolutis, & ſacrorum locorum Archivis incendio conſumtis, horrenda deſolatio Eccleſias premeret: earum praedia occupare, ſibique aſſerere, profanis impiiſque hominibus perquam commodum fuit. Et quamquam tranquillitate reſtitutâ eadem ſubinde repeterent Clerici & Monachi, ſaepe nil proficiebant. Juvat heic producere calamitatis ejuſmodi teſtem Chartam, nempe Berengarii I. Italiae Regis largitionem erga Eccleſiam Regienſem, cujus *neceſſitates, vel depraedationes, atque incendia, quae a ferociſſima gente Hungrorum paſſa eſt*, cauſſam donationi dediſſe dicuntur. Autographum Diplomatis mihi lectum adſervatur in inſigni Tabulario ſupra memorat Capituli Canonicorum Regienſium.

Dona-

Donatio Montis Cervarii, aliarumque rerum, facta a Berengario I. Italiae Rege Eccleſiae Regienſi, Anno 904.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni. Berengarius Rex. *Si venerabilibus ſanctarum Dei Eccleſiarum locis emolumentum Regali munificentiâ quodlibet impendimus, & apud Deum promereri veniam, & Regnum noſtrum coelitus roborari non ambigimus. Idcirco omnium Fidelium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum, comperiat ſolicitudo, quoniam pro mercede ac remedio animae noſtrae, ſeu interventu* noſtrae *dilectiſſimae* Conjugis Berthilae, *quae Regni noſtri conſors dignoſcitur, petitione quoque ac precibus* Hildegarii *venerabilis* Epiſcopi, *ſeu* Sigefredi Sacri Palatii Comitis, *noſtrorum fidelium,* in Sanctam Regienſem Eccleſiam in honorem Sanctae Dei Genitricis Mariae, atque Beati Chriſti Confeſſoris Proſperi, toto mentis affectu providentes ejuſdem Eccleſiae neceſſitates, vel depredationes atque incendia, quae a ferociſſima gente Hungrorum paſſa eſt, *Montem Cervarium ſimul cum Gajo, & manſis inibi pertinentibus, ſeu familia utriuſque ſexus, juris Palatii noſtri, ſicut ſubter per denominatos terminos comprehenſum videtur, Deo omnipotenti, ejuſque Genitrici ſemper Virgini Mariae, beatoque Proſpero Chriſti Confeſſori, offerimus, perpetuoque habendum hujus Precepti paginâ ſtabilimus. Sancientes pro mercede & remedio animae noſtrae, prefatum Montem Cervarium & Gajo pariter, ut dictum eſt, omnibuſque manſis infra denominatos inferius terminos per ſingula loca & vocabula conſtitutis, ſeu utriuſque ſexus familia, cum terris, ſilvis, pratis, montibus, planitiebus, rivis, aquarumque decurſibus, cultis & incultis, omnia, quicquid ad ipſum Montem Cervarium, vel Gajo pertinuiſſe comprobatur. Cujus Montis Cervarii, ejuſque rerum, termini a Monte de Poſci deſcendunt in fluvium Niteram, quae defluit in flumen Inciam, inde per Inciam ſurſum uſque ad Alpes. Quae omnia & ex omnibus, ut ſupra comprehenſum eſt, ad partem ſaepe dictae Eccleſiae hac noſtra Regali auctoritate donamus ac cedimus, atque de noſtro jure in ejus jus, dominiumque transfundimus jure perpetuo poſſidenda, abſque alicujus inquietudine vel deminoratione. Si quis verò temerarius hujus noſtri Praecepti inſtitutionem violare temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras centum, medietatem Palatio noſtro, & medietatem ſaepe dictae Eccleſiae Regenſi. Et ut hoc verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, manu propria ſubter roboravimus; & annuli noſtri impreſſione ſubter inſigniri juſſimus.*

Signum Domni  *Berengarii glorioſiſſimi Regis.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Fortunius Notarius ad vicem Ardingi Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & ſubſcripſi.

Datum Pridie Nonas Januarii Anno Incarnationis Dominicae DCCCCIIII. Domni verò Regni (ita) *Berengarii ſereniſſimi Regis XVII. Indictione VII.*

Actum Papiae in Dei nomine feliciter.

Neque ſecus accidit celeberrimo ac vetuſtiſſimo *Sublacenſi Monaſterio*, cui Saracenorum furor extremam perniciem intulit, & prae ceteris Chartarium univerſum flammis tradidit, ineunte Saeculo Chriſtianae Aerae Decimo. Rem locupletiſſime confirmabit Bulla Leonis VII. Papae, data Anno DCCCCXXXVI. qua Monaſterium illud *igne conſumtum, & ab Agarenis gentibus diſſolidatum*, ubi etiam concremata fuerant *univerſa inſtrumenta Chartarum*, ſuo privilegio roborat, & antiqua illi jura confirmat. Id autem Pontifex ſe praeſtare teſtatur *pro mercede & remedio animae noſtrae, noſtrique dilectiſſimi filii, videlicet Alberici glorioſiſſimi Principis, atque omnium Romanorum Senatoris.* Quae verba indicare poſſunt, jam ab Alberico uſurpatum fuiſſe imperium in Urbem Romam. Sed quod potiſſimùm animadvertas velim, data dicitur haec Bulla *Anno Primo Domni Leonis Sexti Papae.* Niſi deceptus fuerit, qui primùm ex Archivo eximii illius Monaſterii monumentum hocce deſcripſit, vides Leonem eâ tempeſtate, hoc eſt, Anno DCCCCXXXVI. *Sextum* appellari, non *Septimum*, quo poſtremo titulo Cardinalis Baronius & reliqui Hiſtorici eum diſtinguere conſueverunt. Fortaſſis in cenſum Romanorum Pontificum inlatus non fuerat a multis Leo ille Papa, qui Anno DCCCCIII. Pontifex Romanus eſt renuntiatus, & *Quintus* a recentioribus nuncupatur. Illum enim Platina quoque tanquam invaſorem Apoſtolicae Sedis exploſit: ac proinde Leo ſedens Anno DCCCCXXXVI. appellari potuit, aut debuit *Sextus*, non autem *Septimus*. Atque haec cum aliis ejuſdem Papae Bullis nondum editis conferenda ſunt; nam in editis interdum corriguntur, quae minime ſunt corrigenda. Cujus rei exemplum mihi occurrit apud Mabillonium in Annalib. Benedict. ad Annum DCCCCXXXVIII. ubi ejuſdem Pontificis Bullam pro Floriacenſibus Monachis datam *Anno Pontificatus Domni noſtri Leonis Pontificis & univerſalis Papae VI.* (lege *VII.* ſubdit Mabillonius) *in ſacratiſſima Sede beati Petri Apoſtoli III. &c.* Si ab altero Scriptore minus cauto Chronologicae iſtae notae productae fuiſſent, is fortaſſe expuncto *Papae VI.* ſcripſiſſet *VII.* Sed accuratiſſimus Mabillonius monuiſſe tantùm contentus quod ſibi vitiatum videbatur, rem, ut erat, reliquit, exemplo reliquis etiam futurus, ne in ejuſmodi nimiam ſibi licentiam uſurpent. Interim nemo non videat, concordem cum Floriacenſi Bulla Sublacenſem. Alteram quoque Chartam huic affinem in hoc ipſo Opere me alibi proferre memini. Ceterum nos quoque diſceptatum fuiſſe novimus, utrum *Benedictus XI.* piiſſimus ante aliquot annos Pontifex ſummus, appellandus potius foret *Duodecimus*, quo titulo promulgata primum fuit ejus electio. Sed haec ſatis ſuperque. Bullam ipſam, qualem habeo, ſcilicet breviatam, Lector accipiat, ex Archivo Monaſterii Sublacenſis depromtam.

Leo-

Leonis VI. ſive VII. Papae Bulla, qua Coenobio Sublacenſi, a Saracenis vaſtato, bona & Privilegia confirmat, Anno 956.

LEo Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei. Dilectiſſimo filio* Leoni *Presbitero & Monacho atque* Abbati *venerabilis* Monaſterii Sancti Benedicti, *quod ſitum eſt* in Sublaco, *tuiſque Succeſſoribus in perpetuum &c. His, qui Deo devote ac ſollicite die noctuque ſine intermiſſione laudem perſolvunt, remunerationem vel praemium a Deo ſperamus habere*, quia pro illorum piis locis reſtauratione....... maxime, qui ſive incendio, ſive de alia devaſtatione, vel ruinae...... *pro qua beatiſſimi Patris noſtri Benedicti Coenobii, ubi venerabilis ac dilectiſſimus filius noſter Leo praeeſſe videtur, ubi etiam amor* magnifici viri, ac dilectiſſimi noſtri fidelis Alberici *caritatis ardore flagrat, tam ejus ſuggeſtioni, quamque & noſtrae clementiae vigilanti animo ad priſtinum ſtatum Domino protegente reſtaurare, & in perpetuum permanere curavimus. Ad hoc enim opus Deus priore nos omni eſſe permiſit, ut qui noſtro Paſtorali exemplo atque ſollicitudine ſubeſſe noſcuntur, condiſcant, & incunctanter intelligant, quod in cauſis emergentibus ſint acturi. Quapropter peccatis & iniquitatibus imminentibus, qui in hoc Mundo acreſcunt, atque ab antiqui hoſtis argumento peſtifero volunt diverſa ac multiplicia damna auferre. Et quia dum quodam tempore ſupradictum* Monaſterium *Doctoris & Confeſſoris Chriſti* beati Benedicti in loco, qui Sublacus dicitur, igne conſumptum, & ab Agarenis gentibus diſſolidatum fuit, ubi non ſolùm ea, quae uſu ſive utilitate ſupertulimus, concremaverunt, verùm etiam & univerſa inſtrumenta Chartarum, quae in ipſo venerabili Monaſterio tam a Romanis Pontificibus, quàm etiam a nonnullis Chriſtianis hominibus ob delictorum veniam ſponte fuerunt oblata, omnia pariter cum ſubſidiis Monachorum exuſta ſunt: *quod nos inopinatum opus audivimus, ſatis perterruit, tamen pro mercede & remedio animae noſtrae*, noſtrique dilectiſſimi filii, videlicet Alberici glorioſiſſimi Principis, atque omnium Romanorum Senatoris, *& veſtrae reſtaurationis poſt damna ſaepe dicti Monaſterii poſſeſſiones, cartulaſque conſumptas &c. per hoc Apoſtolicum Privilegium, ſicut a praedeceſſoribus noſtris* Nicolao *&* Johanne *quondam* Pontificibus, *vel aliis &c.*

Scriptum per manus Leonis Scriniarii ſanctae Romanae Eccleſiae, Menſe Julio, Indictione IX. Bene Valete.

Datum V. Idus Julias per manum Nicolai Primicerii ſummi Apoſtolicae Sedis, Anno Primo Domni Leonis Sexti Papae.

Suberant Abbati Sublacenſi habitatores Oppidi Sublacenſis; & dum vixit Albericus Romanorum Princeps, metus eos in officio continuit. Erepto e vivis Alberico, tunc ſepoſitâ reverentiâ jugum excutere acrius quàm antea coepere, uſurpatis etiam quamplurimis juribus illius Monaſterii. Quare a Johanne XII. Papa Leo Abbas praeſidium imploravit, & conſequutus eſt, uti ipſe ad poſterorum memoriam in membrana nunc mihi evulganda teſtatum reliquit.

Breve

Breve recordationis, qualiter Johannes XII. Papa Sublacenſes, qui refractarii erant Abbati Monaſterii Sublacenſis, eique multa bona occuparant, repreſſit, & omnia reſtituere coëgit, Anno 958.

ANno (fortaſſe Tertio) Domni Johannis Papae XII. *Menſe Majo, Indict. Prima. Quia mens humana ſemper in laboribus eſſe dinoſcitur, & animus uniuſcujuſque pro diverſis curis ſeu ſollicitudinibus huc atque illuc vagando diſcurrit, nec valet omnia explicare ſermone, nec futurâ tenere memoriâ; idcirco Dei nutu a prudentiſſimis viris ingenium literarum repertum eſt, ut quod mente retinere nequimus, literis exaremus. Propterea ego* Leo Abbas Sancti Benedicti Sublacenſis, *qualiter Domnus Papa in noſtro Monaſterio cauſa orationis veniſſet*, reclamavimus ſuper omnibus in ſupradicto Sublaco Caſtello, *& in noſtris aliis partibus* commorantibus de multis perſecutionibus ſeu * efflictionibus, quas in noſtro Monaſterio aſſidue committebant. *Unde repente Domnus Papa pietate motus ac miſericordiâ de eodem venerabili loco, & de cuncta noſtra fraterna Congregatione condolere coepit, deque tantis injuriis, quas peſſi ſumus a diebus, in quibus bonae memoriae* Domnus Albericus *obiit de hac vita. Tunc reſidente eodem ſummo Pontifice in eodem venerabili Monaſterio cum venerabilibus Epiſcopis, videlicet* Marinus Polimartienſis Eccleſiae, & Bibliothecarius ſanctae Sedis Apoſtolicae. Conſtantinus Epiſcopus Portuenſis, Johannes *humilis* Epiſcopus *ſanctae* Tiburtinae Eccleſiae, *ſeu Romanorum Judicibus Georgius Secundicerius ſanctae Romanae Eccleſiae, Leo Protoſcriniarius ſanctae Sedis Apoſtolicae, & alii plurimi. Et ſic praecepit, ut omnes adverſarii ante ſuam praeſentiam venirent.* Qui dum ante Domnum Papam una nobiſcum venirent, coërciti ſunt nimium; & fecit, ut omnia bona & Caſalia & fundora, quae ibi ſingulatim memorantur, Monaſterio redderentur. *Et praecepit Abbati, ut de hoc negotio Breve recordationis faciens, a ſupradictis viris, & aliis dignis viris ſubſcribere ad rei ſempiternam memoriam faceret.*

Publicae ejuſmodi calamitates multos Epiſcopos atque Abbates adegerunt olim ad venumdandos, aut in emphyteuſim concedendos viris Secularibus non paucos ſui juris fundos. Chronicon Vulturnenſe, ut aliis parcam, part. II Tomi I. Rer. Italicarum editum, rei fidem faciet. Sacris tamen locis deteriora accidere conſueverunt ex ipſis ſuis viſceribus, hoc eſt ab iiſdem, quos tutores & ſervatores prae reliquis eſſe par erat. Hanc Tertio loco cauſſam exinaniti olim patrimonii Eccleſiaſtici ſtatuo. Nimirum Epiſcopi atque Abbates corruptis iis atque in malum pronis temporibus abundarunt, quibus nihil aut parum religionis erat, ac propterea quicquid ex Eccleſiaſticorum terris dilapidare in pravos uſus, aut in affines, amicoſque ſuos transferre potuerunt, ſine pudore, ſine metu Judicis ſupremi, ſuis Eccleſiis rapuerunt. In primis verò ad Monaſteriorum perniciem conſpirarunt Seculares ii *Abbates*, quibus abominanda Regum impotentia tradebat in Beneficium Clauſtra & fortunas Monachorum. De his infra ſermo erit in Diſſerta-

ſertatione ſubſequenti. Tot proinde ſunt ſacrilegae hujus licentiae exempla, ut rem tantùm innuere ſatis foret. Vix enim ulla Eccleſia, vix ullum Monaſterium ejuſmodi lue immune evaſit. Atque hinc tot Romanorum Pontificum, Conciliorum, ac Patrum querelae, Canones, atque decreta in tam foede abutentes ſacro ſuo miniſterio. Ipſi etiam Reges atque Imperatores non ſemel conati ſunt exſecrandam iſtorum prodigalitatem coërcere; atque in hanc rem potiſſimùm ſunt plura Regum Francorum Capitularia. Vide quae Carolus Calvus Auguſtus decreverit in Concilio Ticinenſi Anno DCCCLXXVI. cujus Acta habes Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum pag. 154. *Ut res Eccleſiaſticas tam mobiles quàm & immobiles nemo invadere vel auferre praeſumat. Et quae a Rectoribus Eccleſiae hactenus ob timorem vel favorem alicui libellario vel emphyteutecario jure doloſe, vel cum damni detrimento Eccleſiae amiſiſſe videntur, ad priſtinum jus revertantur.* Sed longe antea idem legibus bene multis cautum fuerat. Quid in Italia Lotharius I. Auguſtus ſtatuerit, ex ejus Lege 84. inter Langobardicas ediſcimus, ubi haec verba: *Si quis Epiſcopus aut propinquitatis affectu aut muneris ambitione, aut cauſâ amicitiae, Xenodochia, aut Monaſteria, aut Baptiſmales Eccleſias ſuae Eccleſiae pertinentes, cuilibet per emphyteoſis contractum dederit, & ſe, ſuoſque ſucceſſores poenâ multandos conſcripſerit, poteſtatem talia mutandi Rectoribus Eccleſiarum abſque poenae conſcriptae ſolutione concedimus.* Vide & Ludovici II. Imperatoris Legem VII. inter Langobardicas, e Concilio Pariſienſi Sexto excerptam. *Multi Epiſcoporum*, uti illic legitur, *amore propinquorum ſuorum, de rebus ſibi commendatis ſuo aut quorumlibet amicorum nomine, praedia & mancipia emunt, & ut in ſuorum propinquorum jus * conducatur, ſtatuunt &c.* Alterâ quoque Lege ejuſdem Ludovici in Additament. num. 31. frenum injicitur Epiſcopis, Abbatibus, atque Presbyteris, ne res Eccleſiarum perdant, ſive profundant.

Quum verò improbi facile improbos etiam Miniſtros reperirent, impiae prodigalitati ſuae conſentientes: propterea Adelchis Beneventanus Princeps, conſulturus conſervationi inſignis Vulturnenſis Coenobii, uti ex illius Monaſterii Chronico conſtat Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 412. decretum hoc protulit Anno Chriſti DCCCLXXVIII. *Ut nullus ex noſtris Optimatibus, Judicibus, aut quibuſcumque Nobilibus, aut ignobilibus, qui ſub noſtra poteſtate ſunt, permittant, ut qualiſcumque Monachus, aut Praepoſitus Monaſterii Beati Vincentii, de rebus vel familiis ipſius Monaſterii faciat quamvis obligationem aut convenientiam. Et ſi facere voluerit qualemvis obligationem, nullatenus ibi ſint conſentientes abſque nutu noſtro, vel de ſuo Abbate, aut de ejus Miſſo. Et ſi contigerit, ut factum ſit, ſtabile non ſit. Ideo ſic ſtatuimus cum noſtris Optimatibus & Judicibus, ut amodo in antea nullus Praepoſitus aut Monachus praefati Monaſterii habeat poteſtatem de rebus vel familiis praedicti Monaſterii per quamcumque rationem vendere aut cambium facere, aut obligare, abſque notitia noſtra &c.* Simile edictum in Principatu Salernitano factum videas pag. 410. ejuſdem Chronici. Quod mirere, quo tempore Italicae Urbes, Libertatem conſequutae, nihil ſtudioſius urgebant, quàm fines protendere ſuae ditionis, & Eccleſiis quoque eripere, quae Majo-

rum ſuorum aut Regum aut Epiſcoporum liberalitas eis contulerat, raro exemplo Civitas Piſtorienſis tutelam & patrocinium ſuſcepit Eccleſiarum ſui diſtrictus, ſimul ſtatuens, ut irrita foret quaecumque alienatio improvida, & contra Canones facta bonorum ad Eccleſias ſpectantium. Vide Piſtorienſia Statuta, quae in hoc ipſo Opere in Diſſert. *de Legibus* a me edita reperies. Nemo tamen enixius ad hancce corruptelam comprimendam atque corrigendam incubuit, quàm Otto III. Auguſtus, qui Anno Chriſti DCCCCXCVIII. eximiam Legem promulgavit, per quam iniquis alienationibus & emphyteuſibus Eccleſiarum jam factis aut faciendis conſulitur; & qui contra eamdem Conſtitutionem venire tentaverit; *tamquam Rebellis judicetur*. Legem hanc habes in Appendice ad Agnellum Tomo II. Rer. Italicar. & in Chronico Farfenſi Part. II. ejuſdem Tomi II. Verùm experientia docuit, nullos jam obices immani adeo torrenti reſiſtere potuiſſe, temporibus nempe turbulentiſſimis atque exlegibus. Quod etiam animadvertas velim, in Langobardicarum Legum corpus inlatum antea non fuerat nobile illud Ottonis III. Edictum, quum tamen res omnino poſceret, ut iis adjungeretur. Suſpicari autem liceat, id minime factum, quod non pauci Proceres Regni tum Eccleſiaſtici tum Laici, inviſam Legem haberent, quae cupiditatis ſuae felicem adeo curſum turbaret. Neque verò alia profuere remedia, graſſanti huic morbo adhibita. Nimirum ſaepiſſime donatores fundos eâ conditione diſſertiſſime appoſitâ largiebantur Eccleſiis, ne cuiquam Rectorum liceret eos alienare, aut emphyteuſis titulo in alios transferre. Proſtant in hoc Opere complura hujuſmodi inhibitionis exempla. Unum tamen heic addere non pigebit, ex Vangadicienſis Monaſterii Chartophylacio eductum.

Donatio facta Monaſterio Sanctae Mariae de Vangaditia ab Hugone Marchione Tuſciae, Anno *996*.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei aeterni. Anno ab Incarnatione ejuſdem DCCCCXCVI. Sexto Kalendas Januarii, Indictione VIII. Divinae gratiae munere &c. (*) *Unde ego in Dei nomine* Ugo Marchio, *Lege vivente Salica*, filio *bonae memoriae* Uberti, qui fuit Marchio, & Saligo, *optimum duxi pro animae meae remedio offerre Deo, & Eccleſiae, & Monaſterio Beatae Sanctae Mariae ſemper Virginis, quae eſt conſtructa in loco, qui dicitur Vangaditia, ideſt caſis, & Curtis, ſeu rebus meis illis. Primum ex una ipſa Caſa & Curte dominicata cum Caſtello & Eccleſia, ſive ripis & porticis, inibi conſiſtenti, quam habeo in loco & finibus Lendenariae. Quarta Caſa & Curte illa dominicata cum Caſtello & Eccleſia inibi conſiſtenti, quam habeo in loco Manigio, & cum omnibus ſuis pertinentiis, ſive cum* * *omiibus caſis & rebus tam dominicatis, quàm etiam maſſaritiis ejuſdem Curtis, & Caſtellis, ſive & Eccleſiis ſibi pertinentibus cum integris omnibus caſis & rebus meis illis, quas habeo in loco & finibus Eccleſiae Longula in Rudicho, Conclum, Valli,*

(*) Uti in altera Donationis ejuſdem Marchionis Chartâ, Anno Chriſti DCCCCXCV. exaratâ.

Valli, Villa-Marciana, & in Villa Arcueta. His verò praedictis Curtis & Caſtellis ſive Eccleſiis, ſimulque rebus dominicatis & maſſaritiis, eiſdem Curtis pertinentibus, ſive praedictis caſis, & rebus qualiter ſupra legitur, tam dominicatis, quàm & maſſaritiis cum fundamentis & omne aedificium, vel univerſis fabricis ſeu Curtis, hortaliis, terris, vineis, olivetis, caſtanetis, quercetis, ſilvis, virgultis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, montibus, alpibus, planiciebus, molendinis, piſcareis, piſcationibus, ſive ripis & portoris omnia & ex omnibus caſis, rebus dominicatis & maſſaritiis, quantas ubique, & in quolibet locis vel vocabulis ad praedictis caſis & curtis dominicatis, ſive ad praedictis Caſtellis & Eccleſiis ſunt pertinentibus vel aſpicientibus, vel quantas mihi de jam dictis caſis & rebus pertinentibus in ſingulis dominicatis locis & vocabulis ſuperius dictis invenitur tunc, vel in eorum finium; & mihi pro quocumque ordine erunt pertinentes, in integrum una cum inferioribus & ſuperioribus ſuis, ſeu cum acceſſionibus & ingreſſuris earum, ubi Deo & praefactae Eccleſiae Monaſterii Beatae Mariae ſemper Virginis offerre providi; taliter volo & inſtituo, ut qui in dicto Monaſterio pro tempore fuerit, & illi Monachi, qui ibi fuerint, omni tempore, pro animae meae remedio orare, Miſſas canere & facere debeant: Similiter volo atque inſtituo, ut ille Abbas, qui in ipſum Monaſterium ordinatus fuerit, & illi Monachi, qui ibi fuerint, non habeant poteſtatem neque licentiam ex omnibus praefatis caſis & rebus, ut ſupra legitur, nec vendere, neque donare, neque committere, neque per libellum facere debeant, neque per nullum ingenium atque argumentum alienare debeant; ſed ſic in omni tempore ad jura proprietatis de praeſcripto Monaſterio habere & detinere debeant, *quia ſic in omnibus mea decrevit voluntas.*

*Inſuper ego qui ſupra Ugo Marchio, ad pars ipſius Eccleſiae Monaſterii Sanctae Mariae de omnibus, quae ſupra leguntur, legitimam facio inveſtituram & traditionem per cultellum, & ...... ſeu ramum arborum, & vaſonem terrae, ſeu feſtucum nodatum: me exinde foris expulit, & exutum fecit, & ipſi Monaſterio Beatae Mariae ad proprietatem, ſicut ſupra legitur, ad habendum reliqui. Si quis verò, quod facturum eſſe non credo, ſi ego ipſe qui ſupra Ugo Marchio aut ulla oppoſita perſona contra hanc offerſionis Cartulam ire temptaverimus, aut eam per qualecumque ingenium irrumpere aut retollere, & velle minuere, de omnia, quae ſupra leguntur, quaeſierimus, inferamus ad pars praeſcriptae Eccleſiae Monaſterio Sanctae Mariae multam, quod eſt poena, aurum optimum Libras quatuor * millia, argenti ponderis decem * milia. Tale volo atque inſtituo ego qui ſupra Ugo Marchio, uſque dum Dominus mihi vitam conceſſerit in omnibus, quae ſuperius legitur, in mea ſit poteſtate. Et ſi forſitan Dominus omnipotens mihi filium aut filiam de legitimo Matrimonio dederit, in eorum ſit poteſtate, & de eorum filiis & filiae, qui de legitimo matrimonio nati fuerint, omnibus ſupraſcriptis rebus, quot ſuperius legitur, in eorum ſit poteſtate. Et ſi forſitan ego, qui ſupra, Ugo Marchio ſine filio aut filia legitima mortuus fuero, aut ipſi meo filio, aut filia legitimo matrimonio ſine filio aut filia legitima mortui fuerint, omnibus praefatis rebus, qualiter ſupra legitur, ad jure proprietario nomine de ipſo Monaſterio Sanctae Mariae deveniant. Et qui his omnibus, quae ſuperius legitur, minue-*

minuere aut ſubtrahere vel fraudari aut alienari aut delere voluerit, deleat omnipotens Deus nomen ejus de libro viventium, & cum juſtis non ſcribatur. Fiat particeps cum Datan & Abiron, quos cooperuit terra os ſuum & deglutivit eos. Fiat ſocium cum Anania & Saphira, qui fraudaverunt pecuniam Domini ſui. Sit depreſſus cum Simone Mago, qui gratiam Sancti Spiritus venundari voluit. Sit particeps cum Juda Scariote, qui propter cupiditatem vendidit Dominum & Magiſtrum. Sit ſeparatus a conſortio omnium juſtorum; & in die judicii non reſurgat in numero illorum; praeter illos, quos ſuperius antepoſuit, & qui erepti erunt, & vendicare non valemus. Sed ut praeſens haec Cartula offerſionis diuturnis temporibus firma & ſtabilis permaneat inconvulſa, cum ſtipulatione ſubnixa, atramentario, penna, & pergamena, manibus meis de terra levavi, & Notario Domini Imperatoris ad ſcribendum tradidi & ſcribere rogavi teſtibus roborantibus.

Ego qui ſupra Ugo Marchio per hanc offerſionis paginam dare volo atque inſtituo ipſa terra, ubi ipſum Monaſterium Sanctae Mariae aedificatum eſt, cum praefato Monaſterio, quod eſt in praefato loco Vangaditiae, & cum omnibus Caſis, & Curtis, ſeu Caſalis, atque Eccleſiis, ſive rebus tam dominicatis quàm & Maſſaritiis, quod ſuperius A *legitur, nec ſint in poteſtate nullius perſonae maſculi vel feminae, neque de nulla Eccleſia, niſi in poteſtate de illo Abbate, qui ibi pro tempore ordinatus fuerit, & de illi Monaci, qui in ipſum ſanctum locum congregati fuerint in praefato Monaſterio, cum omnibus, quod ſuperius legitur, in eorum ſint poteſtate habendi & fruendi, ſicut ſupra legitur, praeter illis, quos ſuperius antepoſuit, quia ſic complacuit animo meo.* B

Actum in praeſcripto loco Sanctae Mariae.

Ego qui ſupra Ugo Marchio ſubſcripſi.

Sigifredus Judex Domni Imperatoris, autentico illo vidi & legi, unde hunc exemplum facta eſt.

C *Ego qui ſupra Johannes Notarius & Judex Domni Imperatoris, autentico illo vidi & legi, cum dicta exempla facta eſt ibi, & hic ſubſcripſi.*

Ego Teupertus Judex Domni Imperatoris autentico illo vidi & legi, & exemplar facta eſt ibi, & hic ſubſcripſi

D Praeterea quoties Epiſcopi Eccleſias Presbyteris regendas tradebant, interdicebant & ipſi quamcumque bonorum Eccleſiaſticorum alienationem. Atque cautela haec antiquiſſimis etiam Seculis in uſu fuit. Tabulas exero teſtes, quas archetypas vidi in locupletiſſimo Archivo Lucenſis Archiepiſcopii.

Carta Homuli Clerici, accipientis Rectoriam Eccleſiae Sancti Angeli a Gaudioſo Rectore Eccleſiae Sancti Martini de Colline, Anno 770.

E IN *Dei nomine. Regnante* Domno *noſtro* Deſiderio Rege, *filio ejus* Domno *noſtro* Adelchis Rege: *Anno Regni eorum Quartodecimo, & Duodecimo, IV. Kalendas Octobris, per Indictionem Nonam. Manifeſtum eſt mihi* Homulo Clerico *filio quondam Cauſeradi, abitator prope Eccleſia Sancti Martini de Colline, quia hodie per annos triginta tam parentes mei quàm & ego volun-*

tate

tate mea imperationem fecimus de Presbiteris ſupradicte Dei Eccleſie; & hic Luca propter Chriſma nos mittebant ad tollendum ab Epiſcopo, & cavallicaturam cum ipſis Presbiteris faciebamus. Et jam ante hos annos in predicta Dei Eccleſia per cartulam offerſionis omnem rem meam, & Eccleſiam Sancti Angeli, que a Genitore meo conſtructa eſt, ſeu cultam vel incultam rem, ubique mihi pertinentem, offerui & confirmavi, eo quod a me ipſo ipſa re noſtra voluntatem & imperationem de ipſis Presbiteris faciebamus; & Officium ipſius Eccleſie, & ipſa Cartula deperit: Proinde per hanc Cartulam iterum offero Deo, & tibi ſancte predicte Eccleſie Sancti Martini, ubi Gaudioſus Presbiter Rector eſſe videtur, jam dictam Dei Eccleſiam Sancti Angeli, & omnem rem meam, ubique mihi pertenentem, & tali ordine confirma...... tam ego quàm & heredes mei ipſam rem uſufructuare & regere debeamus...... rationem de Presbitero, qui ibi ordinatus fuerit, pro ipſa re facere & adimplere debeamus, & ſupraſcripte Eccleſie, ſicut per triginta annos ipſam abuimus faciendo, ſed ipſum Eccleſie & rem....... nec venundare, neque in alia Eccleſia aut homine alienare per nullum ingenium...... licentiam pro anima noſtra dare, & homines noſtros libertare........ *offerui vel confirmavi, omni tempore firmiter permaneant in ipſa..... vel heredibus meis, neque a nullo homine hec Cartula poſſe diſrumpi, & nulli liceat nolle, quod ſemel volui. Et pro confirmatione Auſtipertum Clericum ſcribere rogavi.*

Actum Luca.

Signum manus ✠ Homuli Clerici, qui hanc cartulam fieri rogavit.

Ego Oſprandus Diaconus rogatus a Humolo Clerico in hanc cartulam me teſte ſubſcripſi.

Ego Deuſduna Presbitero rogatus a Humolo Clerico in hanc cartulam me teſte ſubſcripſi.

Ego Petronacius Clerico rogatus &c.

Signum manus ✠ Atripert Clerici &c.

Ego Auſtipertus Clericus poſt traditam complevi & dedi.

Illuſtriorem quoque Chartam acceptam refero eidem Lucenſi Archivo; quum ex ea appareat ſeries controverſiae de Eccleſia Sancti Georgii inter Filiprandum Clericum, & Johannem Epiſcopum Lucenſem, pro qua etiam interceſſit auctoritas Caroli Magni Auguſti. Hanc itaque lubentius exero.

Collatio Eccleſiae Sancti Georgii diu controverſae facta Filiprando Clerico a Jacobo Epiſcopo Lucenſe, Anno 801.

I*N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Carolus *ſereniſſimus* Auguſtus, *& a Deo coronatus* Magnus *& pacificus* Imperator, *Romanum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei* Rex Francorum & Langobardorum, *Anno Regni ejus, quo Langubardiam coepit, Vigeſimo Octavo, & filio ejus* Domno noſtro Pippino Rege, *Anno Regni ejus Vigeſimo Primo, Menſe Novembris, Indictione Decima. Maniſeſtum eſt mihi Filiprando Clerico, filio quondam Johannis Presbiteri, quia ante hos dies cauſationem abui cum bone memorie* Johanne Epiſcopo, *de rebus Eccleſie Sancti Georgii, ubi ipſe genitor meus a quodam* Peredeo Epiſcopo, *& ego ab ipſo* Jo-

 hanne

hanne Epiſcopo *ordinati fuimus de ipſis rebus; unde predictus pater meus cartulam emiſit in Alpo filio quondam Alprandi, quam ipſe Alprandus pater ipſius Alpi poſtea mihi per ſcriptum dedit*, ipſas res ego ab ipſa Dei Eccleſia Sancti Georgii alienare adque abſtraëre, & in mea proprietate abere querebam. *Et dum de predictis rebus cauſationem feciſſem, convictus ſum ab ipſo Johanne Epiſcopo. Unde & Judicatum ad partem ſancte Eccleſie emiſſum eſt. Et dum* Domnus *noſter* Carolus *piiſſimus* Imperator *Romam eſſet, etiam ipſum interpellatus ſum ſuper eumdem* Johannem Epiſcopum, *ut meam proprietatem ſubſtantiam tuliſſet. Detulit ipſe* Johannes Epiſcopus *in ejus preſentia jam dictum Judicatum. Quo relecto ante eum, omnia confirmavit, ſicut ibi contenebatur; ut rectum judicium* de ipſis rebus, quas ego ab ipſa Eccleſia alienare querebam, *ad parte ſupraſcripte Eccleſie datum fuiſſet. Unde nunc ego, qui ſupra Filiprandus Clericus petivi & rogavi te virum beatiſſimum* Jacobum *in Dei nomine* Epiſcopum, *ut propter Deum in tua mercede mihi res ipſas in Beneficio dare, & in ipſa Eccleſia Sancti Georgii, in quantum antea ordinatus fui, me Rectorem & gubernatorem ordinare juberis. Et pro tua miſericordia me exaudire dignatus es. Inſuper & portionem de rebus quondam Rachiprandi Presbyteri germani mei mihi deditis. Proinde per hanc Cartulam repromitto, & manum meam facio ego, qui ſupra Filiprando Clerico tibi* Domno *meo* Jacobo Epiſcopo, *ut ipſam Eccleſiam Sancti Georgii, in quantum me confirmaſti, ſimul & ipſas res ipſius Eccleſiae, quas mihi dediſti, in omnibus bene lavorare & meliorare debeam, & tibi omnem conſuetum de ipſa Eccleſia facere, & perſolvere debeam: & in omnibus tuam voluntatem & imperationem uſque ad poſſivilitatem meam facere promitto*. Et numquam abeam licentiam, nec preſumam ipſam Dei Eccleſiam Sancti Georgii neque prefatas res *de ſub poteſtate ipſius Eccleſie Sancti Georgii, vel veſtrâ*, ſubtraëre aut alienare, *neque contra vos cauſare aut agere preſumam. Et ſi hec omnia ſupraſcripta capitula, qualiter ſuperius promiſi, a me in omnibus adimpleta & conſervata non fuerint, promitto me eſſe compoſiturus tibi ipſas prefatas res, quas alienare preſumpſero, in duplo ſerquidem loco ſub eſtimatione, qualiter tunc fuerit. Et hec mea promiſſio in predicto ordine firmiter permaneat. Et Rachiprandum Presbiterum Notarium ſcribere rogavi.*

Actum Luca.

Ego Filiprand Clerico in ab promiſſio a me facta manu mea ſupſcripſi.

Signum ✠ *manus Ildiprandi filio Ilprandi Abbati teſtis.*

Signum ✠ *manus Liliodari filio quondam Arnulfi Clerici teſtis.*

Signum ✠ *manus Petri filio Gumprandi teſtis.*

Ego Stabilis Presbiter rogatus ad Filiprandu me teſte ſubſcripſi.

Ego Alpertus Presbiter roghatus ad Filiprandu Clerico me teſte ſubſcripſi.

Ego Rachiprandus Presbiter poſt tradita complevi & dedi.

Denique eâ potiſſimùm de cauſsâ quiſque Eccleſiaſticorum curabat, ut ſibi ſuiſque ſucceſſoribus confirmarentur Eccleſiarum ſuarum bona tum ab Apoſtolica Sede, cujus ſumme veneranda ſemper fuit auctoritas, tum a Regibus atque Imperatoribus; quippe eorum patrocinio ſperabat gens ſacra, ſibi quietam fore ſuarum fortunarum poſſeſſionem. Et quoniam Epiſcoporum Deum timentium mos fuit,

fuit, liberales ſe praebere erga Monachos, ut ex iis exempla virtutum grex ſibi commiſſus deſumeret, Monachi veriti, ne proborum Praeſulum improbus quiſquam Succeſſor donata repeteret, aut Abbas aliquis ab inſtituto ſuo degener eadem dilapidaret, continuò curabant, ut ad hujuſmodi donationes accederet confirmatio Romani Pontificis. Unum inter multa exemplum proferam, ex Archivo Cavenſis Monaſterii depromtum, cujus etiam mentionem fecit Mabillonius in Annalib. Benedictinis ad Annum Chriſti MXXXIX.


Bulla Leonis IX. Papae, qua Monaſterio Barenſi Sanctae Trinitatis confirmat Eccleſiam Sancti Nicolai, a Nicolao Barenſi Epiſcopo eidem conceſſam, Anno 1053.

LEo Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei* Eccleſiae & Monaſterio Sanctae *& individuae* Trinitatis intra Barenſem Civitatem *conſtructae, & per eam* Abbati Marco *noſtro dilecto filio, cunctiſque ipſius Succeſſoribus, canonice illuc intrantibus in perpetuum. Omnium juſtis petitionibus gratanter annuimus, quoniam juſta & pia rogata Deo ſemper noſcuntur placita & amicabilia. Videntes igitur Eccleſiae tibi commiſſae juſtitiam* de Sancti Nicolai Eccleſia, *quam* praefatae Civitatis Nicolaus *dictus* Epiſcopus, *Eccleſiae jam dictae Sanctae Trinitatis voluntaria oblatione obtulit, & in perpetuum confirmavit, nobis omnino placuit, atque Apoſtolica auctoritate ita in perpetuum valere noſtra Decretalis inſtitutio decrevit. Et ſicut a praefato Nicolao praenominato Epiſcopo praedicta Sancti Nicolai Eccleſia cum omni beneficio & hortu & viridario, & cum tranſitu & exitu ſuo, Eccleſiae Sanctae Trinitatis ſtabiliter atque irrevocabiliter ſub anathematis poena colligata*, ita ut nec ipſi, neque alicui hominum cujuſcumque conditionis ſeu dignitatis vel poteſtatis liceat praefatam Sancti Nicolai Eccleſiam, *cum omnibus ſecum conceſſis a praelibata Sancti Nicolai Eccleſia vel Monaſterio*, quocumque modo ſeu ingenio ſubtrahere vel alienare: ſic omnino confirmamus, decernimus, atque corroboramus. *Quicumque igitur hujus noſtri Privilegii tentaverit refragari inſtituto, ſit ſub anathematis poena, donec reſipiſcat. Conſervator verò Apoſtolicâ refertus benedictione, a Sancta & individua Trinitate perpetualiter aeternam conſequatur ſalutem.*

Datum IV. Nonas Septembris, per manus Friderici Diaconi Sanctae Romanae Eccleſiae Bibliothecarii, & Cancellarii vice Domni Herimanni Archicancellarii, & Colonienſis Archiepiſcopi, Anno Domni Leonis IX. Papae Quinto, Indictione Sextâ.

Sigillum plumbeum.





Ve:


Verùm neque Romanorum Pontificum Bullae, neque Auguſtorum Diplomata, ſatis potentes obices erant ad cohibendos eorum temporum abuſus. Paſſim enim pullulabant olim perverſis moribus infecti Paſtores, atque in primis Saeculo Chriſtianae Aerae Decimo & Undecimo, qui nihil Deum veriti, bona ſibi commendata diſſipabant, ita ut non ſolùm Pontifices Maximi, ſed & ipſi Imperatores in concedendis aut confirmandis Eccleſiarum Privilegiis, aut alia etiam occaſione, quantum poſſent intercederent, ne gravius in po- A ſterum graſſaretur impia illorum impotentia. Illuſtre exemplum deteſtandae hujus cupiditatis praebebit Diploma Ottonis I. & II. conceſſum celeberrimo Monaſterio Claſſenſi Ravennati. Ita parum religioſi quidam Abbates bona inſignis illius loci diſſiparant, ut jam ad alendos Monachos neceſſaria deeſſent: cujus cala- B mitatis alia perditiſſimo Saeculo Decimo exempla occurrunt. Quare ſui muneris eſſe Imperatores ii duxerunt cavere, ne in poſterum quiſquam auderet, eidem Monaſteriò damnum inferre. En ipſum Diploma.

Ottonis I. & II. Imperatorum Diploma, quo Archiepiſcopis Ravennatibus interdicitur, ne res Monaſterii Sancti Apollinaris de Claſſe in poſterum minuant, commutent &c. Anno 972.

In nomine Sancte individueque Trinitatis. Otto, *itemque* Otto, *divina favente clementiâ* Imperatores Auguſti. *Si locis divinis cultibus mancipatis ſolatium preſentis futureque proſperitatis largimur, eternis ac temporalibus premiis a Deo remunerari certiſſime credimus. Quo circa omnium ſancte Dei Eccleſie fidelium, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum religioſitati manifeſtum fieri volumus* Honeſtum *venerabilem ſancte* Ravennatis Eccleſie Archipreſulem, *noſtre celſitudinis taliter exoraſſe excellentiam. Quoniam* Sancti Apollinaris *Chriſti Martiris* Cenobium, *quod dicitur* Claſſis, noſtrorum deceſſorum temporibus tam per cambicionem quàm per emphiteoſim ita in diſſipatione poſitum fuit, ut ejuſdem Monaſterii Cenobite cunctis neceſſitatibus indigebant: *veſtris verò tempeſtatibus, Dei favente pietate, veſtriſque ſacris ſubſidiis ſubvenientibus, ita reſtauratum nunc cernitur, quod bonis univerſis habundat. Petimus,* C *ut pro Dei amore, veſtrarumque animarum ſalute, veſtrâ Imperiali auctoritate concedere, ſtatuere & corroborare dignemini,* quatenus neque eos, neque ejuſdem Monaſterii Abbatem, neque aliquem noſtrorum ſucceſſorum, fraudulentâ cupiditate deceptum, liceat ipſius Eccleſiae terram cambire, vel per emphiteoſim alicui concede- D re, vel per ordinationem premium aliquod ſuſcipere. *Cujus dignis petitionibus adſenſu........ alentes conſenſum* Domni Johannis ſummi Pontificis, *noſtrique ſpiritualis patris, prout juſte & legaliter poſſumus, concedimus, largimur, ſtatuimus, atque per hujus noſtri Precepti paginam confirmamus...... roboramus jam dicte Eccleſie Sancti A- E pollinaris omnes ſuas res & proprietates eâ videlicet ratione, quod deinceps nos noſtroſque ſucceſſores, aut Archiepiſcopos Ravennates aut Abbates illius loci terram vel familias utriuſque ſexus ſupranominati Monaſterii minuare, aut ſervicium aliquod per conſecratio-*

nem

nem recipere, ſive per ſcriptionem, ſive per quodlibet ingenium minime liceat. Precipientes itaque jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, Sculdaſio, Gaſtaldius, Decanus, aut alia qualibet noſtri Regni magna, parvaque perſona, Cenobitas vel familias inquietare, moleſtare, vel aliqua ſcriptione inde recipere preſumat, ſed liceat illos quiete & pacifice vivere, Deique ſervitium & Sancti Apollinaris Martiris libere & abſolute agere, Dominumque pro noſtra, noſtro- A *rumque Succeſſorum imperii ſalute exorare, omnium hominum remotâ impeditione. Si quis verò, quod minime credimus, nefario auſu hujus noſtri precepti paginam infringere temptaverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras mille, medietatem Kamere noſtre, ſeu noſtrorum ſucceſſorum, & medietatem jam dicte Eccleſie Sancti Apollinaris.* B *Quod ut verius credatur, diligentiuſque ab omnibus obſervetur, propriis manibus roborantes, Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

Signa Domnorum Imperatorum Ottonis & item Ottonis  *ſereniſſimorum Auguſtorum.*

Petrus Cancellarius.

Anno Dominice Incarnationis DCCCCLXXII. Imperii vero Domni Ottonis ſemper Auguſti XI. alterius verò Ottonis V. Indictione XV.

Actum Ravenne, in Dei nomine feliciter. Amen.

Pendet Sigillum parvum plumbeum, in cujus anticâ viſitur caput cum epigraphe AVREA ROMA: *in poſticâ verò legitur* OTTO ĪPERATOR ROMANOR.

Quae verò in hanc rem egerit Henricus inter Germaniae Reges Tertius, inter Auguſtos Secundus, juſtitiae non minus quàm pietatis ſectator, aliquot exemplis prodendum puto. Praeſidebat Cremonenſi Coenobio Sancti Laurentii *Waldericus Abbas*, qui Regulâ Sancti Benedicti, & normâ Chriſtianae Religionis omnino conculcatâ, praediorum Monaſterii ſibi commiſſi diſſipator evaſerat impudentiſſimus. At minime ferens hominis protervitatem *Hubaldus Cremonenſis Epiſcopus*, adversùs illum opem Henrici III. Regis imploravit; qui certior factus, quae is detrimenta ſacro lo- C co intuliſſet, *in beneficium dando, & malas inſcriptiones faciendo, ſcilicet injuſtas precarias, commutationes, & libellarias:* eidem interdixit, ne in poſterum abſque conſenſu Cremonenſis Antiſtitis ex his quidquam moliri ac perficere auderet. Diploma egomet eduxi ex antiquiſſimo Regeſto Archivi Epiſcopalis Cremonae. Similem D quoque medicinam Landulphus ejus Praedeceſſor ab Henrico I. Imperatore contra Abbatem ejuſdem Monaſterii impetrarat, ut apud Ughellium legitur in Catalogo Epiſcoporum Cremonenſium. En verò Diploma ipſum.

De-

Decretum Henrici Regis III. quo interdicit Walderico Abbati Monaſterii Cremonenſis Sancti Laurentii alienationem & precarias bonorum ipſius Coenobii abſque conſenſu Epiſcopi Cremonenſis, Anno 1040.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Henricus *divinâ ſavente miſericordiâ* Francorum & Longobardorum Rex. *Si ſanctorum Dei Eccleſiarum &c. Quapropter notum ſit omnibus noſtris fidelibus tam preſentibus quàm futuris, quod vir venerabilis* Hubaldus *ſancte* Cremonenſis Eccleſie Epiſcopus, *& per omnia vir fideliſſimus, modeſtie noſtre retulit*, quod quedam Abbatia, ſuo Epiſcopio ſubdita, & in honore Sancti Laurentii dedicata, & infra Civitatem ſuam ſita, a quodam Abbate, Walderico nomine, diminueretur in beneficium dando, & malas inſcriptiones faciendo, ſcilicet injuſtas precarias, commutationes, ac libellarias: & hac occaſione victualia Fratrum ſubtrahebantur, & famulorum beneficia minuebantur; & ſic orationes & helemoſyne, que pro anima illius, qui eam conſtruxit, & pro animabus omnium Chriſtianorum fieri debebant, diminui videbantur. *Cujus rei cauſa dolore cordis tacti intrinſecus, quod inde fieret, cogitare cepimus. Divinâ namque gratiâ inſpirante, & dilectiſſimi noſtri conſanguinei* Herimanni Colonienſis Archiepiſcopi, *atque* Brunonis *ſimiliter noſtri kariſſimi conſobrini* Werzeburgenſis Epiſcopi, *nec non* Kadeloi Epiſcopi *atque* Cancellarii noſtri, *conſilio ſaluberrimo interveniente, noſtre Regalis auctoritatis Preceptum, quod inviolabile perpetualiter teneatur, fieri precepimus. Eâ videlicet ratione*, ut tam preſens Abbas, quàm futuri nullam poteſtatem deinceps habeant de rebus ad predictam Abbatiam pertinentibus diminuere, nec in beneficium dando, nec commutationes ſeu precarias atque libellarias faciendo, ſine licentia predicti Hubaldi Epiſcopi & Succeſſorum ejus, qui pro tempore fuerint. *Si quis verò Abbas contra hanc noſtram auctoritatem fecerit, * irriia & vacta & ſine robore permaneant, & Abbas proprio honore & dignitate privetur, & illi, qui inveſtituram aut aliquod ſcriptum ſuſcipere preſumpſerit, ſciant ſe compoſituros auri optimi Libras centum, medietatem Camere noſtre, & medietatem Abbatie, cui dampnum inferre temptaverit. Quod ut verius credatur &c.*

Signum Domni Henrici glorioſiſſimi & invictiſſimi Regis.

Kadeolus Epiſcopus & Cancellarius, vice Domni Herimanni Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Datum XVI. Kalendas Februarii, Indictione VII. Anno MXL. Anno verò Domni Henrici.......

Actum Auguſte feliciter. Amen.

Alterum exemplum, longe tamen diverſum, idem Cremonenſe Regeſtum mihi ſuppeditavit, nempe ejuſdem Henrici Diploma, ad Hiſtoriam Italicam praecipue ſpectans. Inde enim Auguſto ipſo nequaquam diſſimulante, diſcimus, *Heribertum Archiepiſcopum Mediolanenſem*, inter quem & Conradum I. Auguſtum interceſſere tot lites ac odia, *omne Regnum Italicum ad ſuum diſpoſuiſſe nutum: Gerardum* verò ejuſdem Nepotem, *quidquid*

quid ſibi placitum erat, juſtum aut injuſtum, poteſtative operatum fuiſſe in Regno. Et ſane quum Hubaldus Cremonenſis Antiſtes electus, ab Heriberto Archiepiſcopo conſecrationem impetrare non poſſet, coactus eſt eidem Gerardo concedere *Curtem & Plebem de Arciano.* Qua de re poſtea A conqueſtus apud eumdem Conradum Auguſtum, quanquam Caeſarea mandata intercederent, nihil tamen a Gerardo patrui ſui potentiâ freto exculpere potuit. Nunc igitur accipe, quid Henricus II. Imperator de eo negotio conſtituerit.

Henricus II. Imperator Cremonenſi Eccleſiae reſtituenda decernit eidem ablata a Gerardo nepote Heriberti Archiepiſcopi Mediolanenſis: circiter Annum 1046.

IN *nomine Domini Dei eterni.* Henricus *divina favente clementia* Imperator Auguſtus. *Si ſanctarum Dei Eccleſiarum Paſtoribus ea, que digne a noſtris fidelibus aput noſtram majeſtatem poſtulantur, impendimus, id ad eterne remunerationis meritum nobis proficere non dubitamus. Quocirca omnium Fidelium ſancte Dei Eccleſie, noſtrorumque, preſentium ſcilicet ac futurorum noverit induſtria, eo quod* Hubaldus *venerabilis ſancte* Cremonenſis Eccleſie Epiſcopus, *dilectuſque fidelis noſter, per* Domnum Herimannum *reverentiſſimum* Colonienſem Archiepiſcopum, *& dulciſſimum conſobrinum noſtrum, noſtre Regie humiliter retulit poteſtati, qualiter ſuam Eccleſiam pene deſolatam, multiſque calamitatibus & miſeriis inveniſſe attritam. Imperatoris namque dive memorie* Chuonradi Imperatoris Auguſti *genitoris noſtri tempore* Domnus Landulfus *prenominate Eccleſie & parti Romani Imperii per omnia ſemper fideliſſimus, gravi infirmitate correptus, in ipſa infirmitate longam protraxit vitam. In cujus longa egritudine ſua Eccleſia non modicam paſſa eſt jacturam*, maxime a Girardo Heriberti Mediolanenſis Archiepiſcopi nepote, qui audaciâ patrui ſui, qui omne Regnum Italicum ad ſuum diſpone- B bat nutum, ſuperbe levatus, quicquid ſibi placitum erat juſtum aut injuſtum, poteſtative operabatur in Regno. Invaſit itaque Cortem & Plebem de Arciaco contra voluntatem, & ſine permiſſione multum diuque egrotantis Epiſcopi. *Qui cum liquiſſet infima, & migraſſet ad ſuperos, ſucceſſit ei* Hubaldus Epiſcopus, *noſter in omnibus fideliſſimus.* C *Cui cum neceſſe eſſet, ad Epiſcopalem Conſecrationem accedere, ab Archiepiſcopo ut conſecraretur impetrare nequaquam valuit, niſi Plebem & Cortem, quam injuſte & poteſtative invaſerat, Nepoti ſuo concederet. Cumque in longum pro hac intentione ejus protelaretur Conſecratio; non ſponte ſed coacte conceſſit, quod petierat, Conſecrationem non aliter conſequutus.* D *Quia verò multum moleſte ferebat, quod inde fecerat, apud Genitoris noſtri excellentiam multociens conqueſtus eſt ſe hoc ſponte non feciſſe. Cui cum predictam Cortem & Plebem reſtituere vellet, ſepe & ſepiſſime per ſuas literas illi mandatum eſt, ut eas ad partem Epiſcopii habendas relinqueret.* E *Quod numquam impetrare valuit, ſed diabolico inſtinctu, cui a cunabulis, ſicut omnibus tam Italicis quàm Teutonicis patet, deſervierat, ejus legationem vilipendens, ſuperius dicta detinuit,*

nuit, & alia multo majora ad Genitoris dedecus & vilitatem, invadere non formidavit, *ſcilicet* Plebem de Miſiano *cum omni integritate ſua, &* Decimam de Caſtro Aganello *ad predictam Plebem de Arciaco pertinentem*, & Decimam de Mauringo, *ad Plebem de Fornovo attinentem, nec non* & medietatem de Caſtro Cortegano, *ad Abbatiam Sancti Laurentii pertinentem. Eo autem in Regno veniente cum comperiſſet, quod Archiepiſcopus violatâ fidelitate, quam illi fecerat, Regnum ſibi invaſere moliretur Girardo inſtigante & ei omnino ſuffragante, omnia predicta, ſicut reo Majeſtatis & proſcriptione digno, juſte ei abſtulit, & Epiſcopo reſtituit. Set genitore noſtro de Regno recedente*, iterum omnia invadere non timuit, *ſpretâ ejus reverentia & timore. Nos verò* Epiſcopatus diminutioni & miſerie condo- A lentes, & paternum dedecus conſiderantes, hec omnia Epiſcopio eternaliter habenda concedimus, & inſuper per Precepti noſtri auctoritatem retinenda inſtituimus; *eâ videlicet ratione, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, ſeu magna parvaque Regni noſtri perſona, Eccleſiam eandem diſveſtire audead. Si quis verò &c.* B

(*) *Ego Ramundus Notarius hujus* * *exomli exemplar vidi & legi.*

Neque immunes *pravorum hominum* rapinis abiere Cremonenſes ipſi Praeſules. Quare ad Ottonem III. Germaniae atque Italiae Regem confugiens Odelricus ejus Urbis Epiſcopus, Regio patrocinio ſe ac ſua com- C munivit, uti intelliges e ſubſequenti Diplomate.

Otto III. Germaniae ac Italiae Rex Odelricum Cremonenſem Epiſcopum, ejuſque jura & bona hereditaria ſub ſua protectione ſuſcipit, Anno 992.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Otto *divina favente clementia* Rex. *Notum eſſe volumus omnibus ſancte Dei Eccleſie fidelibus tam in Italia, quàm ubique ſub noſtre dominationis culmine degentibus, dilectam* Aviam noſtram Adhaleidam Imperatricem Auguſtam, *noſtram humiliter adiiſſe clementiam, quatinus* Odelricum Epiſcopum *ſancte* Cremonenſis Eccleſie, *noſtrumque fidelem, pro Dei amore, noſtreque anime remedio, ſeu fidelitate, qua dive memorie Avo, Patrique noſtro equivocis Imperatoribus Auguſtis, ac eidem magnifice Avie noſtre Adalehidi Imperatrici Auguſte, no-* D *biſque ſervivit*, eo quod a pravis hominibus multa pateretur adverſa, *ſub noſtre defenſionis monburdo, ac Regalis tuitionis Precepto cum omni rerum ſuarum ac familiarum mobiliumque hereditate vel poſſeſſione, que illi per ſucceſſionem ex parte* Patris ſui Nantelmi, Matriſque ſue Gisle, *nec non* & Fratris ſui Wilelmi Comitum *de-* E *functorum, pertinet, ſuſcipere dignaremur. Quibus juſtis petitionibus aures noſtre pietatis accommodantes predictum Epiſcopum Odelricum juxta Imperiales preces Avie noſtre, ſicut ſuperius ſcriptum eſt, cum omni rerum ſuarum ac familiarum, mobiliumque hereditate &c.*

ſcilicet

(*) *Deeſt ſubſcriptio Imperatoris, & Cancellarii Imperialis: nec non & Data Anni, Menſis & Diei, ac aliorum de more.*

ſcilicet in Curte Caſtri Sebrii, Altevill', Viniale, ad Marenigo, ſeu Turricelle, ſeu de domibus hujuſce portionis vel hereditatis, Papie conſtitutis, videlicet cum Caſtris & omnibus rebus &c. in noſtram tuitionem ſuſcepimus &c. Si quis verò circa eumdem predictum Odelricum Epiſcopum de pre- A *nominatis rebus, familiis, ac mobilibus, ſeu ſcriptis querelam aliquam habuerit, hoc negotium noſtre, Avieque noſtre poteſtati omnino ſervamus, Deo annuente in Italiam ante noſtram preſentiam diffiniendum. Si verò quiſpiam, quod non credimus &c.*

Signum Domni Ottonis  *glorioſiſſimi Regis.*

Johannes Archiepiſcopus & Cancellarius vice Petri Cumani Epiſcopi recognovi.

Data XII. Kalendas Junii, Anno Dominice Incarnationis DCCCCLXXXXII. Indictione V. Anno autem Tercii Ottonis Regnantis VIIII.

Actum Alſteti feliciter. Amen.

Ad iſta accedat Henrici II. nuper memorati Diploma, quo Privilegia & bona confirmat nobiliſſimo Veronenſi Sancti Zenonis Coenobio, ubi diſertis verbis ſeculi vitium indicans, ita ſcribit; *Ammonemus etiam Abbatem, qui praeeſt, ejuſque Succeſſoribus interdicimus, ne res ſtipendiarias alendis Monachis dedicatas de ſinu Mo-* B *naſterii rapiant, & Saecularibus in beneficium tribuant: quia pia religio reclamat, ſi ſervi Dei tabeſcunt inopiâ, & qui non debent, eorum diteſcant copiâ.* Antiquum, ut mihi viſum eſt, exemplum Diplomatis hujus in Archivo inſigni Sancti Zenonis adſervatum legi. Ita verò ſe habet.

Henrici III. Regis, Imperatoris II Diploma, quo omnia bona confirmat Monaſterio Veronenſi Sancti Zenonis, Anno 1047.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Heinricus *divina favente clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. *Imperialem ſublimitatem condecet &c. qualiter* Walterus *Sancte* Veronenſis Eccleſie Epiſcopus *una cum* Alberico Abbate Monaſterii Sancti Zenonis *Martyris, noſtram clementiam ſuppliciter exorando adiit, ob amorem Dei omnipotentis, beatique Zenonis reverentiam &c. Nos vero juſtis eorum peticionibus conſencientes, pro remedio* C *anime noſtre, & ob interventum dilectiſſime* Conjugis noſtre Imperatricis Agnetis *predicto Monaſterio concedendo confirmamus &c. Ideſt in eodem territorio Veronenſi Monaſterium conſtructum in honore Sancti Petri, quod dicitur Mauritica, cum decimis ac terminis eorum cernentibus a fine Fiſſaro uſque in Foſſatum Mantuanum, ex uno late-* D *re ab Agricia uſque fine Finale, & pertingens in Agricia uſque Trivularia, de uno Capite Caſtelionem, Silvatico;*


vatico; Caſtellum etiam in Vallepicta cum decimis & apendiciis ſuis; & Caſtellum Mauriatica cum Eccleſia in honore Sanctorum Firmi & Ruſtici, cum decimis, placitis, diſtrictis, & omnibus ſuis pertinentiis, ſicuti a bone memorie Karolo *piiſſimo* Imperatore *conceſſum & oblatum eſt Monaſterio Sancti Zenonis; Caſtellum Herbetum cum cunctis pertinentiis ſuis & adjacentiis; Caſtellum Trebunciolum; & Caſtellum Vicoaderis; Capellam Sancti Laurentii ſitam in ripa Padi, que dicitur Oſtilia, cum decimis & omnibus pertinentiis ſuis; Campolane, Campum Palliarium, & Novoletum, & in Gajo jugias trecentas; Loco Caſale-Orci; Villa, que dicitur Aſpo; Caſtellum Romanianum, cum facticiis Sancti Zenonis, & Montem, qui dicitur Alferia; In Liſino, ubi dicitur Melario, campos duos; In Clariano campos tres; In Crodano campos duos; In Laupha campum unum; Caſtellum Sancti Viti cum pertinentiis ſuis; Paronam, Caſſianum, Cella Sancti Petri infra Civitatem Veronam cum pertinentiis ſuis; In Cavi Cellam Sancti Andree cum pertinentiis ſuis; In Venti Capellam Sancti Viti cum pertinenciis ſuis; In Puviniaca Curticellam unam, & Curte in Rivariola cum omnibus pertinentiis ſuis; & in Pualo campos tres: nec*

A *non & cum omnibus rebus ad prefatum Monaſterium pertinentibus, cum Eccleſiis, Caſtellis, vicis, colonibus, mancipiis, comendaticiis, facticiis &c.* Amonemus etiam Abbatem, qui preeſt, ejuſque Succeſſoribus interdicimus, ne res ſtipendiarias alendis Monachis dedicatas, de ſinu Monaſterii rapiant, & Secularibus in B Beneficium tribuant: quia pia Religio reclamat; ſi ſervi Dei tabeſcunt inopiâ, & qui non debent, eorum diteſcunt copiâ. Si quis Abbas incaute aut temerarie, quod ſancimus, perfregerit, quod injuſte tribuit, juſte auferat, & membrum fractum corpori dominico conſolidet; ut ſi male facta purgare voluerit, & C nequiverit, ſuperſtes ejus noſtrâ & noſtrorum Succeſſorum ſententiâ roboratus emendet, quod ſuus Anteceſſor amiſit. *Denique precipiendo ſancimus, ut nullus Dux, Marchio, Epiſcopus, Comes, Vicecomes &c. Si quis verò contra hos noſtros Regales apices inſurgere, aut in aliquo violare temptaverit infra dictionem Regni noſtri* D *conſiſtens, ſciat ſe Libras triginta auri probatiſſimi exſoluturum, medietatem predicti Monaſterii, & medietatem Palacii noſtri. Et hoc noſtrum preceptum in Dei nomine, ut pleniorem obtineat firmitatem &c.*

Signum Dompni Heinrici Secundi Romanorum



Tercii Regis invictiſſimi, Imperatoris Auguſti.



Heinri-

Heinricus Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii recognovi.

Data VIII. Idus Maji, Anno Dominice Incarnationis MXLVII. Indictione XV. Anno autem Dompni Henrici Tercii, ordinationis ejus XVIII. Regnantis VIII. Secundi Imperantis Primo.

Actum Folerni in Dei nomine feliciter. Amen.

Saepius quoque, & longe majori ſolicitudine laborarunt Romani Pontifices, tum ut uſurpatores ſacrarum rerum ad reſtituenda male ablata adigerentur, tum etiam, ut Eccleſiaſtici patrimonii diſſipatores in officio continerentur. Legere heic non pigeat, quid de Gregorio Epiſcopo Ferrarienſi, criminis hujus reo, habeat Victor II. Papa in Bulla data

A illius ſucceſſori Rolando. Ibi enim irritum decernitur, *quidquid Gregorius diſſipator potius quàm Rector ipſius Eccleſiae, chartis aut ſuperſcriptionibus compoſuit, vel ſcribi rogavit*. Ex Tomo quarto Annal. Ferrarienſ. MStorum Peregrini Priſciani, quos Bibliotheca Eſtenſis adſervat, eam ego deſcripſi.

Bulla Victoris II. Papae, qua Rolando Epiſcopo Ferrarienſi, ejuſque Eccleſiae, omnia jura ac Privilegia confirmat, Anno 1055.

VIctor Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei. Notum ſit omnibus Chriſti, noſtriſque fidelibus tam futuris quàm preſentibus, qualiter nos confirmavimus Privilegio noſtre auctoritatis* Rulando Ferrarienſis Eccleſiae Epiſcopo, *ſuiſque Succeſſoribus, omnes res ejuſdem Eccleſiae mobiles & immobiles, ſicut modò ad praeſens ipſa Eccleſia juſte tenet, vel queat in futurum juſte legaliter acquirere, & ut amiſſa recuperare, & que tenet, ſecurius valeat poſſidere*. Omnibus denunciamus, ut quitquit Gregorius diſſipator potiùs quàm Rector ipſius Eccleſie, Cartis aut ſuperſcriptionibus compoſuit, vel ſcribi rogavit, nihil in eternum valeat. *Sed &. Plebes, Monaſteria, Capellas, Curtes, Villas, Ripas, Caſtella, Paludes, Piſcarias, Silvas, & omnia, que prefata Eccleſia tempore Anteceſſorum ſuorum juſte tenuit, vel*

B *tenere debet, firmamus perpetualiter poſſidenda;* & annullantes, noſtrâque auctoritate deſtruentes, ſi ſui Predeceſſores affinitate, vel parentelâ, ſeu malo ingenio, aliquam ſcriptionem vel pactionem nocivam Eccleſie contraxerant. *Confirmamus Rulando prefate Eccleſie Epiſcopo, ſuiſque Succeſſoribus omne diſtrictum omnium Caſtella-*

C *norum ſuorum, Servorum, atque omnium eorum, qui ſuper terram ſuam reſident, tam Clericorum quàm Laycorum, ſicut eadem Ferrarienſis Eccleſia ad preſens juſte tenere videtur. Eodem ſcilicet modo confirmamus eis Plebem Sancti* **Stephani**, *que eſt ſita in Vicoventia, cum Eccleſia Sancti Leonis, cum omnibus ſuis pertinentiis. Nomi-*

D *native autem Vicoventiam, Corrigiam, Vicumvariam, & dimidium Caſtri Rupine, & Monaſteria Sanctorum Bartholomei, Laurentii, & Vincentii, cum*

Villa,

Villa, que dicitur Monaſteriolo, cumque Eccleſia Sancti Leonis juxta Vicum Aventinum, cum omnibus juſte acquiſitis, juſteque deinceps acquirendis, ut & Clerici & Monachi ipſius Epiſcopatus ſint ſub eorum Epiſcoporum ordinatione, conſecratione, & diſtrictu. Et nemo ex hiis ſe ad alicujus, niſi ad judicia proprii Epiſcopi convertat. Ad hoc igitur confirmamus predicte Eccleſie terras illas, que ſibi in For....... & in Plebe Sancti Stephani in Galigo, in Plebe Sancti Donati, ac Sancti Georgii, & Sanctorum Gervaſi & Protaſii, per ſacramenta miniſtrate ſunt tempore ſui Predeceſſoris, cum Villis iſtis, quarum nomina ſunt: Quartixiana, Caput de Reda, & Contrapadum, & fundum, qui dicitur Carali, ut nullus abſque legali judicio moleſtiam ſibi inferat. Inſuper etiam confirmamus ſibi duodecim homines ipſius Civitatis, qui eum ſine pretio, ejuſque Succeſſores navigio ducant, quocumque uſus Anteceſſorum ejus fuit. Si quis igitur Dux, Marchio, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Comes, Vicecomes, vel aliqua magna parvaque perſona contra hoc noſtrum Privilegium facere preſumpſerit, vel infringere temptaverit, niſi emendaverit, & ad dignam ſatisfactionem venerit, vinculo anathematis innodetur, & a limitibus ſancte Eccleſie ſeparetur. Qui autem cuſtos & obſervator hujus noſtre preceptionis extiterit, A- A *poſtolicam benedictionem & miſericordiam a Domino Deo conſequatur.*

Henricus quoque II. Imperator nuper memoratus, Diplomate eidem Rolando Praeſuli conceſſo, ut eſt apud Ughellium Tom. 2. Italiae Sacrae. Anno MXLVII. adjutricem & ipſe manum praebuit, *ut bona ejuſdem* B *Eccleſiae Rectorum deſidiâ, & malefactorum violentiâ longo tempore amiſſa, poſſent recuperari*. Ex quibus intelligat Lector, quàm late eo Saeculo ſerperet hujuſmodi virus. Alexander verò III. Romanus Pontifex ſubſequenti Saeculo in Guidonem Abbatem Monaſterii Sancti Proſperi (nunc Sancti Petri) Regienſis exarſit, C non ſolùm quod eorum temporum Pſeudo-Papis, (*Octaviano* nempe, & *Guidoni Cremenſi*, quem ipſe legitimus Papa, conſultò ejus nomen immutans, *Cremandum* appellat) is adhaeſiſſet; ſed etiam quod Monaſterii ſui bona ſummâ improbitate dilapidaſſet, ita *ut tectum Monaſterii, quod plumbeum erat, eruiſſe dicatur,* D *& in gulae voracitate illius pretium diſſipaſſe*. Quare illum ab officio ſubmovendum, atque Abbatem alterum eidem ſubſtituendum jubet. Membranam ego legi in Archivo Monachorum ejuſdem Coenobii, & legendam reliquis trado, cujus haec ſunt verba.

Alexandri III. Papae Breve ad Monachos Sancti Proſperi Regienſis, ut Guidonem Abbatem dilapidati Monaſterii reum ab officio removeant, circiter Annum 1167.

ALexander Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, venerabilibus...... Regini Epiſcopatus, dilectis filiis Gand. Grat. Jo. Hard. & ceteris Monachis Catholicis Sancti Proſperi......., tiam* E *noſtram pervenit, & ex literis veſtris, Filii Monachi, id ipſum accepimus, quod* Guido Abbas........... bona Monaſterii dilapidavit: quod ibi neceſſaria nullatenus habeatis, ſed ad jacta-

jacturam fere omnem & indigentiam, per ejus injuriam & inſolentiam, idem Monaſterium dicitur deveniſſe. Cujus perv.......... in tantum modum exceſſit, ut tectum Monaſterii, quod plumbeum erat, eruiſſe dicatur, & in gulae voracitate illius precium diſſipaſſe. *Accedit ad hec, quod prius dampnate memorie* Octaviano Hereſiarche, & demum Guidoni Cremando *illud nefandiſſimum* preſtitit juramentum. *Qui non ſolus peccare voluit, ſed alios in precipitium trahere non formidavit. Unde, quoniam tam graves & tam enormes exceſſus nolumus ſub ſilentio preterire, diſcretioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſi res ita ſe habet, prout eſt noſtris auribus intimatum, memoratum Abbatem a preſcripto Monaſterio, omni occaſione, & appellatione poſtpoſitâ, removeatis, & in aliam perſonam idoneam & honeſtam convenire curetis, & eam vobis in Patrem & Paſtorem concorditer eligatis.*

Datum Beneventi II. Idus Junii.

Ita Capitulum Canonicorum Regienſium ante Judices a Papa delectos (quo Anno, ignotum) querelas contra ſuum Praepoſitum expoſuit, uti Charta prodet ex Tabulario ejuſdem Capituli depromta.

Petitio Canonicorum Regienſium contra Praepoſitum Capituli ſui coram Judicibus a ſummo Pontifice delegatis, fortaſſe circiter Annum 1180.

VObis Judicibus a Domino Papa delegatis, ſcilicet Domno G. Abbati Sancti Johannis, & Domno B. Prepoſito Parmenſi, & Ma. M. Sancti Nicholai, nos G. & Hu., *& He. Regini Canonici nomine noſtro, & Regine Eccleſie, & pro ipſa Eccleſia petimus, ut imponatis ſilentium Regino Prepoſito, & ipſum ceſſare faciatis ſuper eo, quod dicit ſe ſolum debere eligere Rectores abſque conſenſu & tractatu Capituli ſuper ordinacionibus faciendis in Regina Eccleſia. Quod dicimus eſſe contra Deum, & omnem jus & conſuetudinem in ipſa, & in aliis Eccleſiis Lonbardie obſervatam.* Et denuntiamus, & conquerimus de eodem Prepoſito, quem dicimus Res Eccleſie male aminiſtrare ſepius in damnum Eccleſie & Canonicorum jam per decem annos ſue Prepoſiture: & res mobiles ſine conſenſu Canonicorum ac Maſariorum Eccleſie indebite dando vel alienando, & terrarum Eccleſie cambia faciendo ſine eis. Et quod bona communia in uſus ſuos & aliorum pro voluntate ſua ſepiſſime convertit. *Et nominatim proponimus, ipſum Decreta quondam Domni Thomaſii relicta pro remedio anime ſue habuiſſe, que multotiens in Capitulo reddere promiſit communi Canonicae &c.*

Multae autem lites Saeculo Undecimo interceſſere inter Guilielmum Comitem in Tuſcia, filium quondam Lotharii Comitis, & Guidonem Epiſcopum Volaterranum: unde bella etiam ac caedes emerſerant. Succubuiſſe videtur Epiſcopus ac proinde quum Anno MLX. Florentiae verſaretur *Nicolaus II. Papa* (ubi & finem vivendi fecit) atque una cum eo eſſet *Ildibrandus Abbas Monaſterio* Romano *Sancti Pauli*, qui poſtea ſub

Gregorii

Gregorii VII. nomine Cathedram Sancti Petri tenuit: idem Volaterranus Epiſcopus, implorato tanti Pontificis patrocinio, reſtituenda ſibi ablata curavit. Teſtem negotii hujus autographam Chartam legi olim & ex- A ſcripſi ex Tabulario Volaterrani Epiſcopii, ubi non inutile erit animadvertere, *Indictionem XIII.* Kalendis Decembris decurriſſe, atque adeo adhibitam fuiſſe per integrum Annum MLX. uti nunc & nos facimus.

Remiſſio offenſarum, & reſtitutio quorundam Caſtrorum facta Widoni Epiſcopo Volaterrano a Gulielmo Comite, qui & Bulgarellus, coram Nicolao II. Papa in Civitate Florentina, Anno 1060.

IN *Chriſti nomine. Breve ad memoriam abendam & recte retinendam, qualiter factum eſt intus Civitate Florentia, ante preſentia* Domni Nicholai Pape, *Sede Sancti Petri Romanenſis Eccleſie, &* Ildibrandus Abbas Monaſterio Sancti Pauli, & *Bruno Judex iſtius Civitate, & Gerardo & Rameri Judicibus Volterrenſis, & Seracio Dumcelo, & Albitio filio Azi, & Ugo filio bone memorie Raimberti, & Aldibrando filio bone memorie Gerardi, & Wido filio bone memorie Rolandi, & Rolando filio ſuo, & Alberto filio bone memorie Ruſtici, & Petro filio bone memorie Dedierici, & reliqui plures; in eorum preſentia veniens* Wiglielmo Comes, *qui Bulgarello vocatur*, filio *bone memorie* Lotharii *ſimiliter* Comes, *per fuſte, quas in ſuis tenebat manibus, tradidit atque perdonavit a te* Wido Epiſcopus *ſancte* Voloterenſis Eccleſie, *ideſt cauſis & calumnis, atque reliquis compoſitionibus & ſacramenta, nominative de omicidio, & de plage, & de ferite, & de incendio, & de aſalte, & de preda, & ſacco, ſeo de ceteris cauſis & calumniis, que uſque modo abuiſtis, ad requirendum contra jam dicto Epiſcopus per te aut per tuis omnibus liberi aut ſervi. Et ſupraſcriptus Comes refutavit in eorum preſentia ad jam dicto Epiſcopus integra medietate* B *de Monte & Caſtello de Colle Muſcari; & illam portionem de Caſtello de Puliciano, ſicut ſigna in medio poſita ſunt, & fuit jurata cum integra medietate de Eccleſia cum ſua pertinentia....... portionem eſt una inſimul cum omnibus caſis & terris & Eccleſiis & Capellis & nomenclationibus, que Adelmus habuit & tenuit antea* C *ſex annos quàm mortuus eſſet, infra Plebe de Clani, & infra Plebe de Celale, & infra Plebe de Sancti Jeminiani.......... quantum Adelmus & Giſla uxor ejus per beneficium habuit........ & inſuper ſpopondit ſe Wiglielmo Comes, vel ſuos heredes, ſi aliquando....... per ſe, aut per ſumitentem perſonam, aut per eorum in-* D *genium adverſus....... vel ſuos Succeſſores agere aut cauſare preſumpſerit per quovis argumenti ingenio damnare aut diſveſtire aut moleſtare ſine legale judicio de jam dictis rebus, & de ſupradictis querimoniis removere, & querimoniis & compoſitiones ſacramentum, ſicut ſuperius legitur, aut ſi aparuerit, ullum ſuum datum vel factum a-* E *bebat, aut........ faciebat de jam dictis rebus, que ad danietatem de jam dicto Epiſcopus, vel ſuos Succeſſores; tuncque ſuper jam dicto Wiglielmo Comes componere & dare debeat ad eodem Wido Epiſcopus, vel ad ſuos ſucceſſores penam numorum aurum optimum*

mum Libras mille. Ideoque fecit Wido Epiſcopus per ipſam perdonationem & reſutationem & ſponſionem launebild anulo de auro uno.

Hoc factum eſt ab Anno Incarnationis Domini Milleſimo Sexageſimo, ipſo die Calendas Decembris, Indictione Terciadecima.

✠ *Ego* Nicolaus *ſancte Romane & Apoſtolice Eccleſie Preſul confirmavi & ſubſcripſi.*

✠ *Ego Humbertus dictus ſancte Eccleſie Silve Candide Epiſcopus cognovi, interfui & ſubſcripſi.*

✠ Willelmo Comes *a me facta ſubſcripſi.*

Signum....... ibi fuerunt.

✠✠✠✠✠✠✠ *Signum manus Albiti, & Ugi, & Ildibrandi, & Alberti, & Petro, & Wido, & Rolando filio ſuo.*

✠ *Gerardus Notarius Domni Imperatoris ibi fuit & oc breve ſubſcripſi.*

Praeter violentiam, doli etiam atque artes omnes a Secularibus quibuſdam viris adhibebantur, ut Eccleſiarum patrimonia expilarent. Cujuſmodi fuit ratio illa, quam in Diſſertatione LXVII. *de Modis acquirendi* innuebam, videlicet impetrandi Emphyteuſis titulo, aut Cuſtodiae, aut Locationis, fundos, ſive Curtes, & Caſtella Eccleſiarum. Quouſque ii in vivis futuri erant, aut etiam filii ac nepotes (quod *teſtium genus* appellabatur) aut paucos quoque annos, ſtabilis futurus erat ille contractus. Deinde in ditionem Eccleſie, ſolenni pacto interpoſito, eadem bona redigenda fuere. At praepotentes viri, fidem poſtea facile obliti, quod ſemel impetrabant, nunquam dimittebant, ſive quod novis muneribus novos Paſtores ſibi obſtringerent, ſive quod invitis praeda eripi ultra non poſſet. Tradiderat Berardus Abbas Farfenſis Caſtellum & Arcem Tribuci Creſcentio Comiti, ut opinor, Sabinenſi, eo pacto, ut ipſam Arcem tueretur. Completo autem anno uno eamdem ſibi reddere. Pignora etiam data fuerunt, & Charta ſcripta, quam quia ab eximio ac religioſiſſimo viro P. D. Euſtachio Caracciolo, Clerico Regulari Neapolitano, accepi, heic evulgare ſtatui.

Charta Creſcentii Comitis, per quam juramentum fidelitatis praeſtat Berardo Abbati Farfenſi pro Caſtello Tribuci, reddendo poſt annum unum eidem Abbati; circiter Annum 1050.

B*reve recordationis & obligationis facio ego* Creſcentius Comes Berardo Abbati, *& veſtri Monaſterii praeordinatis*, de Rocca Tribuci, quam reddere debeo in anno expleto in Carnem-laxare, Et obligo me per pignora, que tu Berardus Abbas tenes, *ſi in termino expleto in Carnemlaxare, vel tibi Abbati, vel Monaſterio praeordinatis, Roccam Tribuci non reddo ſine fraude & malo ingenio; & ſi vos non firmabo & ſecurabo & per omne firmamentum, ſicut vos me firmare volueritis, abſque dubio pignora, quae tenetis, in perpetuum habeatis. Inſuper obligo me & filios meos, ut non faciamus, nec conſiliemur facere, ut Berardus Abbas vitam perdat aut membra, aut malam preſam habeat. Et medietatem de Tribuco, & ejus perti-*

pertinentiae, & Curtem Sancti Getulii cum tribus Caſalibus non tollamus, nec contendamus, nec conſentiamus tollere nec contendere. Et contra omnem hominem adjuvamus vos tenere & defendere recta fide, & per malum ingenium non vobis ſuffragabimus. Et a fluvio Curriſe uſque in rivulum Calentinum, & a Flumine majori infra iſtos terminos, terram non conquiſtamus nec acquirimus, nec dominium, excepto quantum Creſcentius per ſcriptum & infra ſcriptum tertio genere ab Ugone Abbate acquiſitum habet. *Et ſuos homines non tollimus, nec comprehendimus, nec eorum terram, nec illorum homines. Et ſi tollimus, vel minuamus, & non adjuvamus tenere & defendere, ſicut ſcriptum eſt, & infra ſpatium triginta dierum non emendamus, abſque dubio pignora, quae tenet Tinto cum nepotibus, veniant in manus veſtras. Iterum obligo me & meos filios, & meos homines de omnibus rebus mobilibus Monaſterii, & ſuorum hominum & fidelium, quod non tollimus nec moleſtamus. Et ſi fecerimus, infra ſpatium triginta dierum emendemus: & ſi non emendaverimus, de ipſis pignoribus tantum tollat Tinto cum nepotibus, & det in perpetuum pretium, quanti valet res, quam emendare debemus.*

Animadverte verba illa: *Quam reddere vobis debeo in anno expleto in Carnem-laxare*. Subſiſtat ad hanc vocem non unus. Atqui per eam ſignificatur *il Carnevale*, ſive, ut Florentini loquuntur, *il Carnovale*, hoc eſt dies, jejunium Quadrageſimale proxime praecedentes. *Carnalciale* quoque olim hoc tempus ab iiſdem Florentinis appellatum novimus. Originem ejuſmodi vocum ſi petas, Adrianus Politus hanc tibi offert: *Carnovale*, A *quaſi Carne Vale, o perchè prevaglia, e ſe ne mangi aſſai; o per il bando, che da quel giorno in ſu ſi dà alla Carne proibita dalla Quareſima.* Ferrarius auctor eſt, *Carnovale* idem eſſe atque *Carnalia, ſcilicet feſta: ut Saturnalia, Liberalia &c.* Atque in ejus ſententiam conceſſit Menagius. Ob ignorantiam Eccleſiaſticae eruditionis B a ſcopo omnes declinarunt. Quippe olim in uſu fuit apud multos, & praecipue Monachos, ceſſatio a comeſtione carnis diebus ipſis Quadrageſimam antecedentibus, quibus nunc Populi enixius quàm reliquis temporibus operam dant comeſſationibus, & carnes vorant, & in quodvis hilaritatis genus ſeſe effundunt. C Miraberis fortaſſe, quod tempora fuerint, quibus ante ipſum Quadrageſimae caput Chriſtiani ab eſu carnium abſtinuerint. Res tamen certa eſt, idque a multis factum, atque ex Graecorum moribus derivatum. Nimirum Graeci per totam hebdomadam Septuageſimae carnibus veſcebantur, atque etiam Dominicâ die, D quam nos Sexageſimam dicimus. Sequenti verò Feriâ Secundâ, atque per reliquam hebdomadam Sexageſimae, ac Dominicâ Quinquageſimae, nefas iis erat comedere Carnes; ovis (*) tam & lacticiniis uti iis licebat. Itaque Hebdomada Sexageſima a Graecis dicitur ἀποκρεως, ideſt *Carniſprivii*. Tum Feriâ Secundâ Quinquageſimae E ceſſabant etiam a cibis lactariis & ovis. Hic ritus Seculo Aerae Chriſtianae Septimo aut Octavo ſenſim in complura Monaſteria, & in aliquot Eccleſias Latinorum pervaſit, ita ut eſſent, qui poſt Dominicam Sexageſimae Carnibus renuntiarent, immo qui vel poſt Dominicam Septuageſimae, ut reliquis abſtinentiae amore praeſtarent, ova tamen

(*) Lego *tantum*.

men & lactaria, ſi vellent, uſque ad exordium Quadrageſimae, ſibi non denegantes. Hinc factum, ut apud Scriptores medii aevi quod nos *Carnevale* ſeu *Carnovale* appellamus, *Carniſprivium* nuncupetur; & apud Hiſpanos in Miſſa Moſarabum occurrat *Dominica ante carnes tollendas*, ideſt Dominica Septuageſimae. Nonnulli enim Latinorum poſt eam Dominicam, alii poſt Dominicam Sexageſimae, alii poſt Quinquageſimae, Carniſprivium inchoabant. Adhuc ab Hiſpanis *Carraſtollendas* corrupte pro *Carnes-tollendas*, Covaruvia teſte, dicitur noſtrum *Carnevale*. Vocis autem *Carniſprivii* exempla multa apud veteres proſtant, eamque Monachi & Clerici invexere. Nam reliquus Populus, multique etiam e Clero pergebant carnibus veſci, quouſque abſtinentiam ab iis Quadrageſimale jejunium praecipiebat. Quamobrem *Carnevale* ii dies appellati, quod *Carnibus Vale* diceretur; atque id tempus vocatum fuit *Carne-levamen* a *Levar via la Carne*. Apud Ughellium in Charta Anni MCXCV. Tom. 7. Ital. Sacr. pag. 1321. & apud Romualdum Salernitanum in Chronico a me edito Tom. VII. pag. 241. Rer. Italicarum, *Carne-levamen*, & *Carniſ-levamen* legimus. Qua voce non initium Quadrageſimae, ſed dies illam praecedentes ſignificantur. Atque ex his intelligimus, quid ſit in Charta nuper evulgata *Carnem-laxare:* idem videlicet ac *Carniſprivium*. Eſt enim ſecundùm Italicam Linguam *Laſciare la Carne*. Proinde niſi ex *Carne-Vale*, ſaltem ex *Carne-levamen*, ſeu *Carne-levare* corrupto emerſiſſe videtur *Carnevale:* ſimiliterque ex *Carnem-laxare*, ſeu *Carne-laxare*, literarum ordine immutato, *Carnaſciale* effluxiſſe potuit. In Charta Vitalis Faletro Venetiarum Ducis, ſcriptâ Anno MXCIV. Tomo XII. pag. 253. Rer. Italicarum, pulli unius penſio perſolvenda dicitur *ad Nativitatem Dominicam*, *altera ad Carniſlaxationem*, *cum denario uno*. Attamen ſi quiſquam ex *Carne* & *Scialare* Italico, deducere malit *Carnaſciale*, quaſi contrario ſenſu ab aliis tempus illud diceretur Carni magis deditum, ei per me liceat quidquid vult ſomniare.

Redeo ad Creſcentium Comitem, qui fidem ſuam obligavit, ſe redditurum poſt annum unum Arcem Tribuci Monaſterio Farfenſi. At nimis grave erat potenti viro tam nobili munitione adeo celeriter ſpoliari; quare nil mirum, ſi ſpem Monachorum fefellit. In Chronico Farfenſi pag. 509. Gregorius Monachus haec ſcribit: *Creſcentius Octaviani filius invaſit Caſtellum hujus Monaſterii, quod nominatur Tribucum, & Monacho ibi invento nares abſtulit. Et donec vixit, in ipsâ violentiâ permanſit, & filios ſuos in eâ contumaciâ reliquit ab introitu Domni Leonis Papae uſque ad introitum Domni Nicolai Papae:* hoc eſt ab Anno MXLIX. uſque ad MLIX. Tum p. 615. haec alia addit: *Filii autem Creſcentii Comitis fecerunt diffinitionem cum Domno Berardo Abbate de Caſtello Tribuco &c.* Scilicet coactus eſt Abbas eis concedere Caſtelli illius dimidiam partem, uti conſtabit ex ſubſequenti Charta, cujus me participem fecit ſupra laudatus doctiſſimus P. Caracciolus.

Pacta inter Berardum Abbatem Farfenſem, & filios Creſcentii Comitis, ob dimidiam partem Caſtelli Tribuci eis conceſſam, Circiter Annum 1059. vel 1083.

B*Reve recordationis & diffinitionis facimus nos* Filii quondam Creſcentii Comitis *cum* Domno Berardo Abbate, de Caſtello Tribuco & ejus pertinentia, *ut recta fide nos adjuvemus infra ipſum Caſtellum & ejus pertinentiam & tenimentum diffinimus, ſicut per ſcriptum tertii generis nobis dediſti. Ideſt* medietatem de Caſtello & de Rocca & de pertinentia. *Exceptaſti Curtem Sancti Getulii cum Caſalibus tribus, & dominium eorum, & quantum Filii Othonis, & heredes Martini antea tenuerunt pro tertio genere, & omnia tertia genera facta ab anterioribus Abbatibus. Et quaecumque aliquis homo pro anima ſua in Monaſterio reddiderit vel dederit vel conceſſerit. De quibus omnibus nobis non dediſti partem neque ſortem neque dominium.* De aliis verò rebus medietatem nobis conceſſiſti & dediſti *de Caſtello & terris & Rocca & dominio. Et quicumque de ſupradictis Comitibus vel noſtris heredibus, ſive noſtris hominibus, terram de ipſo dominio acquiſierunt vel comparaverunt, pretii medietatem nobis reddatis, & terram per medium tollatis. Et ſi vos vel ſucceſſores veſtri, vel veſtri homines terram de ipſo dominio acquiſieritis, excepto per illam acquiſitionem, quam ſupra exceptaſti, medietatem pretii, quod tibi dederint, nos vobis reddamus, & terram dividamus. Fines verò pertinentia ejus hi ſunt. A primo latere fluvius Pharphae. A ſecundo latere Via Britta, pergens in Ponticellum, & in Curtem Sancti Benedicti. A tertio latere ipſa Curtis Sancti Benedicti. A quarto latere Fluvius Major. Aliae fines de alia parte. A primo latere terra veſtri Monaſterii, quam ad veſtras manus tenuiſtis, terra filiorum Azonis Presbyteri, quam per ſcriptum tenuerunt, & venientes in Pharpham. A ſecundo latere rivulus currens inter Canalem & Serranum, euntes in rivum Cancelli, & in Flumen Majus. A tertio latere ipſum Flumen Majus. A quarto latere Flumen Pharpha. Sic diviſimus inter nos, ut ſupra dictum eſt, coram Optimatibus & Judicibus & Fidelibus noſtris, Tedemero filio Tedemari, Rainerio filio Petri, Dono filio Gualafoſſa, Tinto & Baroncello filiis Bonini, Johanne Judice ad Caputaquae, Johanne Judice filio Franconis Judicis, & Azo filio Alberti, & aliorum plurimorum, quorum nomina non ſcripſimus.*

Praeterea vide, querelas Monachorum Caſaurienſium ad Auguſtinum ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalem, circiter Annum Chriſti MCIV. & pag. 1007. ad Lotharium Auguſtum Anno MXXXVI. & ad Rogerium Regem Siciliae Anno MCXXXIX. quas evulgavi in Additamentis ad Chronicon ejuſdem Coenobii Part. II. Tomi II. Rerum Italicar. pag. 1004. & anathemata in raptores bonorum ejuſdem Monaſterii ibi promulgata. Mos etiam fuit, ut vidimus, Clericis & Monachis contra uſurpatores a Regibus atque Imperatoribus opem depoſcere, & praecipue, quod ad eorum munus ſpectaret, ſacrorum Locorum tuitio atque

A

atque protectio, eademque confirmata fuiſſet in illorum Privilegiis. Propterea quum Regium Lepidi perveniſſet Anno MCXXXVI. *Richeza*, ſeu Richenza, Lotharii II. Imperatoris uxor, ibique in ſolemni Placito reſideret *ad juſtitiam faciendam*, Canonici Regienſis Eccleſiae ad aures ejuſdem Auguſtae querelas ſuas deduxere contra varios rerum ſuarum uſurpatores. His autem ad judicium poſtulatis, & accedere recuſantibus, contra eos ſententia pronunciata eſt, uti ex ipſa Charta conſtabit, quam authenticam ex Archivo eorumdem Canonicorum olim depromſi.

Placitum in Civitate Regii habitum a Richeza Imperatrice, in quo Canonici Eccleſiae Regienſis querelas ſuas exponunt contra quoſdam ſuarum rerum invaſores & detentores, Anno 1136.

B

DUm *in Dei nomine ſereniſſimi* Imperatoris Lotharii conjux Richeza Imperatrix *ſanctiſſima, &* Romanorum ſemper Auguſta, *in Civitate Regio ad juſtitiam faciendam reſideret, ibique multas ac varias querimonias per probatiſſimos Judices, videlicet Adegerium de Nonantula, atque Gerardum de Panciano, ſolerti curâ diſcuteret, reſidentibus ibidem cum eis ad Placitum* Domno Adelmo Regienſi Epiſcopo, *&* Anſelmo Avelbergenſi Pontifice, Fedrico Marchione & fratre ſuo Guarnerio, *Odolrico Craſſo, Thedrico de Dura, Artenîſio, Guidone filio Manfredi, Gerardo de Plaza, Rainerio de Saxo, & pluribus aliis Teutonicis, ac Latinis, Clericis & Laicis, cum quibus Regenſes etiam Conſules, & maxima pars Populi pariter reſidebant, ſcilicet Adegerius de Burgo, Alberto Malberti, Ubaldus Palearius, Rainaldus Almani, Oliverius de Tacculis, Malatacca, & Ugitio filius Alberti Rogerii, & multi alii.* Lamentata eſt Eccleſia Sancte Marie, de Ugone de Siſſo, & Nepotibus ejus, qui ejuſdem Eccleſie terras injuſte tenebant in Striniatis. Et lamentata eſt de Euſtaucio Anſelmi Canonici filio, qui Canonicam patris ab Eccleſia alienavit in Curtexelle, & in Rivalta, & ubicumque fuit. De Gerardo quoque Albini lamentata eſt, *qui tenet unum Manſum ejus in Vvegnano, & decimam de Nuvellaria. Inſuper de filiis Armani Cavazoli, qui tenent terras ejuſdem Eccleſie in Foſſa. Preter iſtos, de Guiberto da Sariula, qui tenet duos Man-*

C

ſos in Canole, & unum in Rivalta, & per quem filii Grimaldelli tenent duos Manſos prefate Eccleſie, unum in Tuano, & alterum in Maſſa, & per quem Guido de Rozo tenet unam Braidam in Ponte Platulo, & quamdam terram in Saldinis ſuis vendidit. Lamentata eſt de Burgundione de Saxo, *qui tenet unum Manſum in Canole,*

D

laboratum per Melones, & alium Manſum in Bagnolo, & unam petiam de terra in Saldinis, & unam Decimam in Rodano. De Domnino Carapeza *etiam* lamentata eſt Eccleſia, *qui contra Deum, & contra anime ejus ſalutem tenet terram in Canarole, unde eadem Eccleſia cooperiebatur; & tenet Braidam in Ponte Platulo, & Man-*

E

ſum Guidonis de Madulo, quem tenet in Rivalta cum Petro Johannis Tuſci ſocio ejus. Quibus ſecundùm Leges ter & quater convocatis & expectatis, nec

ad

ad prediƈtum Placitum *venerunt*, *nec qui pro eis juſtitie ſatisfaceret*, *mittere ſtuduerunt*. Judices itaque cum Curia judicaverunt hos, & eorum ſimiles, tamquam procaces & latitantes, a prediƈtarum rerum poſſeſſione debere excludi, & prediƈtam Eccleſiam exinde inveſtiri & intromitti. *Quod totum per idoneos ejuſdem Curie Miniſtros ordine completum eſt. Inſuper etiam ex parte Domini Imperatoris & Imperatricis prediƈte, Curia bannum firmavit, ut quicumque Eccleſiam de ſupraſcriptis rebus intromiſſis moleſtare vel inquietare temptaverit abſque legali judicio, malam voluntatem Imperii incurrere, & inſuper pena centum Librarum auri perſolvere ſeſe non ambigat, medietatem Regie Camere, & medietatem prenominate Eccleſie. Ad cujus rei memoriam & ſtabilitatem habendam & retinendam, hanc Cartam jam diƈta Curia fieri precepit.*

Quam ego Martinus ejuſdem Regalis Curie Notarius ſcripſi, complevi, ac dedi, Anno ab Incarnatione Domini MCXXXVI. intrante Menſe Decembris, Indiƈtione XIIII.

Signum .... *ſemper Auguſte*.

Aƈtum Regio feliciter.

Locus ✠ Sigilli cerei deperditi.

Verùm ſaepe ac ſaepius accidebat, ut huc illuc curſitarent Eccleſiaſtici viri, juſtitiam ubique implorantes, ſed nuſquam pro conditione humanae malitiae invenientes. Pertinebat olim ad jus Monachorum Sanƈti Petri Mutinenſis *Caſtrum Adiani* in pago Friniate, nunc *il Frignano*. Quum verò *Monachos* memoro, ſemper meminerit Leƈtor, me Benediƈtinos tantùm ſignificare, qui temporibus iis fere uni per totam Europam Chriſtianam diffundebantur. Ereptum ergo fuerat Mutinenſibus Monachis Caſtrum illud, ereptaque ab aliis Secularibus viris fuerant non pauca alia diverſi generis jura, quare conſilio inito iidem Anno MCXXIX. apud *Dodonum Epiſcopum Mutinenſem* reclamarunt, atque is cauſſam cognoſcere coepit, ſed minime ad ſententiam pervenit. Anno etiam MCXXXVI. in Regienſi Urbe hac de re apud *Richezam Auguſtam* ſupra memoratam reclamarunt. Sed voces eorum in auras inanes abiere. Tum ſequenti Anno MCXXXVII. eamdem cauſſam detulere ad *Ribaldum Epiſcopum*, atque ad Synodum Mutinenſem: neque diſpari, ut antea, eventu. Denique *Hildebrandi ſanƈte Romane Eccleſie Cardinalis*, & *Apoſtolicae Sedis Legati*, dum Mutinae ageret circiter Annum MCXLV. aut ſerius, iidem Monachi aures pulſarunt, paribus querelis, & magnificis plane titulis eâ occaſione uſi. Sunt, qui putant, eumdem Hildebrandum deinde adleƈtum fuiſſe Epiſcopum Mutinenſem. Qua de re nihil certi ſe mihi haƈtenus obtulit, niſi quod Chartas vidi Anno MCL. & ſequentibus annis exaratas, in quibus ille inſcribitur *Reƈtor & Procurator Eccleſiae Mutinenſis*. Haec minime Epiſcopum produnt. Schiſmate vigente fortaſſis ei commendata fuerit cura & cuſtodia Eccleſiae noſtrae. Quem verò exitum tot Monachorum conatus habuerint, mihi minime compertum. Interea Chartam libelli ſupplicis Hildebrando eidem oblatam, quam ex Archivo Monachorum Caſinenſium Sanƈti Petri Mutinenſis depromſi, accipiat Leƈtor.

Querelae

Querelae Monachorum Sancti Petri Mutinenſis contra uſurpatores bonorum ſuorum, expoſitae coram Hildebrando S. R. E. Cardinale, & Sedis Apoſtolicae Legato, circiter Annum 1147.

V*Enerabilis Pater ſanctiſſime*, Domine Ildebrande, *per gratiam Dei* Sancte Romane Eccleſie Cardinalis, & Apoſtolice Sedis Legate, *veſtre majeſtati, & ſanctitati totius Conventus ſancte Mutinenſis Eccleſie.* Ego Placitus *humilis* Abbas, *& totus* Conventus Sancti Petri Mutinenſis Monaſterii conquerimus *de Bernardo, & ejus filio de Malencalzo, & ejus fratre: de Saraphinello, & ejus fratre: de filiis Guidonis Adobati: & de filio Grimaldi.* Iſti Fregnanenſes tulerunt & invaſerunt Caſtrum Adiani, *quod poſſeſſum eſt ab Eccleſia Sancti Petri Mutinenſis per centum viginti Annos, & fecerunt homines noſtros fidelitatem ſibi jurare. Inſuper prefatus Bernardus & ejus filius rapuerunt in jam dicta Curte Adiani duas Precarias; in alio loco Manſum unum; in alio verò Precariam unam. Malencalzo & filius ejus quartam portionem jam ſaepe dicti Adiani; cum omnibus ad illam portionem pertinentibus, a noſtro quodam Precario emerunt, & injuſte poſſident. Item conquerimus de Serafinello & fratre ſuo, nec non & de Domino Girardo, eorum patruo, qui quamdam partem unius noſtre Precarie injuſte poſſident. Conquerimus etiam adhuc de Seraphinello & fratre ſuo, qui precariam unam a quodam Precario Sancti Petri emerunt & injuſte poſſident; & in Vilula Manſum unum; & in Palude peciam unam de terra; & in Creſpelano unum jugerem terre, & unam peciam terre invaſerunt, & injuſte poſſident. Item conquerimus de Uxore Grimaldi, que cum filio Precariam unam*

A *in Curte Petre Luparie injuſte poſſidet. Item Arnuiſius & Nepotes ſui unam Precariam in Monte Cinere, & medietatem alterius in Monte Raſtelli, & diſtrictum duorum hominum invaſerunt, & injuſte poſſident. Item filii Gotefredi de Galado Precariam unam, & quidam conſobrinus eorum Precariam alteram injuſte poſſident, & nichil penſi*
B *reddunt. Rainerius de Gomola, & filii ejus diſtrictum ſeptem Manſorum injuſte poſſident, quos cum omni jure Eccleſia Sancti Petri debet habere. Item conquerimus de Rainerio de Balugola, qui ſeptem Solidos de porcata injuſte poſſidet. Item idem Rainerius & fratres atque conſobrini ſui unam Precariam injuſte poſſident, & nichil penſi red-*
C *dunt. Conquerimus etiam de Malabranca & nepotibus ſuis, qui Precariam unam injuſte poſſident, que trium Manſorum dicitur eſſe. Item Albertus de Richerio, & Richerius de Bucca-de-luzo, habitatores Bazuarie, duo jugera terre Sancti Petri injuſte poſſident, & duas Precarias, ex quibus per viginti annos nichil penſi reddiderunt. Item*
D *ſuper his omnibus* Deo, *& Sanctis, & vobis conquerimus de Sepulturis, de Decimis, de Oblationibus confinium terre & Parochie Sancti Petri Mutinenſis Monaſterii, que ei a longis retro temporibus a ſanctis & venerabilibus Pontificibus, atque Canonicis hujus ſacroſancte Mutinenſis Eccleſie ſunt collate, donate, canonice confirmate non ſolùm*
E *a prefatis donatoribus, ſicut in eorum Privilegiis noſtre Eccleſie autentice attributis, ſet etiam a Romanis Pontificibus confirmate, atque ab Eccleſia Sancti*

Eti Petri prediEti Monaſterii per centum triginta annos poſſeſſe. Sed nunc de novo per Eccleſias infra prefatam SanEti Petri Parochiam contra jus, contra equum, contra omnem rationis modum injuſte hedificatas, conſtruEtas, ordinatas, Monaſterio SanEti Petri Mutine ſunt ablate & tulte. Conquerimus etiam de Eccleſia SanEte Marie Caſtelli Veteris, & de Eccleſia SanEte Marie de Alliano, que a Monaſterio SanEti Petri per centum annos quiete ſunt poſſeſſe, nunc de novo injuſte ſunt ablate. Quapropter veſtris provoluti pedibus, veſtram majeſtatem, & hujus ſanEtiſſimi Conventus reverentiſſimam ſanEtitatem precibus & lacrimis, quibus poſſumus, humiliter poſtulamus, ut amore Dei, amore juris & equi, de tot & tantis invaſionibus, rapinis, ſacrilegiis, & injuſtitiis nobis juſtitiam fieri faciatis contra prefatos invaſores, ſacrilegos, raptores, *commonendo & canonice cogendo, quatenus a Deo bravium ſuperne vocationis conſequi valeatis*, & noſtro pauperi Monaſterio valde predictis maleficiis imminuto & afflicto ſic ſubveniatis, *ut Deo & vobis gratias agere & ſervire tam ſpiritualiter quàm temporaliter ſemper & ubique poſſimus.*

MCXXXVI. Menſe Septembri ſanEtiſſime & juſtiſſime Domine Richeze, *Dei gratiâ* Regine & Romanorum Imperatrici Auguſte, uxori Domini Lotharii Imperatoris Ceſaris Auguſti, *in Regenſi Epiſcopali Palatio cum ſua Curia commoranti, horum maleſitiorum querelam depoſuimus. Cum eâ ibi erat Magiſter* Bruno Epiſcopus, *& Magiſter* Anſelmus Epiſcopus, *& alia multitudo Baronum ſuorum. Ibi etiam erat Adegerius Judex de SanEta Cruce, & Girardo Judex Caza-werra, Malencatzo, & Serafinellus.*

MCXXXVII. Menſe Junii horum prediEtorum maleſitiorum venerabili Domno Ribaldo hujus *ſanEte* Sedis Epiſcopo, *& toti Sinodo ſacroſanEte Mutinenſis Eccleſie querelam depoſuimus.*

MCXXIX. Alberti de Richerio, & Richerii de Buca-de-luzo querelam coram Domno Dodone Epiſcopo *depoſuimus: quod Placitum incepit, & propter ingruentia negotia finire non potuit.*

Erant etiam parum religioſi quidam Eccleſiarum Rectores, qui permutationem bonorum ſaepe cum Saecularibus inibant, ſed nihil penſi habentes, ſi apertiſſimum intercederet ſacrorum locorum detrimentum, prout cupiditas ditandi affines, aliive maleſani affectus ſuadebant. Ut ergo fraudes ab hujuſmodi contractibus averterentur, non ſolùm ante multa Saecula, ſed etiam antiquiſſimis temporibus, tum auctoritate Canonum, tum Auguſtorum Legibus interdictum fuit ſacris viris permutationes inſtituere, niſi Eccleſiae utilitas evidens ea in re deprehenderetur. Proinde Epiſcopi, aut Abbates, mittere conſueverunt peritos homines ſuos, Comes verò loci alios conſimiles ad aeſtimandos agros ſeu Curtes commutandas; eiſque affirmantibus in utilitatem Eccleſiae vergere contractum, tunc negotium perficiebatur. Plura quidem hujus moris exempla alibi ego ipſe aliud agens in hoc Opere protuli. Nova tamen & heic volo habeant Lectores ex opulento Archivo Archiepiſcopii Lucenſis depromta.

Charta

Charta commutationis bonorum inter Gherardum Epiſcopum Lucenſem atque Eriteum Scabinum ejuſdem Civitatis, Anno 883.

IN *Dei omnipotentis nomine. Regnante* Domno noſtro Karolus, *divina favente clementia* Imperator Auguſto, *Anno Imperii ejus Tertio, Quintum Nonas Martii, Indictione Prima. Manifeſtu ſum ego* Eriteo Schabino, *filio bone memorie Ermitei, quia convenit mihi una tecum* Gherardus *gratia Dei hujus ſancte* Lucane Eccleſie *humilis* Epiſcopus, *ud inter nos de aliquantis Caſis & rebus comutationem facere deberemus, ſicut & factum eſt. Proinde ego, qui ſupra, Eriteo Scabino per hanc Cartulam comutationem dare & tradere videor tibi, qui ſupra Gherardus Epiſcopus ad parte Eccleſie Sancti Fridiani, quod eſt Plebem Baptiſmales, ſitas Lunata, quod eſt de ſup poteſtatem ipſius Epiſcopatui veſtro Sancti Martini: ideſt duo Caſis & rebus meis illis maſſariciis, qui una ex ipſe eſſe videtur in loco Seſantula, qui regitur per Adalpertulo Maſſario, & ille alia Caſa & res prope ſupraſcripto loco Seſantula, ubi dicitur Vintignacia, ubi reſidet Aggulo Maſſario; ambo ipſe Caſe cum fundamentis & univerſis fabricis ſuis, curtis, ortis &c. quas tibi in comutationem dedi una cum aliis terris, ſilvis &c. tibi eas in comutationem dare & tradere videor in integrum ad parte ſupraſcripte Eccleſie veſtre Sancti Fridiani; Et pro ſupraſcripte duo Caſis & rebus, quas tibi in comutationem dedi, recepi ad te in comutationem de parte ſupraſcripte Eccleſie veſtre Fridiani, quod eſt Plebem Baptiſmale, ideſt Caſa, & res illa maſſaricias in loca Piſcia minore, ubi dicitur ad Colle Muntuli, qui regitur per Gumfridulo Maſſario, pertinentes*

A *ſupraſcripte Eccleſie veſtre Sancti Fridiani; Caſa vero ipſa cum fundamento & edificio ſuo, ſeo curte, orto, terris &c.* ubi & ſuper hanc comutationem ſecundùm Legem tu, qui ſupra, Gherardus Epiſcopus direſiſti Miſſos veſtros, *ideſt Teuperto, ſeo Petrus,* & Adalbertus Comes direxit Miſſos ſuos, *ideſt Adalfridi Schabino,*
B *& Aliprando, ſeo Richimundo de Wamo,* qui ambulaverunt una cum alios bonos & credentes homines, previderunt, adque renuntiaverunt vobis, qualiter meliorata comutationem dedi ad parte ſupraſcripte Eccleſie veſtre, quàm recipiſſet, ut magis omni tempore hanc comutatio ſtabilem permaneat. *Unde repromitto ego, qui ſu-*
C *pra, Eriteo Schabino una cum meis heredibus tibi, qui ſupra Gherardus Epiſcopus, vel ad ſubceſſoribus tuis, aut eidem homini, cui vos ſupraſcriptis duo Caſis & rebus, quas tibi in comutationem dedi, dederitis, vel abere decreveritis, ut ſi nos vobis in aliquod exinde intentionaverimus, aut retolli vel ſuptragi queſierimus per quolibet*
D *ingenio, & ſi nos exinde axtores dare volueritis, vobis eas ab omni homine defendere non potuerimus, ſpondimus nos vobis componere ſupraſcripte duo Caſe & rebus, quas tibi in comutationem dedi, in duplum in ſerquidem loco, ſub eſtimatione &c. Quia taliter inter nos convenit, & duas inter nos comutationis Cartulas Lopo Notario ſcribere ro-*
E *gavimus.*

Actum Lucâ.

Ego Eriteo Schabino in anc comotatione a me facta manu mea ſubſcripſi.

Ego Teopillo, ſicut de me ſupra legitur, Miſſus fui &c.

Ego Richimundo, ſicut de me ſupra legitur, Miſſus fui &c.

Ego Lopo Notarius poſt tradita complevi & dedi.

Qui heic appellatur *Adalbertus Comes*, idem eſt, qui eo tempore Tuſciam titulo *Marchionis* & *Ducis* rexit, fuitque ſimul *Comes* Lucenſis, de quo multa proloquutus ſum in Antiquitatibus Eſtenſibus. Accipe nunc alterum longe antiquius Inſtrumentum, pertinens *ad Allonem Ducem Lucenſem*, ex quo intelliges, ad ineundum *Viganeum*, ideſt permutationem bonorum, delectos fuiſſe *ſecundùm Legem* aeſtimatores peritos.

Charta permutationis bonorum inter Allonem Ducem Lucenſem, & Rectores duarum Eccleſiarum, Anno 782.

IN *Dei nomine, regnante* Domno noſtro Carulo Rege Francorum Langobardorum, *Anno regni ejus, quo cepit Langubardiam, Nono, &* filio ejus Domno noſtro Pippino Rege, *Anno Regni ejus Secundo, Menſe Auguſto, Indictione Quinta feliciter. Manifeſtum eſt mihi* Allo *in Chriſti nomine* Dux, *quia convinet mihi una vobiſcum Teudo Presbyter Rectorem Eccleſie Sancti Silveſtri, & Agiprand Presbyter Rector Eccleſie Sancti Andree, ſita in loco Apuniano, ut inter nos* Viganeum *facere deberemus. Ita factum eſt. Dare prevideo ego, qui ſupra,* Allo Dux *vobis nominati Teudo Presbiter & Agiprandi Presbiter, ut ſupra in viganeum ad Paretiam dicte Eccleſie Sancti Andree, ideſt Sala unam ſundrialem, ſeu & unam Caſa maſſaricia, qui regitur per Pertu Maſſario, quam abeo in loco Apuniano, & mihi obvinet da Teudiperto, munitam cum fundamentis, curtis, ortis, terris, vineis, olivis, cultum vel incultum, res movile & immovile, ſeu ſemovente, & in omnibus ad predicta Sala, vel Caſa maſſaricia pertinente quan......... to Teudipert obvinet in integrum. Seu & alia Caſa mea maſſaricia in ſupraſcripto .... qui regitur per Magnipert Maſſario, & mihi obvinet da Modericu cum.....i prope ipſa Caſa, cum fundamentis, curte, ortalia, terris, vineis, olivis, pratis, paſcuis, cultum & incultum, omnia & in omnibus, ad ipſam Caſam pertinentes, qualiter mihi da antefato Modericu obvinet in integrum. Pro quibus recepi........ vos in cambium unum Caſella Sudriale, qui fuit Cella Meraria ſupradicte Eccleſie Sancti Andree; & duas Caſe maſſaricie in loco Aſilacto, qui unum de........ regitur per Grumpulo Maſſario filio quondam Baruccioli, & illa alia regitur per Tan...... de alio homo ipſa ſupraſcripta Caſella Sundriale, quam &c. pertinentes, vel quantum in ipſo loco Aſilactlo, vel in loco Caſale, & in...... pertinuit &c. omnia in integrum.* Ubi ſupradicto cambio ad partibus ſecundùm Legem acceſſit Ghiſo Miſſo noſter, unamcum...... tinentes homines, *ideſt Waluccio, Fuſciano, ſeo & Audipert, & Deuſdedit...... Aconi nuncupatur*, Senioris homenis, corum fides amittitur, qui previdere ſecundùm Edicti paginam, quod meliore cambio ad parte ipſe Eccleſie da me acceptu eſt, quàm exinde ego recipiſſet. *Pro qua....... repromitto ego, qui ſupra*, Allo Dux, *una cum heredibus*

dibus meis, vobis jam nominatos Teudo Presbiter, & Agiprand Presbiter, & ſucceſſoribus veſtris, ut ſi aliquando tempore nos vobis da parte ipſe Eccleſie, de quo ſuperius, vobis ibidem in viganeum dedi, intentionaverimus, vel moleſtare queſierimus per quolibet ingenio, vel etiam de qualibet hominem defendere non potuerimus, ſpondeo cum meis heredibus componere vobis, & at veſtris poſteriſque ſubceſſoribus ad parte ſupradicte Eccleſie Sancti Andree, ipſe Caſe & res, ut dixi, quas vobis in viganeum dedi, omnia in duplum melioratas res...... quidem loco ſub eſtimationem, qualiter tunc fuerint, unde agitur...... confirmationem duas Cartulas comutationis ad partibus inter nos, Ratfonſo ſcrivere rogavimus.

Actum Lucâ.

✠ *Signum manus* Alli *in Chriſti nomine* Dux, *qui hanc Cartula fieri rogavit.*

✠ *Signum manus Ghiſi, qui ſicut ſupra legitur, ſuper ipſum viganeum acceſſit & previdit.*

✠ *Signum manus Walucci, qui ſimiliter acceſſi & previdi teſtis.*

✠ *Signum manus Fuſgani germani ejus, item qui ividem acceſſit & previdit teſtis.*

Ego Teudipert filiu Gaiſipert, qui ſuper is....... previdi rogatus ad Allo Duce, *me teſti ſubſcripſi.*

✠ *Signum manus Deuſdedi Clericus, qui ſimiliter ividem acceſſi & previdi teſtis.*

✠ *Signum manus Galucci filio quondam Seifridi, teſtis.*

Ego Cunimundus rogatus ad Allo Dux, *me teſte ſubſcripſi.*

Ego Angelus Clericus rogatus ad Allo Dux, *me teſte ſubſcripſi.*

Ego Ratfonſo poſt tradita complevi & dedi.

A In altera ejuſdem Archiepiſcopalis Archivi Lucenſis pergamenâ autographâ, ſcriptâ *Regnante Domno noſtro Hludowicus Imperator Auguſto, Anno Deo propitio Imperii ejus Tertiodecimo, VII. Idus Octubris, Indictione XI.* ideſt Anno Chriſti DCCCLXII. haec legebam: *Manifeſtus ſum ego Hildeprandus in Dei nomine Comis* (quem Tu-
B ſciae Ducem Coſmus de Arena ſine tabulis ſuſpicatur, ego duntaxat ſuſpicor, Lucenſis Urbis Comitem fuiſſe) *filio bone memorie Heriprandi, quia convenit mihi una tecum Hieremias, gratiâ Dei hujus ſancte Lucenſis Eccleſie humilis Epiſcopus germano meo, uti inter nos de aliquantis Caſis & rebus commutationem facere deberemus &c.*
C *Ubi & ſuper hanc commutationem Domnus noſter Hludowicus Imperator direxit Miſſos ſuos, ideſt Teudilaſcius Diaconus & Capellano, & Teudimundo Vaſſallo &c.* Ita verò ſubſcribit: *Ego Ildeprandus Comes in hac Cartula commutationis a me facta manu mea ſubſcripſi. Ego Teudilaſcius Diaconus & Capellanus Domni Imperatoris ſicut ſu-*
D *pra de me legitur, interfui, &c.* Vide etiam Chronicon Vulturnenſem pag. 410. Part. II. Tomi I. Rer. Italicarum, uti Monachi Anno Chriſti DCCCLXXXII. agros in emphyteuſim traditurі, ajunt: *Sed dum intelliximus, quod res ipſas nullo modo dare poſſemus ſine notitia Principis, ſeu Judicis, vel Miſſo ejuſdem Principis,*
E *ſic perrexi in praeſentia Domni Guaimarii glorioſi Principis, & poſtulavi clementiam ejus, ut licentiam mihi daret, convenientiam ipſam Libellario nomine agendam.* Ecce quàm ſoliciti olim forent nonnulli Imperatores, Epiſcopi, Marchiones &c. ne in hujuſmodi contractus quidquam fraudis irreperet in detrimentum ſacrorum Locorum. Quod quum audis, lauda-

veris poſtò inſtrumentum hujuſmodi tam vetuſtum de eligendis aeſtimatoribus peritis ac Deum timentibus, quotiens permutatio bonorum inter Eccleſias & Saeculares viros perficienda erat. Atque heic ſumme commendandus mos diu perduravit, eumque obſervatum inveni Anno etiam DCCCCLXX uti me monuit Charta in eodem Lucenſi Tabulario inſpecta, ſcriptaque. *Regnante Domno noſtro Otto glorioſiſſimus Imperator Auguſto, Anno Imperii ejus Nono & filio ejus Domno noſtro Otto itemque Imperator Anno Imperii ejus Tertio....... Idus Aprilis, Indictione XIII.* Permutationem in ea Adelongus Epiſcopus Lucenſis facit: *ubi & ſuper hanc commutationem ſecundùm Legem* (quod rurſus velim adnotes) *Hugo Marchio direxit Miſſum ſuum, ideſt Ingheſredus Judex Domni Imperatoris; & tu, qui ſupra Adelongus Epiſcopus, direxiſti Miſſum tuum, ideſt Urſo Presbitero & Vicedomino.* Sed noris, hoc quidem in Tuſcia atque in aliis locis fuiſſe obſervatum, ſed in aliis longe pluribus locis neglectum, immo contemtum. Nam qui Dei & conſcientiae leges conculcare ſunt auſi, dum praepotentes eſſent, leviori negotio humanas perfringebant leges. Atque hinc etiam non unum vulnus illatum eſt Eccleſiarum fortunis.

Praeterea debilitata eſt non modicum Eccleſiaſticorum potentia ſub Friderico I. Imperatore, non quod is eam apertâ violentiâ attriverit, ſed quod ne ultra augeretur, obices poſuit. Jam vidimus, licuiſſe per aliquot Secula ſacris etiam viris ſibi conquirere ac poſſidere Caſtella ac Feuda, ibique jura Regalia exercere. Id eis indultum fuerat per Privilegia Regum & Imperatorum. Ad haec, ubi ipſi Reges, Duces, Marchiones, & Comites Feuda cuipiam concedebant, non raro facultatem quoque largiebantur, ut is etiam Feuda illa transferre poſſet in jus Eccleſiarum: quod *judicare pro anima* tunc appellabatur. Hinc adauctae mirum in modum Eccleſiaſticorum opes, quippe in eorum ſinum quotidie conflubant nova Feuda atque Regalia. Grave tandem id viſum fuerit Auguſtis, quando jam eo uſque utriuſque Cleri potentia creverat, ut bella inirent, atque interdum in ſeditionem rebellionemque vergerent. Ad haec jam nimium imminutam, & in dies eo amplius minuendam Secularium portionem arbitrabantur Imperatores, ſi diutius Eccleſiae ſinerentur nova Feuda conſequi. Idque ſub Henrico Imperatore IV. Rege V. circiter Annum MCXV. inſuſurratum, ſatis prodit, Placidus Monachus Nonantulani Mutinenſis Monaſterii, qui eo tempore Librum *de Honore Eccleſiae* compoſuit, editum a clariſs. P. Pezio Part. 2. Tom. 2. Theſauri Anecdotorum. Ita verò inſcribit Placidus Cap. 91. *Contra eos, qui dicunt: tanta donantur Eccleſiae, ut Regno vix pauca remaneant.* Tum ille haec ait: *Sunt verò quidam ſimplices, dicentes: ſi ita haec permanſerint, Eccleſia omnia terrena obtinere poterit.* Telum iſtud quei Placidus repellat, audi. *Quibus quid reſpondendum eſt, niſi illud, quod Dominus de virginibus ait?* „ Non omnes capiunt verbum iſtud. „ *Quando enim, quae ſua ſunt, Eccleſiae dabunt, qui ea ipſa, quae antiquitus poſſidet, auferre conantur?* An Placidus ejuſmodi reſponſo objectionibus ſuorum temporum ſatisfecerit, aliis perpendendum relinquo. Non ſolùm autem tot Regalia, tot agri, aliaque tot bona in Eccleſiae cenſum tranſlata fuerant, ſed etiam bona ipſa, eorum-

eorumque coloni ac emphyteutae immunitatibus non paucis ac privilegiis donari fuerant, ita ut neque tributa penderent, neque ad publicas functiones pro ſua virili conferrent. Erant, ut puto, inter Laicos, qui torvis oculis tantam rerum ac immunitatum copiam intuebantur. Regibus praecipue, ac ſubinde liberis Civitatibus, & Communitatibus, viſum id nimis grave. Landulpho juniore teſte Cap. I. Hiſtoriae a me evulgatae Tomo V. Rer. Italicarum, Conradus Italiae Rex ſub finem Saeculi a Chriſto nato Undecimi, Presbytero Liprando Romam contendenti cum devotione dixit: *Cum ſis Magiſter Patariorum* (ideſt Catholicorum) *quid ſentis de Pontificibus, & Sacerdotibus Regia jura poſſidentibus, & Regi nulla alimenta praeſtantibus? Et Presbyter ipſe abſque ullo rancore in beneplacito Dei, & ipſius Regis reſpondit*. Quid ille reſponderit, ſilet Hiſtoricus. Quod certe notum eſt, Conradus Romanae Eccleſiae addictiſſimus, atque optimus Princeps fuit. Igitur hae atque aliae, ut arbitror, cauſſae ante oculos Auguſtorum obverſabantur, quum Lotharius II. Imperator Anno MCXXXVI. in Comitiis generalibus apud Ronchalias habitis Legem promulgavit, quam habes in fine Legum Langobardicarum, Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. & in Cod. de Feudis, Tit. 52. Ibi improbantur *Milites*, (hoc eſt Vaſſalli) *qui ſua beneficia paſſim diſtraherent, ac ita omnibus exhauſtis, ſuorum Seniorum ſervitia ſubterfugerent.* Proinde ſtatuitur, *nemini licere beneficia, quae a ſuis Senioribus habent, ſine ipſorum permiſſione diſtrahere &c.* Verùm ſic quidem ſatis conſultum publicae rei cenſuit Fridericus I. Quare & ipſe alteram Legem tulit Anno MCLVIII. apud eaſdem Ronchalias, editam in eodem Cod. de Feudis Tit. 55. & a Radevico nobis exhibitam Lib. 2. Cap. 7. Ibi ſancitum fuit, *ut nulli liceat Feudum totum, vel partem aliquam vendere vel pignorare vel quocumque modo diſtrahere ſeu alienare, vel pro Anima judicare, ſine permiſſione illius Domini, ad quem Feudum ſpectare dignoſcitur*. Immo ſubdit; *non ſolùm in poſterum, ſed etiam hujuſmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas, hac praeſenti ſanctione caſſamus*. Nequaquam diſtrictis verbis interdixit Fridericus, ne Feuda in ditionem Eccleſiae tranſirent: nam Regibus conſentientibus, ad ea uſque tempora id facere licuerat. Is autem ſecreta conſilia meditabatur, nullam in poſterum ejuſmodi facultatem a ſe, ſuiſque Succeſſoribus eſſe concedendam. Et ſane Feuda, ad Reges & Auguſtos ſpectantia, pauca deinde ad Eccleſias tranſiere: & quae antea etiam tranſierant, irritis tabulis donata cenſeri coepta ſunt; nam Conſtitutio eadem ad praecedentia tempora trahebatur. Fortaſſis etiam Friderico prae oculis erant, dum haec ſtatuebat, quaè celeberrima Comitiſſa Mathildis Eccleſiae Romanae donarat. Eam enim ob cauſſam inter ipſam Eccleſiam & Fridericum variae ſubinde controverſiae exarſerunt. Atque haec Friderici Lex, ni fallor, inter cauſſas recenſenda eſt, quae clam animum Hadriani IV. Papae, ab ipſo Friderico alienum effecere. Addo nunc, Fridericum eumdem multis etiam Eccleſiis litem intentaſſe de bonis in earum jure antea poſitis. Exemplum unum dabo, quod ex authentica Charta Archivi Canonicorum Patavii olim deſcripſi.

Concor-

Concordia inter Fridericum I. Imperatorem, & Johannem Epiſcopum Patavinum ſuper Plebe de Saccho, aliiſque locis, Anno 1161.

ANno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, Milleſimo Centeſimo Sexageſimo Primo, II. Nonas Octobris, Indictione X. Regnante Domno Frederico Romanorum Imperatore, *victorioſiſſimo, Anno Regni ejus Decimo, Imperii verò ejus Septimo. Preſentia* Godefridi Trajectenſis Epiſcopi, & Frederici Monaſterienſis Epiſcopi, *& Erleboldi Stabulenſis Abbatis, & Adae Eberacenſis Abbatis, atque Nicholai Halesburnenſis Abbatis, & aliorum bonorum hominum, quorum nomina ſubter leguntur.* Cum lis quondam inter Domnum Imperatorem & Johannem Paduanum Epiſcopum, ſuper quibuſdam poſſeſſionibus, videlicet de Saccho, & Sancto Georgio, & Arce & Curte Pendiis, fuiſſet agitata, *prefatus Epiſcopus pertimeſcens ingratitudinem Domni Imperatoris, & gratie ejus plenitudinem integre habere deſiderans*, omni lite & contencione demiſsâ, *ad pedes ſereniſſimi Imperatoris acceſſit, humiliter obſecrans, ut pro amore Dei in eum miſericordiae oculos aperiret. Tunc mediantibus Principibus, videlicet* Rainaldo Colonienſi Electo, & Eberardo Banbergenſi Epiſcopo, *atque Ulrico Cancellario, & Magiſtro Henrico Prothonotario, & Pagano Miſſo Imperatoris, & Judicibus Imperatoris preſentibus Ugone ſcilicet Sperone, & Oddone Novello....... & preſente Dominico Archipresbitero de Saccho, & Valentino Paduane Eccleſie Canonico, & ejuſdem Epiſcopi Capellano, & Lanfranco Dapifero Epiſcopi, talis inter eos facta eſt, concordia. Videlicet*, quod Domnus Imperator habeat Plebem de Saccho cum ſuis appendiciis, videlicet....... *Lotidinianam, Arzere, Curtem Folu......* Et Curtem ſimiliter cum ſuis appendiciis, *ſcilicet Roſara, Melaras, Campolongo majori....... niano, Campogizejo, Cazeclo, Buyllone.......* Et Curtem Pendiis cum omnibus ſuis appendiciis, *preter medietatem Ville Livillani, quam debet habere Epiſcopus, ſicut quondam ſolitum fuerat...... ibidem habitantibus, & cum braido Domnicali in eodem loco, & decem libellaria, que habebat in...... & duos Manſos in Villa, qui ſpectare videntur ad Eccleſiam Veronenſem, &* praeter Feodum de Domo Giſonis, *&* Feodum Johannis de Butiniano. *Preterea Domnus Imperator permittit Epiſcopatui Paduano Lignarum, Sanctangelo, Campolongo de Leitulo, Corcedo, & Supracornio, Savonaria, & Tumbiule, Curtem quoque Sancti Georgii, & Curtem Campania integraliter, cum omnibus ſuis ad ſupradictam Villam vel Curtem pertinentibus. Hec omnia concedit Domnus Imperator Paduano Epiſcopatui cum omni honore & diſtricto, exceptis his, que effuſione ſanguinis punienda ſunt: ſed & alias poſſeſſiones, quaſcumque habet Epiſcopus & Eccleſia Paduana, preter eas, quas in Saccho, & in Pendys Imperator in ſe retinuit, liberas & immunes eiſdem, & ſine aliqua diminutione & exactione habere permittit. Et Domnus Imperator ſimiliter ea, que ad eum ſpectare prediximus, ſine omni infeſtatione & diminutione poſſideat.* Arce autem Pendys, & Comitatum de Saccho, Domnus Imperator ſibi & Imperio retinebit, neque donabit, nec infeodabit, neo quolibet titulo

alie

alienabit, niſi predicto Epiſcopatui conferre voluerit. Archipresbiteri *verò qui fuerint pro tempore Prelati in prenominatis locis*, Domni Imperatoris Inveſtituram ab eo pro temporalibus recipient, *& ad Domnum Imperatorem cum omni Clero ſibi ſubdito pro temporalibus reſpicient. Epiſcopo autem in Eccleſiaſticis & ſpiritualibus obediant & reſpondeant. Ad hec etiam Domnus Imperator perſonam Domni Johannis Epiſcopi predicti & ſuorum tam Clericorum quàm Laycorum, & omnem ſubſtantiam eorum in ſua defenſione & protectione ſuſcipit.*

Actum in Civitate Laude.

Signa ✠✠ manuum ſupraſcriptorum Domni Imperatoris, & Domni Epiſcopi Paduani, qui hanc convenientie Cartulam fieri rogaverunt.

Signa ✠✠✠ manuum Cunradi de Rachoz, & Cunradi filii....... & Bertolphi Mareſchalchi &c.

Unde due Cartule ſcripte ſunt, quarum unam habet Imperator, & alteram Epiſcopus.

Ego Acerbus Judex ac Miſſus Domni Secundi Conradi Regis, rogatu infraſcripti Ottonis Judicis hanc convenientie Cartulam ſcripſi.

A

Ego qui ſupra Oto Judex & Miſſus Domni Tercii Lotharii Imperatoris, & Secundi Conradi Regis, hanc Cartulam concordie, precepto ſupraſcripti Domini Imperatoris, & jam dicti Domini Epiſcopi tradidi, & jam dictum Notarium Acerbum ſcribere rogavi & ſubſcripſi.

B

Invenio quoque, Fridericum ipſum non solùm perſeveraſſe in tradendâ Eccleſiaſticis viris Inveſtiturâ bonorum, ad illorum Eccleſias ſpectantium, (quod jus nonnulli ejus Praedeceſſores ſibi tribuerunt, & acriter tutati ſunt) ſed etiam mentionem praeſtiti ab iis ſacramenti *fidelitatis cum hominio* in ipſis aliquando Diplomatis inſerendam curaſſe: quod inſuetum plane fuit Seculis anteactis. Hujus novi ſui conſilii veſtigium deprehendi in Charta, informi tamen, quippe quae Chronologicis notis carebat, quam in Tabulario Abbatiae Veronenſis Sancti Zenonis reperi, atque heic, qualiſcumque ſit, editam volo. Quod repudiatum fuerit conceptum hiſce verbis Diploma, informe permanſiſſe mihi creditur.

C

D

Fridericus I. Imperator Monaſterio Veronenſi Sancti Zenonis jura & Privilegia confirmat, circiter Annum 1159.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Fredericus *divinâ favente clementiâ* Romanorum Imperator *ſemper Auguſtus. Habemus in exemplis anteceſſorum noſtrorum Regum & Imperatorum, ut fideles Imperii, quorum devotio, quorum fidelitas, quorum multa, & magna ſervitia circa ſublimationem Corone noſtre frequentius claruerunt, pietatis oculo reſpiciamus &c. Eapropter cognoſcant univerſi fideles Imperii*

E

per Ytaliam conſtituti, preſentes & futuri, quod nos Principum noſtrorum Reinaldi Colonienſis Archiepiſcopi, *&* Hermanni Verdenſis Epiſcopi *ſedulas preces attendentes, & preclara merita atque honeſta ſervitia fidelis noſtri* Gerardi *venerabilis* Abbatis Sancti Zenonis *extra muros Civitatis* Verone, *ejuſque fratrum conſanguineorum in memoria retinentes, & pre oculis ſemper habere volentes, que ipſi nobis & Imperio*

perio

perio cum omni fidelitate & plena devotione ſemper exhibuerunt, dignum duximus, meritis eorum abundanter reſpondere, ipſoſque congruis honoribus propenſius adornare. Inde eſt, quod nos venerabilem predictum Abbatem & Monaſterium Sancti Zenonis &c. ſub noſtram Imperialem tuitionem & protectionem ſuſcepimus, ipſumque Abbatem, ſuſceptâ ab ipſo debitâ fidelitate cum hominio, de omni honore & jure ſuo ſollempniter inveſtivimus: & diligentius inſpectis ejuſdem Monaſterii Privilegiis, bona & poſſeſſiones, Caſtra & Curtes &c. nos quoque ex noſtra Imperiali clementia ei concedimus & corroboramus. Videlicet Curtem Hoſtilia cum diſtrictu in Epiſcopatu & diſtrictu Veronenſi cum Plebe Sancti Laurentii & Capella Sancti Romani: Sanctum Petrum ad Monaſterium: Curtem Villepicte: Curtem Moriatice, cum Plebe Sanctorum Firmi & Ruſtici, & Capella Sancte Marie de Caſtellario. Hi ſunt fines ejuſdem Curtis, Cona, Pontio, Viculus, & Paluſmala, & Foſſatum Gamandoni, & via nuncupata Cava &c. Curtem Sancti Salvatoris: Eccleſiam Sancte Marie dimidiam de Voferario: Curtem Herbetum: Curtem Trevenzoli: Curtem Vicoaderis, & Caſtrum cum diſtrictu & liberis hominibus, qui vulgo Arimanni dicuntur, & Eccleſiam Sancti Michaëlis; & Silvam domnicatam, que dicitur Gayo: Quitquid Sanctus Zeno habet in Puvilliano: Curtem & Caſtrum Paſturengi, & quicquid Hoſpitale Sancti Zenonis habet in Monte Draconis: Eccleſiam Sancti Zenonis in Bardulino: Eccleſiam Sancte Chriſtine in Lageſio: quicquid Sanctus Zeno habet circa Arcem Garde tam infra Caſtrum Garde plane quàm de foris: in Valle Turri manſum unum: quicquid etiam habet in Gaine & in Brevzonio, & in Malaſilice: in Ventbi

A Eccleſiam Sancti Viti; Curtem Caſtrinovi; Curtem in Capinis; Curtem Galiune; Curtem Breuni; Curtem Vallis Salarie; Curtem Capavi; Curtem Sancti Viti; Curtem Parone; Villam Caſſiani; Silvam, que dicitur Manticum: Caſtrum Romayani; & Montem Alſerie. In Lugo Eccleſiam Sancti Apollinaris. Quicquid habet in Monteauri. B Eccleſiam Sancti Martini prope fluvium. In Ylaſio Curtem Cellule. In Verona Eccleſiam Sancti Petri in Monaſterio: Eccleſiam Sancti Proculi, & S. Viti, & S. Maximi. Villam Sancti Zenonis. In Comitatu Tarviſino Eccleſiam Sancti Martini. In Caſerio Curtem & Eccleſiam Sancti Theoniſti. In Sacco Paduano Eccleſiam Sancti Thome. In C Comitatu Cremonenſi Caſtrum Rivarola. In Runco Ferello Eccleſiam Sancti Laurentii. In Vicinatello Eccleſiam Sancti Jacobi. In Epiſcopatu Bononienſi Eccleſiam Sancti Blaſii in Veterana, & Eccleſiam Sancti Yacobi cum Oſpitali &c.

Hujus rei teſtes ſunt Hermannus Verdenſis Epiſcopus, Heinricus Cumanus Epiſcopus, Hermannus Herfeldenſis Ab- D bas, Heinricus Curie Prothonotarius, Comes Wido Blandratenſis, Marchio Montisferrati Willelmus, Comes Gebehardus de Luggenberc, Heinricus Mariſcalcus, Cunradus Pincerna, Arnoldus Barbavaria, & alii quamplures. (reliqua deſiderantur.)

Profectò in tot aliis Friderici Di- E plomatis nulla occurrit hujuſce *fidelitatis & hominii* mentio, ita ut opinari fas ſit, ſacros Paſtores in ejuſmodi novitatem minime conſenſiſſe. Complura ex iis in hoc ipſo Opere dedi; ſed in rem praeſentem alia producere liceat, ex quibus intelligas, ipſum quidem conſueviſſe in Praeceptis ſuis apponere ac repetere formulam illam: *ſalvâ per omnia Imperiali*

periali juſtitiâ, ſed minime *fidelitatis & hominii* praeſtiti profeſſione additâ. Primum Diploma archetypum in ſuo Chartario adſervant Monachi Benedictini Monaſterii Mutinenſis Sancti Petri.

Friderici I. Imperatoris Privilegium conceſſum Monachis Mutinenſibus Sancti Petri, Anno 1159.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Fridericus *divina favente clementia Chriſtianiſſimus* Imperator Auguſtus. *Decet Imperatoriam clementiam, vota humilium vultu ſereno reſpicere, & ut ad effectum promoveantur, ſancte devotionis intuitu ſatagere. Unde liqueat omni Collegio Fidelium tam futurorum quàm preſentium, videlicet* Beati Petri Cenobium non procul a Mutina ſitum, *una cum religioſo ejuſdem Monaſterii Abbate, Fratribuſque inibi Deo famulantibus, pro remedio animae noſtrae nos in tuicionem noſtram aggregaſſe, & quecumque per manus Anteceſſorum noſtrorum rationabiliter illic ſtabilita ſunt, & nos dexterâ noſtrâ ſolidamus. Scilicet terram, in qua Monaſterium ſitum eſt, quod talibus circumdatur finibus. A Septentrione Strata Salicetana uſque Foſſam Militariam, & ultra Foſſam ipſam Terram, quae laboratur per Alberum Gademarum, & Giſonem nepotem ejus, & Petrum Fauſtini, & ceteros homines ibi laborantes, uſque Cenoſam & Foſſatum novum decurrens in jam dictam Militariam. Ab Occidente verò eſt Rivus, quod predicto Foſſato exiens decurrit uſque Foſſam Mutinellam, & inde uſque ad jam dictam Stratam Salicetanam: & octo jugera terrae juxta Foſſam Militariam, a mane, & ſubto ipſo Monaſterio, habente, a meridie, & ſero Sancti Geminiani. Et Molendinum unum ſuper ipſa Civitate, Gajolinum dictum, ſuper ipſum & ſubtus terra cum caſis, & vineis confinibus iſtis: de mane Canale: a meridie uſque Curticellam Sancti Madri: a ſero Foſſa, Formigine dicta: de ſubto terra Hoſpicii, quam tenuit Lanfrancus Gualdemannus. Et ceteras poſſeſſiones, quas habet pretaxatum Cenobium in circuitu Mutine & infra. Et quedam Molendina, que habet, ſeu alia, que ad utilitatem Fratrum prefatorum fieri poterunt. Et quicquid jure habent in Curte Maſſe, & Sancti Felicis, & Quarantule, & Sorbarie, & Gandaceti, & Mugnano: ſimiliter & in Curti Caſtriveteris, & Saviniani, & Creſpelani, & Sorbitula, & Monte Belii. Et hoc, quod habent in Silva de Ula, & Caſtrum Addiani cum ſuis confinibus, & quicquid ad eos pertinet de Curti ejuſdem Caſtri. Et quod habent in Plebe Paludis, & nominatim quod habent in Caſtro Galiati & in Curte ejus. Et Curticellam unam, quae dicitur Abrica, & quod continetur infra Plebem ejuſdem Curtis. Et quod habent in Plebe Semelani, & Salti, ac Macerni. Et quod habent in Arce Corneti, & in Curti ejus, & in Ambiliano. Et generaliter quicquid habent infra Epiſcopatum Mutinenſem, Bononienſem, Regenſem, Ferarienſem, atque Paduanum, cum debito jure & diſtrictu, ſive albergaria in omnibus ſupradictis. Quicquid prememoratis Fratribus juſtitia defendit, & nos jure defendimus; & quicquid ad eos futuris temporibus ordine rationabili devenerit, Imperiali auctoritate roboramus. Preterea ipſum Abbatem, quamdiu ſuperſtes erit, a calum-*

lumpniae ſacramento abſolvimus ; & ut nulla temporis preſcriptio....... bonis ſanctae Congregationis poſſit obici firmiter precipimus. Cum etiam omnes aquarum decurſus noſtrae ſint ditionis, ad augumentum gratiae majoris concedimus, ut rivos Scultennae vel Siculae in ſuorum Molendinorum uſum deducant, ita dumtaxat, ut ſine adjacentium jactura fiat. Quod ſi quis auſu temerario contra hoc Imperiale edictum caput erigere preſumpſerit, ſciat ſe auri puriſſimi Libras centum perſoluturum, medietatem in noſtrum obſequium, reſiduum verò in preſati Monaſterii uſum. Ut

A *autem hujus paginae tenor ratus & inconvulſus permaneat, manu noſtra ſubter firmavimus, & imagine noſtrae Majeſtatis inſigniri precipimus.* Salvâ nimirum per omnia Imperiali juſtitiâ. *Cujus rei teſtes ſunt ſubſcripti, Eberhardus Babengergenſis Epiſcopus, Hermannus Verdenſis Epiſcopus, Conradus Comes Palatinus, Fridericus Pala-* B *tinus de Witelinesbach, Hermannus Marchio Veronenſis, Burchardus de Haſenburc, Wernherius Marchio Angonae, Lanthelmus, & Gerhardus frater ejus Comites Cremenſes, & alii quamplures.*

Signum Domni Friderici  *Romanorum Imperatoris invictiſſimi.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Ego Udalricus Cancellarius, vice Regenoldi Colonienſis Electi, & Italiae Archicancellarii, recognovi.

Acta ſunt hec Anno Dominicae Incarnationis MCLVIIII. Indictione VII. Regnante Domno Friderico Romanorum Imperatore ſereniſſimo, Anno Regni ejus VIII. Imperii verò Quinto.

Datum apud novam Laudam, Kalendis Auguſti.

Succedat alterum Diploma, cujus autographum vidi in Tabulario Ca- C pituli Canonicorum Regienſium.

Friderici I. Auguſti Diploma, quo omnia jura & Privilegia confirmat & auget Epiſcopo & Eccleſiae Regienſi, Anno 1160.

I*N nomine Sancte & individue Trinitatis.* Fredericus *divina favente clementia* Romanorum Imperator *& ſemper Auguſtus. Cum paulo majoris meriti ſit conſtituere Eccleſias, quàm conſtitutas ſervare, ejus quidem meriti participes & nos fieri deſiderantes,* ac res Eccleſiarum, quas per totam Italiam violentorum quorumdam manus diripuerunt, ſuis Eccleſiis reſtituere vehementer volentes: Sancte Regienſis Eccleſie, *in honore Sancte Marie Dei*

Dei Genetrici dicate jamdudum ab oppreſſoribus & devaſtantibus conculcate, & jam pene in obrobrium & contumeliam omnium Eccleſiarum redacte, miſeriis & anguſtiis ſubvenientes: *omnes Curtes, Plebes, omneſque res & proprietates in eodem Regienſi Comitatu, ſeu Parmenſi, Mutinenſi, atque Bononienſi, Veronenſi, & Papienſi Comitatibus jacentes, eidem ſancte Eccleſie per Precepta deceſſorum noſtrorum, magnorum ſcilicet Imperatorum* Caroli, Ludovici, Lamberti, Berengarii, *ceterorumque Imperatorum & Regum, ſeu quorumcumque hominum per aliquas inſcriptiones & teſtamentorum Cartas, uſque in hodiernum diem advenientes, reſtituimus, & ipſi Eccleſie Imperiali auctoritate reddimus, & per hanc noſtre tuitionis paginam, pro ut juſte & legaliter poſſumus, concedimus & confirmamus atque corroboramus. Videlicet omnem diſtrictum, theloneum, terraticum, ſtrataticum, omnemque publicam functionem, tam infra eamdem Regienſem Civitatem, quàm extra in circuitu quatuor milliarorum ſpacia. Necnon Curtem Maſſenzaticum; Curtem, que Nova dicitur, cum Plebe. Curtem de Sancto Stephano cum Plebe; Curtem Marſionatica; Caſtellum de Faurige cum Plebe; Inſulam de Suzaria cum Plebe cum ſuis pertinentiis: Plebem de Luzaria: Plebem de Vardeſtalla; Plebem de Pupugnago: Plebem de Revere; Curtem Sancti Martini de Spino cum piſcariis & paludibus: Plebem de Carpo: Plebem de Herberia: Cardignaculum cum Capella: Plebem de Prato cum Caſtello: Plebem de Camporotondo in Plebe: Plebem de Bannio cum Curte: Caſtellum de Arceto cum ſuis pertinentiis: Curtem de Miletulo cum Plebe: Curtem de Sancto Salvatore: Curtem de Sancto Eleucadio: Plebem de Caſtro Oleriano cum Curte: Capellam de Rodlia cum ſua pertinentia: Plebem de Toano: Plebem Sancti Vitalis de Verabulo: Curtem de Menozo cum Plebe: Capellam de Venonio: Plebem de Biſmanto: Villam de Lauma Fracaleria, & Maſſeto, & Rivum Diluvii: Montem inſuper, qui Raxollo dicitur: Curticellam de Belleli: Precarias, que ſunt in Pidiliano, cum Eccleſia Sancti Proſperi: Plebem de Lezulo: Plebes de Pujanello, & Bibiano, ac Caviliano: Curtem de Albinea cum Plebe: Caſtellum de Querzolo: Curtem de Ronco-Siſuli cum Sylva: Plebem de Modolena: Curtem de Maroſe: Terram, que eſt in Ferraria, & in Cuzumaria, & in Vico Variano, & in Caſtello Comaclo intus & foris, cum Salinis: Terras cum olivis & vineis in Garda: Terram in Civitate Papie tabulas quinquaginta duo, & extra pratum de Vacille: aliaſque Curtes & Plebes cum omnibus terris, Capellis, vineis, pratis, ſylvis, venationibus, aquis, rivis, piſcationibus, paludibus, rupibus, alpibus, montibus & vallibus, planiciebus, ſervis & ancillis, aldiis & aldiabus, & omni familia utriuſque ſexus, & omni integritate predictarum Curtium & Plebium: una cum Capella de Seſſo, cum Sylva, & cum omnibus pertinentiis, cum Lacu etiam, qui Vico dicitur, cum loco Raſus, qui Caldevaſie nominatur, omnibuſque rebus mobilibus & immobilibus, in prenominatis locis pertinentibus; ut prelibata Eccleſia predicta omnia loca cum omnibus in integrum eorum pertinentiis habeat, teneat, & in eternum firmiter poſſideat, omnium hominum contradictione remotâ. Concedimus inſuper eidem Sancte Eccleſie, eiſque qui pro tempore fuerint Vicarii, ut noſtrâ Imperiali fulti auctoritate, habeant poteſtatem Caſtella, munitiones, portus, molendina, & quidquid eis juſtum viſum fuerit, ſuper predi-*

predicta loca & aquas conſtituere. Inſuper decreta, precarias, commutationes, livellaria a deceſſoribus Epiſcopis injuſte & inordinate factas, frangere, & Deo placita omnia ordinare. Addimus denique huic noſtre ſanctioni, ut nulla preſcriptio triginta vel quadraginta annorum, vel etiam tempus centum annorum, Ecclesie ſupraſcripte vel alicui actioni ipſi Eccleſie competenti noceat. Hec omnia ſupraſcripte Regienſi Eccleſie confirmamus: Salvâ per omnia Imperiali juſtitiâ. *Si quis autem temerarius violator, quod minime credimus, hoc noſtrum Preceptum infringere tentaverit, & res predicte Eccleſie invadere, aut intromittere ſine licentia ejus Epiſcoporum, ad hinc in antea preſumpſerit, cognoſcat ſe compoſiturum auri cocti Libras mille, medietatem Camere noſtre, & medietatem eidem nominate Regienſi Eccleſie, ac ejus Vicariis.*

Signum Domni Friderici  *Romanorum Imperatoris invictiſſimi.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Ego Ulricus ſacri Palatii Imperialis Cancellarius recognovi.

Acta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLX. Indictione VIII. Regnante Domno Federico Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Anno Regni ejus VIII. Imperii verò V. feliciter. Amen.

Datum Laude XVII. Kalendas Maji.

Tertium denique ſervavit nobis in ſuis Annalibus MStis Peregrinus Priſcianus Ferrarienſis, quos Eſtenſis Bibliotheca adſervat.

Fridericus I. Imperator Epiſcopo Mantuano, ejuſque Eccleſiae omnia jura illius ac Privilegia confirmat, Anno 1160.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Fridericus *divina favente clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. Si in ſacratis omnipotenti Deo locis, a quibuslibet deſolatis, augmentum recuperationis, *ſeu confirmationis pio favore* largimur, *id nobis, & ad Imperii noſtri ſtabilimentum credimus profuturum. Quapropter omnium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque fidelium, praeſentium ſcilicet ac futurorum noverit univerſitas, quod* Garſendonius *ſanctae* Mantuanae Sedis Epiſcopus, *noſtram adiit clementiam, poſtulans, ut pro Dei amore ad confirmationem &c.* (*) *Confirmamus quoque ſupradictae Eccleſiae Caſtrum Novum, & Campitellum, atque Scorziariolum cum omnibus eorum pertinentiis intus & foris, & * Caſtellum, & Curtem de Bur-*

(*) ut in Diplomate Henrici III. Anno 1045.

Burbaſſio, & *Plebem Sancti Martini*, *quae Gubernula vocatur*, *ſicut in instrumento* Comitiſſae Mathildae *Mantuanae Eccleſiae collato continetur*, ſalvâ per omnia Imperiali juſtitiâ. *Verùm etiam confirmamus eidem Eccleſiae*, ſalvo jure noſtro, *omne theloneum*, *ripas*, & *ripaticum* &c. *Nil ab eis quiſquam publicus Miniſter exigat*, *ut ſecurius ac diligentius cauſas ſuas perficere poſſint*, *ſive per pugnam*, *ſive per legale judicium*. *Stabilimus etiam*, *ut de omnibus rebus ipſius Eccleſiae*, *ſicut de noſtris dominicatis*, *per vicinos inquiſitio fiat ſic*, *ut omnes ſuae res redeant in jus* & *dominium ſanctae Eccleſiae*. *Praecipimus quoque*, *ut nullus Dux* &c. *quatenus idem Garſendonius Praeſul*, *ejuſque Succeſſores haec omnia ſupradicta ad utilitatem ſuae Eccleſiae abſque alicujus impedimento*, & *contradictionis moleſtiâ perpetualiter valeant poſſidere*, ſalvâ per omnia Imperiali juſtitiâ. *Ceterùm confirmamus praedictae Eccleſiae eam proprietatem duorum Caſtrorum*, *quae uno nomine vocantur*, *ſcilicet Caſtrum Waltherii*, *quae Comes Abbas contulit jam dictae Eccleſiae*, *cum omnibus pertinentiis eorumdem Caſtrorum intus* & *foris*. *Praeterea confirmamus Eccleſiae Mantuanae omnia thelonea ejuſdem Epiſcopatus*, *que ſunt ſuper Padum*, ſalvâ noſtrâ Imperiali juſtitiâ. *Quia verò ſupradicta Eccleſia propter negligentiam* & *inopiam magiſtratus*, bonorum ſuorum diminutionem & conſumptionem a multis paſſa eſt, ſtatuentes eidem concedimus, ut in requirendis perditis bonis, aliqua praeſcriptio temporis ei non noceat. *Quicumque autem hujus noſtri Privilegii ſeu Praecepti violator*, *vel transgreſſor eſſe praeſumpſerit*, *ſciat ſe compoſiturum auri optimi Libras centum*, *dimidium Fiſcho Imperiali*, & *dimidium Eccleſie Mantuanae*, *ejuſque Epiſcopo Garſendonio*, *ſuiſque Succeſſoribus*. *Quod ut verius credatur*, & *diligentius ab omnibus obſervetur*, *praeſentem inde paginam conſcribi fecimus*, & *auctoritatis noſtrae munimine ſub Imperiali ſigillo eam inſigniri* & *corroborari juſſimus*.

Signum Domni Friderici Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Ego Rainaldus Colonienſis Archiepiſcopus, & *Italici Regni Archicancellarius recognovi*.

Acta ſunt haec Anno Dominicae Incarnationis MCLX. *Indictione VIII*. *Regnante Domno Friderico Romanorum Imperatore victorioſiſſimo*, *Anno Regni ejus VIII*. *Imperii verò V*. *feliciter*. *Amen*.

Data in generali Concilio Papienſi poſt deſtructionem Cremae, & *poſt confirmationem Domni Victoris Papae*, *IX*. *Kalendas Martii*.

Quod mirere, ne ipſi quidem Romani Pontifices iis temporibus formulam illam, *ſalvâ per omnia Imperiali juſtitiâ*, improbaſſe videntur, quum Fridericus in reſtituendâ Anno MCLV. Romano Pontifici Tiburtinâ Civitate, ſuis literis addidit, *ſalvo ſuper omnia jure Imperiali*. Vide Baronium ad eumdem Annum, & Vitam Adriani IV. Papae, Tomo III. Rer. Italicarum. Ad eoſdem Tiburtinos ſpectat Charta, quam ex Regeſto Cencii Camerarii MSto depromſi, in qua de Innocentio Secundo Papâ potius quàm Tertio agi opinor.

Jura-

Juramentum Tiburtinorum ſuper fidelitate facta Domno Papae Innocentio, ſuper vitae ipſius ſecuritate conſervanda, & defendendis Regalibus Sancti Petri. *Fortaſſis Anno 1141.*

E*go* ille *ab hac hora in antea fidelis ero Beato Petro, &* Domino meo Papae Innocentio, *ejuſque Succeſſoribus, canonice intrantibus. Non ero in facto neque in conſilio aut in conſenſu, ut vitam perdant aut membrum, vel capiantur malâ captione. Conſilium, quod per ſe, vel per ſuum Nuntium, aut per ſuas literas mihi manifeſtaverint, ad eorum damnum, me ſciente, nulli pandam. Si eorum certum damnum ſciero, ſi poſſum, remanere faciam: ſin autem, aut per me, aut per meum Nuntium, vel per talem perſonam, quam pro certo credam eis dicturam, ſignificabo. Papatum Romanum, Civitatem Tiburtinam, Donnicaturas, & Regalia, quae Romani Pontifices ibidem habuerunt, & munitionem Pontis Lucani, Vicovarum, Sanctum Polum, Caſtellum Boverani, Cantalupum, Bardellam, Cicilianum, & alia Regalia Beati Petri, quae habet, adjutor ero ad retinendum: quae non habet, ad recuperandum, & recuperata ad retinendum & defendendum contra omnes homines. Comitatum quoque & Rectoriam ejuſdem Civitatis Tiburtinae in poteſtatem Domni Papae Innocentii & Succeſſorum ejus, libere dimittam, & ad ordinandum & retinendum in beneplacito eorum de quacumque perſona voluerint, fideliter juvabo. Haec omnia bonâ fide ſine fraude & malo ingenio obſervabo.*

Revertor ad Legem Friderici I. ante memoratam. Profectò, ſi quidquam video, tum ob eam, tum ob controverſias ab eodem Imperatore poſtea ſuſcitatas, factum eſt, ut deinde parum profecerint Italicae Eccleſiae, in comparandis ſibi, aut amplificandis novis Regalium fragmentis. Verùm quid dixi, parùm profeciſſe? Supereſt nunc dicendum, earum opes atque potentiam multùm quoque exinde decreviſſe; idque factum ex conjuratione Civitatum Italicarum, quas divexabat mira dominandi ambitio. Haec potiſſima cauſſa attenuati patrimonii Eccleſiaſtici poſtrema mihi futura eſt. Nam quum Reipublicae formam arripuiſſent Saeculo Chriſti Duodecimo pleraeque Italicae Urbes, atque ad eam ditionis ſive Comitatus atque diſtrictus amplitudinem ſingulae anhelarent, quae, dum antiqui Comites Regum loco Urbibus praeerant, in uſu fuit; hanc autem intuerentur conſciſſam in varias partes, quarum non exiguam Epiſcopi, Capitula Canonicorum, atque Abbates, ſed & reliquae non paucae Eccleſiae, ſibi conquiſierant: nihil intentatum deinceps reliquere, quo earum jura invaderent, ſibique prorſus ſubderent. Non id continuò per ſummam violentiam factum, ſed primo illectis aut adactis Epiſcopis, ut ſe ſuoſque homines Reipublicae adjungerent; publicis & ipſi honoribus functuri; atque omnium Civium praeſidium, ubi opus foret, cenſuri. Aedificatum fuit in montibus Mutinenſibus a Comitiſſa Mathilde, ejuſque matre Beatrice Monaſterium Benedictinorum ſub titulo Sancti Claudii in loco *Fraxinorio*, ejuſque ditioni ſubjectae fuere

fuere aliquot Villae, decem videlicet, aut duodecim. Hujuſmodi dominationem moleſte ferebat Populus Mutinenſis: quare Anno MCLXXIII. Quarto Kalendas Auguſti, uti jam oſtendi in Diſſertatione XLVII. *de amplificata Civitatum Italicarum potentiâ*, impetrarunt a Guilielmo Fraxinorenſi Abbate, ut homines Terrarum illius Abbatiae ſub honeſtis pactis ſubjectionem jurarent Communi Mutinenſi *ſicut homines Mutinenſes &c.* Procedente autem tempore, ſive oblatis ſive conquiſitis cauſis, Commune Mutinae immunes prorſus reddidit Fraxinorenſes Abbates onere eaſdem Terras regendi, eamque integram ditionem ſuae adjunxit. *Epiſcopis* quoque *Mutinenſibus* nonnulla Caſtra in agro Mutinenſi ſuberant. Suberant & alia ditiſſimo *Monaſterio Nonantulano:* ſed haec omnia ſenſim in Reipublicae Mutinenſis dominationem conceſſere. Vide nuper memoratam Diſſertationem XLVII. Vix eſt ut mihi perſuadeam, Epiſcopos atque Abbates lubenter & ſine querela de ſuo jure decidiſſe: verùm frequentia bella, & pericula, quae iis temporibus imminebant, ſilere eos cogebant. Fortaſſis etiam quum ſua tueri inter eos amphractus Eccleſiaſtici viri non poſſent, ſatius ducebant, Civitati ſuae, quae potentior erat, ſua defendenda dimittere. Succeſſere poſtea feliciora tempora, & tunc utriuſque Cleri Mutinenſis querelae invaluerunt adversùs Commune Civitatis, quibus eâ ratione impoſitus eſt finis Anno MCCXXVII. ut Epiſcopo Mutinenſi atque Abbati Fraxinorenſi Commune Mutinae certam pecuniae quantitatem, aliaque commoda retribueret, nihil verò ereptae ditionis eidem reſtitueret. Lucem praebebunt eorum temporum moribus Acta contentionis hujus, quae praeſto mihi fuere in Civitatis hujus Archivo. Haec ergo ibi leguntur, a me breviata, ne Lectori ex prolixo Inſtrumento toedii nimium creetur.

„ ANno a Nativitate ejuſdem „ Milleſimo Ducenteſimo Vigeſimo Septimo, Indictione XV. „ Die Tertio, intrante Decembri (*jam ergo vides invectum morem ut a Kalendis Januarii eadem Indictio decurreret ad finem uſque Decembis*) „ Regnante invictiſſimo & ſemper triumphanti Imperatore Federico. Cum „ quaeſtio & contentio & cauſa verteretur inter Epiſcopum Mutinae „ ex parte una, & Commune Civitatis ejuſdem ex altera ſub Epiſcopo Bononiae & conjudicibus „ ſuis, quae talis erat. Petebat namque predictus Epiſcopus a Communi Mutinae juriſdictionem & „ diſtrictum in Civitate Mutinae, & „ per tria milliaria in circuitu Civitatis ejuſdem, tam in civilibus, „ quàm in criminalibus cauſis. Item „ in emancipationibus, tutelis, curationibus, duellis, & curariis „ Mercatorum. Item petebat aquaeductus de Situla & Scultenna, qui „ ducuntur ad Civitatem Mutinae „ vel duci poſſunt. Item petebat „ omnem juriſdictionem tam in cauſis civilibus quàm criminalibus, & „ in electione Conſulum, ſive Poteſtatis, emancipationibus, tutelis, „ curationibus, & duellis in Caſtro „ Badiani (*nunc Razzano*), Savignani, Vignolae, Porcilis &c. & eorum Curtis. Item petebat totam „ Paludem Bajoariae, quae eſt juxta „ ipſius Domini Pratum &c. E contrario autem Cives Mutinae reſpondebant, juriſdictiones ſupradi-

„ ctas

„ ctas & jura & aquaeductus & poſ-
„ ſeſſiones ad ſe pertinere ex con-
„ ceſſione Imperatorum, & ex teno
„ re Pacis de Ruuchalia (*quaenam Pax heic memoretur , ego decernere non auſim. Num Conſtantienſem Pacem ii deſignare voluerunt ?*) „ inter Im
„ peratorem & Lombardos factae.
„ Item & quia haec omnia tanto
„ tempore poſſederant , quod jam
„ memoria non exſtabat . Cumque
„ ſuper praedictis fuiſſet per multos
„ annos inter praedictas partes in
„ multis laboribus & expenſis diu-
„ tius litigatum : tamdem placuit
„ eis ad invicem ſuper praedictis
„ tranſigere , & per tranſactionem
„ perpetuam firmiter concedere in
„ hanc videlicet formam &c. (*Epiſcopo dimittuntur nonnulla praedia, molendina, canales, aliaque commoda, atque inſuper duo Librarum Imperialium millia, ut ex iis ſibi fundos compararet : quod & ſubinde factum eſt in Villa Porcilis. Reliqua ſibi retinuit Reſpublica Mutinenſis. Eâ etiam occaſione ſtatutum eſt*). „ Sententias latas con-
„ tra Haereticos ab Epiſcopo, vel
„ de ipſa haereſi contra aliquem de
„ diſtrictu Mutinae, vel contra cre-
„ dentes, fautores, & receptatores
„ Haereticorum, teneatur Commune
„ Mutinae executioni mandare, &
„ contra eos, qui fuerint indicati
„ Haeretici, procedere ſecundùm Le-
„ ges contra Haereticos in Codice
„ promulgatas.

Seriùs pax fuit conſtituta inter idem Commune, & Monaſterium Nonantulanum iiſdem de cauſſis. Nam Anno tantùm MCCLXII. curantibus *Domino Scurta de Porta* nobili viro Cive Parmenſe, & *Dompno Henrico Abbate Sanctae Luciae de Roſeno* Bononienſis Dioeceſis, compromiſſariis & arbitratoribus, ſublatae lites uni-

A verſae fuere. Quae tunc forent utriuſque partis petitiones intelliges ex tabulis adſervatis in Archivo nuper memorato Communis Mutinenſis, ubi legitur : *Laudum latum inter Commune Mutinae & Abbatem Nonantulanum.* „ Anno MCCLXII. die
„ Veneris II. exeunte Decembri ,
„ Sindicus Monaſterii Nonantulani
B „ dicebat, ad ſe pertinere ex con-
„ ceſſione Imperatorum & Regum ,
„ vel ex alia quacumque cauſa, ju-
„ riſdictiones temporales tam in Ca-
„ ſtro Nonantulae, quàm in Caſtro
„ Creſcenti, & Curia Sichi, & So-
„ laria, & Camurana, & earum Cu-
„ riis & hominibus, & perſonis, u-
C „ bicumque ſint, in Epiſcopatu &
„ dioeceſi ſive diſtrictu Mutine. Et
„ jus & juriſdictionem cauſarum ci-
„ vilium & criminalium, bannorum
„ imponendorum & exercendorum,
„ & maleficiorum & quaſi malefi-
„ ciorum puniendorum, & collecta-
„ rum & exactionum, & ſerviciorum
„ & factionum perſonarum, & re-
„ rum Caſtri Nonantulae & ejus Tur-
D „ ris. Et de Villa & loco Sancti
„ Ambroſii, Bagazani, Ronchi, Ga-
„ zi, Sancti Antonini, & Redu-
„ cti &c. Sindicus autem Commu-
„ nis Mutinae dicebat, omnem ju-
„ riſdictionem temporalem praedicto-
„ rum Caſtrorum &c. & merum &
„ mixtum imperium, omnem pote-
E „ ſtatem juris & juriſdictionis om-
„ nium civilium & criminalium quae-
„ ſtionum & bannorum & exactio-
„ num, coltarum, & aliorum one-
„ rum, & electionem Officialium,
„ & inſtitutiones eorumdem, & de-
„ ſtitutiones in toto Epiſcopatu vel
„ dioeceſi Mutinae, ad Commune
„ Mutinae pertinere, & dictum Com-
„ mune ſemper habuiſſe praedicta &
„ quodlibet praedictorum, & fuiſſe
„ & eſſe

„ & eſſe in poſſeſſione vel quaſi „ poſſeſſione omnium praedictorum „. Pacem ſuam Reſpublica Mutinenſis eâ occaſione redemit perſolutis Monaſterio Nonantulano tribus millibus Librarum Imperialium, quod pretium Nonantulano Abbati impendendum erat in emendis ſuo Monaſterio agris intra Mutinenſem diſtrictum.

Haec de una Civitate Mutinenſi adnotare mihi placuit, quae tamen, ut mihi perſuadeo, ceteras etiam Italicas Urbes reſpiciunt. Nam quum una ex iis aliquid ad emolumentum ſuum, ſuive decoris ac potentiae augmentum excogitabat, publicoque edicto ſtatuebat, ſive aequum ſive iniquum foret, finitimae continuo, tum reliquae ſenſim, ad illius exemplum ſe facile componebant, ut non immeritò ſuſpicari liceat, non aliis artibus uſas ceteras Italiae Civitates, quàm quibus uſa eſt Mutinenſis, ad extenuandam temporalem Eccleſiaſticorum potentiam, quamquam fortaſſis paucae ex iis Mutinenſium exempla ſequutae fuerint in redimendis pretio perſoluto ditionibus Eccleſiae ereptis. Sed ne in hiſce quidem finibus Populus Mutinenſis ſeſe continuit. Jam ad immanem copiam excreverant in eorum Comitatu agri, ab Eccleſiarum jure pendentes, quo nempe Emphyteuſis aut Feudi titulo ab iis viri Seculares acceperant, & annuum canonem aut ſervitia pro iis praeſtabant. Moleſtum hoc, ſimulque pernicioſum publicae Mutinenſium rei viſum eſt: quamobrem nihil non actum, ut hujuſmodi *Feuda*, *Precariae*, atque *Emphyteuſes* tollerentur, & praedia ante vectigalia exinde Laicis libera forent, & ad quoſcumque heredes tranſmitterentur; idque potiſſimùm praeſtitum fuit ad decem

A paſſuum millia in circuitu Urbis. Placidâ viâ heic proceſſum eſt, nempe *francationis*, ut appellant; ſcilicet ſemel erogatâ ſacris locis quadam pecuniae quantitate, ab onere priſtino & ab alieno jure immunes agri in poſterum fuere. Atque haec, ut innuit Mutinenſis Archivi Statutum exaratum Anno MCCCXXVII. B Lib. 3 Rubricâ 59. *ſtatuta ſunt poſita, & obſervanda, & moderata conſenſu & auctoritate Henrici Oſtienſis & Vellitrenſis Epiſcopi Apoſtolicae Sedis Legati, & conſenſu Epiſcopi, & Capituli Mutinenſis, & Domini Bocatii Bremae Poteſtatis Mutinae; & idem recepit pro Communi Mutinae in MCCXXI. Indictione VIII. die primo* C *intrante Junio, praeſentibus teſtibus ad hoc vocatis Magiſtro Archipresbytero Regii, & Domino Thomaxio Doctore Legum, Domino Rolandino de Guidoctis, Domino Bonifacio de Bajoaria, Domino Nicolao de Adelardis, Domino Peregrino de Burſa.* Quo etiam tempore Mutinenſes ſuo Statuto Legem hanc addidere, videlicet. *Nullus de* D *cetero audeat nec debeat jurare fidelitatem alicui, nec fieri Vaſſallus alicujus aliqua occaſione vel ingenio, quod excogitari poſſit &c.* In ſupra memorati etiam Statuti Lib. Primo, Rubricâ 190 altera haec Conſtitutio legitur: *Statuimus, quod nulla perſona de Civitate Mutinae vel diſtrictu, vel quae habeat bona immobilia in Civita-* E *te Mutinae vel diſtrictu, poſſit vel debeat vendere, donare, ſeu alienare, ſeu aliquo modo vel titulo vel cauſſa transferre, ſeu in ultima voluntate quoquo modo relinquere aliquam rem immobilem, nec de rebus immobilibus, vel nominibus debitorum cedere, relinquere, vel legare alicui perſonae, Collegio, vel Univerſitati, quae non ſit ſuppoſita juriſdictioni Communis Muti-*

nae, & non ſubeat onera & gravamina cum Communi & hominibus Civitatis Mutinae. Et quod aliqua extimatio, vel in ſolutum datio de bonis ſeu rebus immobilibus non poſſit fieri pro dictis talibus perſonis, Collegiis, & Univerſitatibus, niſi hoc fieret de licentia Conſilii Generalis. Infra etiam interdicunt uſumfructum iiſdem relinquere, tum addunt: *Salvo quod quaelibet perſona poſſit donare & dimittere pro anima ſua quocumque titulo, & alienare res mobiles, & pretium de mobilibus percipiendum. Item fructus & reditus rerum immobilium futuros & percipiendos & ipſis per decem annos ad plus poſt mortem relinquentis &c.* Excipiuntur ab hujuſmodi Statuto *Diſcus Pauperum mendicare erubeſcentium, atque Hoſpitalis Domus Caſae Dei &c.*

Verùm legis hujus ſanctionem nullus eſt ſubſequutus effectus, ſive quod legem conſuetudo potentior in libero Populo obruerit, ſive quod revocata fuerit tanquam libertati piae gentis, ſacrorumque Locorum dignitati nimis infeſta. Atque iis ipſis Saeculis Hiſtoria plures ejuſmodi controverſias legenti miniſtrat, videlicet agitatas inter Civitates ſeu Civitatum Principes, & Epiſcopos atque Abbates, illis nullum non moventibus lapidem, ut Sanctuario nimias (uti Laicis videbatur) congeſtas opes minuerent, aut ne ultra diteſceret, varios obices ponerent. Eccleſiaſticis tamen jura ſua, libertates, ac privilegia quanto poterant conatu tuentibus. Quo in certamine modò hi, modò illi ſuccubuere, prout majores minoreſve vires quiſque ad pugnam adferebat, & contemtus aut metus Religionis ſuadebat. Eo uſque devênit Regienſis Populus, ut gravibus conſtitutis poenis ediceret, ne quis ex Secularibus, ſive Artificibus, ſive colonis, Epiſcopo Regienſi quidquam ſervitii aut opificii praeſtaret, uti habet Regienſe Chronicon Tom. VIII. pag. 1147. Rer. Italicarum. Propterea in pleriſque Italiae partibus deſiit penitus temporalis ditio ſacrorum Praeſulum, iiſque erepta omnia Caſtra atque Regalia ſenſim fuere. Patriarcha verò Aquilejenſis diutius quidem ceteris potentiam ſuam inter tot turbines ſartam tectamque ſervavit; at ille demum adversâ bellorum fortunâ jactus atque dejectus, communem reliquorum ſortem ſubiit, ita ut in Italia nunc pauci numerentur Epiſcopi, Abbates & Canonicorum Collegia, quibus ſint jura Regalia. Feudave Imperialia. Secus autem in Germania accidit: quod cuique notiſſimum. Sed neque illud diſſimulandum, quamquam Epiſcopis, atque Abbatibus immanis Caſtellorum & fundorum copia ex manibus olim effluxerit, non ſuâ culpâ, ſed aliorum aviditate atque impotentiâ: attamen complures etiam fuere, qui eas ſacris locis aerumnas aut ambitione, aut imprudentiâ ſuâ peperere. Neque enim omnes ii cum Seculo Seculares quoque mores atque affectus ejurabant. Quod non tantùm Clero, aut Monachis, ſed Populis etiam Regulorum more dominarentur, concipiebant & ipſi politica & bellicoſa conſilia, Aulas Regum frequentabant, atque inter diſſidia Principum ac Civitatum nulli arti parcebant, ut de bono in melius, de imo in ſummum & ipſi procederent. Eorum ſane munus erat, orationibus inſiſtere, pacem reliquis & Caritatem ſuadere, ſibi verò imperare; ſed quod Paſtores eſſent, homines idcirco eſſe non deſinebant. Itaque non tutelae tantùm

cauſsâ

cauſsâ militum cohortes alere coeperunt, ſed etiam ambitionis; atque interdum factionibus, conſpirationibus, & bellis ſeſe ultro admiſcebant. Neque male ceſſerunt ejuſmodi conſilia multis, quando & gratiam Principum ſibi conciliarunt, & illuſtribus dignitatibus, privilegiis, aliiſque temporalibus emolumentis ſunt aucti. Verùm aliis contra male accidit, qui nullum alium inde fructum retulere, niſi carceres, exſilia, & jacturam bonorum. Quamquam verò mos aut lex tunc ubique Chriſtianorum vigeret, ut qui Eccleſiaſticus graviſſimis criminibus ſeſe oneraret, poenas ipſe unus daret, non verò Eccleſia innocens, cujus bona propterea Succeſſori reſervabantur; attamen potentes ex erroribus iſtorum proficientes ſi quid ab Eccleſiis in contentione auferebant, ſero aut numquam ad reddendum ſe ſinebant adduci. Ad haec ſub ambitioſis hiſce, nimiumque politicis Paſtoribus saepiſſime peſſum ibat diſciplina Eccleſiaſtica; & pro Monachis armati paſcebantur in Monaſteriis, ita ut religioſa familia aut ultra aequum minueretur, aut cogeretur fame, aliiſque incommodis languere. Vide Chronicon Farfenſe Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum in Praefatione. Vide & Caſinenſe Tomo IV. *Templum de Clivate* in agro Mediolanenſi, ſi Bernardino Corio in Hiſtor. Mediolanen. dum haec narrat, adhibenda eſt fides, a Deſiderio Langobardorum Rege aedificatum fuit. Acceſſit & Monachorum Collegium, quod etiam nunc perſeverat, ſub regula Congregationis Montis-Oliveti, & retinet titulum S. Petri. Landulphus quoque junior, Hiſtoricus Mediolanenſis Cap. 14. Hiſtor. Tomo V. Rerum Italicarum, *Monaſterium de Clivate* memoravit. Ad iſtud Coenobium pertinere puto Diploma, quod mihi ſuppeditavit nobilis olim vir Octavius Angelus de Abramo in Primatiali Piſana Canonicus. *Monaſterium Clavatenſe* ibi appellatur; neque deerunt, qui ſcriptum fuiſſe putent in archetypo *Clivatenſe*. Verùm *Clavate* quoque dicitur a Stephanardo in Poëmate Tomo IX. pag. 91. Rer. Italicarum, ubi *quam citius Clavate ſubeſt*. Accipe nunc quid de ejus loci Abbate ſcripſerit Fridericus I. Auguſtus. *Quum*, inquit, *ad promovendum Imperii honorem, & ad debellandos hoſtes Imperii, praecipue Mediolanenſes, Italiam cum exercitu intraverimus, inter multos quidem fideles, qui nobis in laboribus noſtris fideliter aſtiterunt, invenimus venerabilem Algiſum Clavatenſis Eccleſiae Abbatem, quem devotiſſimum nobis ac fideliſſimum certis argumentis experti ſumus. Multis enim retrorſum abeuntibus, praedictus Abbas fuit vir fidelis, & conſtans nobis firmiter adhaeſit, & immobilis nobiſcum perſeveravit; nobiſque & Imperio tam magna, tamque praeclara ſervitia exhibuit, quod illa prae oculis volumus habere, & a corde noſtro numquam delebuntur*. Sed praeſtat integrum ipſum Diploma oblivioni eripere.

Privilegium protectionis conceſſum Monaſterio Clavatenſi a Friderico I. Imperatore, Anno 1162.

A IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Fridericus *divina ſavente clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. Cum ad promovendum Imperii honorem, & ad debellandos hoſtes Imperii, praecipue Mediolanenſes, Italiam cum exercitu intraverimus, inter multos quidem fideles, qui nobis in laboribus noſtris fideliter ad- B ſtiterunt, invenimus venerabilem Algiſum Clavatenſis Eccleſiae Abbatem, quem devotiſſimum nobis ac fideliſſimum certis argumentis experti ſumus. Multis enim retrorſum abeuntibus, praedictus Abbas fuit vir fidelis, & conſtans nobis firmiter adheſit, & immobilis nobiſcum perſeveravit, nobiſque & Imperio tam ma- C gna, tamque preclara ſervicia exhibuit, quod illa pre oculis volumus habere, & a corde noſtro numquam delebuntur. *Eapropter cognoſcant univerſi fideles Imperii, per Italiam conſtituti, preſentes & futuri, quod nos pro fidelitate & conſtantia ipſius Abbatis, & pro digna memoria ſerviciorum ejus*, Monaſterium Clavatenſe, D ipſumque Abbatem Algiſum, & Fratres Monaſterii, *& res eorum univerſas ſub noſtram Imperialem tuitionem ſuſcipimus, & bona ejuſdem Monaſterii & poſſeſſiones univerſas, Caſtella videlicet, Villas & loca, ſcilicet* Clavadem, *Barmam, Mucellum, Sezana, Canzu, Madaxanu, Bellaxiu, Sala, Galbiate, Mozana, Coſonnum, Tozi,* E *Ellum, Imbadu, Nava, Bruanzu, Cella, Donorato, Uglonum, Merſcelagum, Montexellum, Treſcanum, Cadonum, Sezmorem, Rutenado, Tremolandem, Monzonigum, Marexum, Cuſanum, Belluſcum, Albinganum, & omnes Terras ejuſdem Monaſterii, & quecumque in preſenti poſſidet & tenet, vel per ipſum tenentur, & quecumque Deo annuente in poſterum poterit adhipiſci, auctoritate noſtrâ eidem Monaſterio confirmamus, & Imperiali communimus Privilegio. Preterea ex noſtra benignitate decernimus, & roborantes confirmamus quicquid predictum Monaſterium per Libellum Alodii ſeu Fondi contraxit & acquiſivit.* Statuentes quoque noſtro Imperiali edicto jubemus, ut ſuper predicta bona, & univerſas poſſeſſiones & Terras ipſius Monaſterii nulla Civitas, nullus Mediolanenſis, nulla perſona publica vel privata, parva vel magna, aliquod diſtrictum vel conditiones aliquas, ſeu fodrum habeat vel exerceat, niſi Nos, & noſtri Succeſſores Reges & Imperatores Romanorum, & Abbas praedicti Monaſterii. *Ceterum ad majus Monaſterii munimen adicentes precipimus, ut nullus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Dux, Marchio, nullus Comes vel Vicecomes, nulla omnino perſona predictum Monaſterium vel Abbatem in ſuis bonis & univerſis poſſeſſionibus infeſtare, moleſtare, vel aliquo modo inquietare preſumat. Si quis verò contra hoc noſtrum Preceptum auſu temerario agere preſumſerit, quinquaginta Libras auri pro poena componat, dimidium Fiſco noſtro, & dimidium Abbati & predicto Monaſterio. Et ut hec omnia rata ſemper & inconvulſa remaneant, preſentem inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hec:* Rainaldus Colonienſis Archiepiſcopus,

ſcopus, Cindius Lugdunenſis Archiepiſcopus. Henricus Leodienſis Epiſcopus, Ordibonus Baſilienſis Epiſcopus, Henricus Conſtantienſis Epiſcopus, *Fridericus Dux Suevorum, Cunradus Palatinus Comes Rheni, Marchio Otto, Marchio Theodoricus Marchio Albertus, Comes Teto, Comes Rudulfus* A *de Phlleuder, Comes Valricus de Lhemburch. Willelmus Marchio Montisferrati, Wido Comes Blandratenſis, Dux Udalricus, Marquardus Comes de Runibach, Bebeardus Comes de Luggeburch, & frater ejus Marquardus, Ulricus de Hunighem, & alii * quamplures.*

Signum Domini Friderici  *Romanorum Imperatoris inviƈtiſſimi.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Ego Udalricus Cancellarius vice Rainaldi Colonienſis Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Aƈta ſunt hec Anno Dominice Incarnationis MCLXII. Indiƈtione X. Regnante Domno Friderico Romanorum Imperatore viƈtorioſiſſimo, Anno Regni ejus X. Imperii verò VII.

Datum Papie poſt deſtruƈtionem Mediolani, V. Kalendas Madii feliciter. Amen.

Non improbo fidem Algiſi illius Abbatis erga Auguſtum. Commendare tamen nequeo tantum ejus ſtudium ac ſolicitudinem pro ipſo adversùs Patriam ſuam Mediolanum. Si bene poſtea Abbati huic non fuit, poſtquam Populus Mediolanenſis Anno MCLXVII. reſumtis viribus, Urbe reſtauratâ, ac Friderici demum fraƈtis copiis, rerum rurſus potiti fuerunt, qui, rogo, miretur? Alios ſacros viros, curis & negotiis Secularibus nimium addiƈtos paria damna fuiſſe paſſos, Hiſtoria tradit. Ob eaſdem autem rationes idem naufragium in aliis locis & Urbibus agros non paucos, decimas, primitias, emphyteuſes, aliaque jura & commoda minora Cleri utriuſque involvit. Aliquibus tamen Epiſcopiis atque Mo- B naſteriis feliciora olim faƈta aſtitere: iis enim obtigit, ut aut ſua ſervarint illaeſa, aut etiam recuperarint deperdita. Proinde nonnullarum Civitatum agri majorem partem veƈtigales ſive Libellarii Eccleſiarum adhuc ſunt. Quod praecipue animadverti poteſt in Ferrarienſi agro, in Mantuano, aliiſque non Lombardiae tantùm, ſed & univerſae Italiae. C Mirum enim eſt, quanta agrorum copia olim in Epiſcopos, Canonicos, Monachos, Sanƈtimoniales, Parochias, aliaſque Eccleſias translata fuerit, itaut interdum vix unum jugerum terrae fuerit in nonnullarum Civitatum integro Comitatu, quod immediate ab Eccleſiis non poſſideretur, aut ab iis jure emphyteuſeos non penderet. Atque hoc idem fa-

ƈtum

ctum in tota Beneventana Provincia animadvertit Ughellius, ubi Catalogum Beneventanorum Antiſtitum contexit Tom. 8. Italiae Sacrae. Dixi, Epiſcopos aliquot felicius, quàm reliqui, ſua ſervaſſe. Unum hujus rei exemplum exeram, quae nempe egerit Landulfus Ferrariae Epiſcopus Anno MCVI. Eccleſiae ſuae cauſam felici exitu perſequutus. Chartam concordiae ab eo initae cum Laicis, ſuppeditavit mihi Peregrinus Priſcianus, qui circiter Annum MCCCCXC. Annales Eſtenſes & Ferrarienſes concinnabat, nunc in Eſtenſi Bibliotheca adſervatos, & manu tantùm ſcriptos. Quod ibi animadvertas velim, ante Annum MCVI. ad componendas eas lites acceſſerat *Guido Epiſcopus Arretinus*, qui tamen, ſi Ughellium audimus, poſt Annum tantummodo MCIX. Cathedram illius Urbis conſcendit. In hanc etiam concordiam conſpiraſſe dicitur *Guilielmus Marchiſellae filius*, ſcilicet ſenior, de quo mihi facta eſt mentio in Diſſertatione XXXVI. *de Precariis*; atque alter ab eo, cujus celebris fama & nomen occurrit ad Annum MCLXXII. in Lib. Boncompagni de Obſidione Urbis Anconae Tom. V. Rerum Italicarum. Chartae nunc memoratae ita ſe textus habet.

Concordia inter Landulfum Epiſcopum Ferrariae & Laicos illius Civitatis, qui Clericis omnes Eccleſias, Oblationes, & Primitias renuntiant, Anno 1106.

T*empore, quo* Domnus Landulfus Epiſcopus *per* Domnum Papam Paſchalem *a Roma rediit conſecratus, convocavit omnes Cleros, Proceres, Valvaſores, Conſules, & Majores Populi Civitatis Ferrariae, & in Concilio reſidens dixit:* Volo & praecipio, ut omnes Layci relinquant Eccleſias, refutentque Oblationes, Decimas, & Primicias in manus meas. *Cumque omnes Layci indignarentur, & ſe non facturos penitus cauſarentur:* Domnus Gulielmus Marchiſella filius *dixit:* Quod Epiſcopus querit, ratio exigit. Non enim debent Layci Eccleſias habere, nec Oblationes cum Clericis dividere, nec Decimas & Primicias retinere, vel a Clericis exigere. *Quid multa? velit, nolit,* Layci venerunt, & in manus Domni Landulfi Epiſcopi, & Clericorum Civitatis Ferrarie refutaverunt Eccleſias, Oblationes, Decimas, & Primicias, & amplius non exigere a Clericis promiſerunt. *Atque ita diffinita eſt lis & altercacio, que neque tempore* Graciani Epiſcopi, *neque tempore* Guidonis Aritini Epiſcopi *potuit diffiniri. Et laudaverunt Epiſcopus & Clerici Dominum, & Beatum Georgium pro Laycis communiter oraverunt. Poſtquam hoc bonum totum factum eſt, ait Epiſcopus:* Alia controverſia, que adhuc viget inter Monachos & hujus Civitatis Clericos, ſic terminare, & deinceps volo iterum finem ponere: ut ſi Epiſcopus cum Canonibus ad corpus alicujus mortui affuerit, majorem Miſſam celebrabit. Vel ſi Archipresbyter majoris Eccleſie, & non Epiſcopus, ſimiliter majorem Miſſam celebrabit. Vel ſi Archipresbiter Conventus, aut alicujus Congregationis Archipresbiter affuerit in omnibus Eccleſiis majorem Miſſam celebrabit, excepto in

Eccleſia

Eccleſia Sancti Bartholomei, & Sancti Silveſtri, & Sancti Romani, ideo quia Ordinem & Regulam ſervant. *Omnes pariter, qui aderant, laudaverunt. Tempore, quod factum eſt Anno Dominice Incarnationis MCVI. Pontificatus autem Domni Paſchalis Secundi Papae, Anno Sexto.*

Ut ergo vetarentur Epiſcopi, Abbates, aliique Eccleſiarum Rectores, dilapidare deinceps, ſeu alienare ſacrum patrimonium, cujus non domini ſunt, ſed adminiſtratores, Romani Pontifices & Concilia variis Canonibus ac legibus occurrerunt, quae legendae ſunt in Decreto Gratiani, in Decretalibus, atque in Conciliorum collectionibus. Ac tandem ſive ipſius Papae conſenſu, ſaltem in Italiâ, interdicta fuit Eccleſiaſticorum bonorum alienatio. Neque recens eſt ejuſmodi antidotum, ut fidem faciet Charta, quam ex Senenſibus membranis hauſtam mihi ſuppeditavit Cl. V. quondam Hubertus Benvoglientus Patricius Senenſis.

Paganus Epiſcopus Volaterranus Monaſterio Sancti Galgani Ordinis Ciſtercienſis nonnullos aquaeductus & ſilvas, praehabitâ ab Innocentio III. Summo Pontifice facultate, donat, Anno 1216.

IN *nomine Domini. Anno Domini MCCXVI. Die II. Kalendas Julii, Indictione IV. Evidenter appareat, quod nos* Paganus *Dei gratiâ* Vulterranenſis Epiſcopus, de mandato & licentiâ Domini Pape Innocentii Tertii *nobis ab eo datas, prout in litteris infraſcriptis continetur, quarum tenor talis eſt:* Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Vulterrano Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tua nobis fraternitas ſupplicavit, ut cum bone memorie J. Predeceſſor & Patruus tuus Monaſterium Sancti Galgani fundavit, Ciſtercienſem Ordinem inſtituens in eodem, nec ſicut decuit, ipſum dotare potuit; ac tu conſideratâ ipſius paupertate, in hoc ſupplere deſideres tui Predeceſſoris defectum; tibi dignaremur miſericorditer indulgere, ut non obſtante vinculo juramenti, quod nobis & Apoſtolice Sedi feciſtis, de non concedendis alicui bonis Eccleſie abſque licentia & mandato, eidem poſſis Monaſterio commode providere in aqueductibus, molendinare, & parte aliqua paſcuorum & ſilvarum, inter que idem Monaſterium noſcitur eſſe ſitum. Nos igitur tuis precibus pietatem continentibus benigne annuentes, auctoritate preſentium tibi concedimus, que petiſti. Data Laterani VI. Idus Februarii, Pontificatus noſtri Anno Octavodecimo. *Amore Dei, intuitu pietatis & miſericordie, necnon pro redemptione animarum noſtrorum Predeceſſorum, & anime noſtre, noſtrorumque Succeſſorum, nomine Eccleſie Vulterrenſis & Epiſcopatus, damus, tradimus, concedimus irrevocabiliter tibi* Domno Johanni Abbati Monaſterii Sancti Galgani, *recipienti & ſtipulanti nomine ejuſdem venerabilis loci habilitatem, opportunitatem, fructum, & uſumfructum, & plenam facultatem integraliter & totaliter faciendi & conſtruendi aqueductus per terram noſtram & Epiſcopatus, & per terram noſtrorum hominum, ubicumque eſt, & reperiri poterit, & reperta*

fuerit

fuerit ydonea & opportuna pro molendinis veſtris poſitis in loco & vocabulo, quod dicitur Campora, & pro aliis molendinis novis ſub ipſis poſitis, & pro aliis molendinis veteribus; & conſtruendi ac ponendi ſteccatas, goras, ſiut .... pro tempore neceſſaria in ſupradictis molendinis preſentibus & futuris in perpetuum infra terras noſtras, & terras noſtrorum hominum, ubicumque repertum fuerit aliquid inter dictas terras opportunum ad commoditatem dictorum molendinorum pro dictis aqueductibus competentibus & contingentibus dictis molendinis vel aliquid .... tenore & Lege inſertis, ut amodo in antea dictum Monaſterium ſupraſcriptam habilitatem, opportunitatem, uſum & uſufructum, & cetera ſupradicta habeat, teneat, poſſideat, & percipiat inrevocabiliter, & inrefragabiliter ſine contradictione noſtra, vel noſtrorum Succeſſorum, vel alicujus perſone pro nobis, vel pro noſtro Epiſcopatu, vel alterius cujuſcumque perſone Eccleſiaſtice vel Secularis. Quibus prefatis aqueductibus preſentibus vel futuris, & ſteccatis dictorum molendinorum hi ſunt confines, videlicet: a ſuperiori parte eſt terra vel locus, qui dicitur Cella Martini, quam retinet Ugucci͏o condam Jannutii, & ſunt iſti confines Senenſes uſque ad inferiora molendina poſita in loco, qui dicitur Moricii. Item damus, tradimus, concedimus in dicto Monaſterio tibi ſupraſcripto Abbati, in dicto modo recipienti & ſtipulanti, habilitatem, opportunitatem, uſum & uſumfructum, & plenam facultatem inrevocabiliter & integrum, de tota Silva noſtra & Epiſcopatus, infra quam eſt ſupraſcriptum Monaſterium pro paſcuis neceſſariis animalibus ejuſdem Monaſterii in perpetuum, & pro aliis uſibus & neceſſitatibus ejuſdem Monaſterii. Cui Silve a parte Meridiana eſt Silva Lugrianenſis, ſicut defluit in foſſatum, qui dicitur de la Coſtuglia, uſque eſt flumen Merſa: a parte Occidentali, ſicut trahit linea ab angulo dicte Silve Lugrianenſis uſque ad fontem Righinette, & Righinetta defluit in Galeſſa, & Galeſſa ſimul cum Righinetta defluit in Merſam: a parte Septentrionali eſt dictus fluvius Galeſſa, ſicut defluit in dictum flumen Merſe: a parte Orientali eſt planities montis, qui dicitur Seppi, ad pedes cujus montis ab orientali parte eſt ſitum ſupradictum Molendinum vetus Sancti Galgani cum planitie ſibi pertinente. Quas prenominatas dationes, conceſſiones, & omnia & ſingula predictarum donamus, tradimus &c. titulo donationis inter vivos &c. auctoritate noſtra & Eccleſie Vulterrane & Epiſcopatus &c. & ab omni perſona legiptime defendere, auctorizare, expedire, disbrigare ſpondemus &c. obligantes nos &c. ſub diſtrictione cujuſcumque Regiminis vel Curie, per quam magis cogi poſſemus pro tempore nos vel noſtri Succeſſores. Renunptians omni Juris divini & humani auxiliis & beneficio competenti, privilegio Eccleſiaſtico & Clericali, & generaliter omni beneficio ſuffraganti &c. Salvo tamen, ut ſi quando nos vel Succeſſores noſtri infra dicta bona & confines voluerimus per noſtram, vel noſtrorum hominum terram noſtram hedificia conſtruere non malitioſe, nec obſtantia dicti Monaſterii hedificiis, libere id facere valeamus ſine contradictione alicujus de dicto Monaſterio.

Actum in Curia prefati Domini Epiſcopi juxta Caſſanum de Monteri, in preſentia Tudini Caſtellani de Monteri, Domni Ildini Prioris Sancti Galgani, Simonis Canonici de Monteri, Fidanze Fiamenghi de Menzano, Ugolini Domine Aghine de Montalcino, vocatorum teſtium.

Ego

Ego Bencius Sacri Imperii Notarius, ut ſupra continetur, rogatus ſcripſi, & de mandato prenominati Domini Epiſcopi in publicam formam redegi.

Occurrit nobis in Charta hac mentio *Juramenti*, quod Paganus Epiſcopus Innocentio III. Pontifici, & *Apoſtolicae Sedi fecit de non concedendis alicui bonis Eccleſiae abſque licentia & mandato* ejuſdem Romanae Sedis. Et ſane in Regeſto MSto Cencii, ſeu Cinthii Camerarii, Romanae Eccleſiae formulas vidi, quibus Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, ante quingentos annos ſeſe obſtringebant Papae, inter quas nonnullae ſunt teſtes ejuſdem jurisjurandi. Formulas ipſas in omnium Eruditorum commodum exerere ſtatui.

Formulae Juramenti, quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates praeſtabant Romano Pontifici, Anno 1235. & ſubſequentibus.

„ Juramentum Epiſcoporum, vel Abbatum a Romano Pontifice conſecratorum.

E*Go* N. *Epiſcopus ab hac hora in antea fidelis ero & obediens Beato Petro, ſanctaeque Apoſtolicae Romanae Eccleſiae & Domino meo Papae* N. *ejuſque Succeſſoribus, canonice intrantibus. Nec ero in conſilio neque in facto, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur malâ captione. Conſilium, quod mihi per ſe aut per literas aut per Nuntium credituri ſunt, ad eorum damnum me ſciente nulli pandam. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri adjutor ero ad retinendum, & defendendum, ſalvo meo Ordine, contra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam, niſi praepeditus fuero canonicâ praepeditione. Legatum Apoſtolicae Sedis, quem certum Legatum ejus cognovero, in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Apoſtolorum limina ſingulis annis aut per me, aut per meum Nuntium viſitabo, niſi ego abſolvar licentiâ.* Poſſeſſiones ad menſam mei Epiſcopatus pertinentes de novo non infeudabo, neque locabo, neque alienabo, inconſulto Romano Pontifice. *Sic me Deus adjuvet, & haec ſancta Dei Euangelia.*

„ Juramentum Archiepiſcoporum de obedientia Beato Petro, & ſuis Succeſſoribus exhibendâ.

A*B hac hora, & in antea, fidelis ero & obediens Beato Petro & Papae* N *ſuiſque Succeſſoribus, qui per meliores Cardinales intraverint. Non ero in conſilio neque in facto, ut vitam aut membra, aut Papatum perdant, aut capti ſint malâ captione. Ad Synodum, ad quam me vocabunt, vel per ſe vel per ſuos Nuntios vel per ſuas literas, veniam & canonice obediam: aut, ſi non potero, Legatos meos mittam. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri, adjutor ero ad tenendum & defendendum, ſalvo meo Ordine. Conſilium verò, quod mihi crediderint per ſe, aut per Nuntios ſuos ſive per literas, nulli pandam me ſciente ad eorum damnum. Legatum Romanum eundo & redeundo honorifice tractabo, & in neceſſitatibus ſuis adjuvabo. His, quos nominatim excommunicaverint, ſcienter non communicabo. Romanam Eccleſiam per ſecularem militiam fideliter adjuvabo, quum invita-*

tus ſuero. Haec omnia obſervabo, niſi quantum ſuâ certâ licentiâ remanſerint.

,, Juramentum Epiſcoporum Pallia
,, ſuſcipientium.

EGo N. Archiepiſcopus ab hac hora in antea fidelis ero Sancto Petro, ſanctaeque Romanae Eccleſiae, & Domino meo Papae N. ſuiſque Succeſſoribus, electione meliorum Cardinalium intrantibus. Non ero in conſilio, aut facto, ut vitam perdant aut membra, aut capti ſint malâ captione. Conſilium verò, quod mihi credituri ſunt per ſe, aut per Nuntios ſuos ſive per literas, nulli manifeſtabo ad eorum damnum, me ſciente. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum & defendendum, ſalvo meo Ordine: Legatum Romanum eundo & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Vocatus ad Synodum venire non differam, niſi praepeditus canonicâ excuſatione vel praepeditione. In Natalitiis Apoſtolorum, eorum Limina viſitabo aut per me aut per Nuntium meum, niſi Apoſtolicâ licentiâ remaneam. Sic me Deus &c.

,, Pallium datur Archiepiſcopis ſeu
,, Epiſcopis ſuper altare a Diaco-
,, nibus Cardinalibus & Subdiaco-
,, nibus Romanae Eccleſiae in
,, haec verba.

AD honorem Dei, & Sanctae Mariae Virginis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctae Romanae Eccleſiae, atque commiſſae tibi N. Eccleſiae, tradimus tibi Pallium de Corpore Beati Petri ſumtum, plenitudine ſcilicet Pontificalis officii, ut utaris eo infra Eccleſiam certis diebus, qui nominantur in Privilegiis, ab Apoſtolicâ Sede tibi conceſſis, & in eo poteſtatem habeas conſecrandi Epiſcopos & celebrandi Concilia.

,, Iſta eſt Litera, quam Radulfus Lug-
,, dunenſis Epiſcopus deſtinavit.

SAnctiſſimo patri ac Domino, Gregorio Dei gratiâ ſummo Pontifici, Radulfus Dei & ſui miſeratione, Lugdunenſis Eccleſiae Miniſter humilis, optata & devota pedum oſcula beatorum. Noverit Sanctitas veſtra, quod quum venerabilibus patribus......... Claromontenſi & Anicienſi Epiſcopis Pallium ab ipſis mihi tradendum miſiſſetis, ita quod ſi ambo intereſſe non poſſent, alter iſtud nihilominus exſequeretur, a Domino Anicienſi illud recipiens, Domino Claromontenſi per ſuas literas legitime excuſato juramentum fidelitatis in manu Domini Anicienſis, nomine veſtro & Romanae Eccleſiae preſtiti ſub hac forma. Ego Radulfus Lugdunenſis Archiepiſcopus ab hac hora in antea fidelis & obediens ero Beato Petro, ſanctaeque Apoſtolicae Romanae Eccleſiae, & Domino meo Papae Gregorio, ſuiſque Succeſſoribus canonice intrantibus. Non ero in conſilio aut conſenſu vel facto, ut vitam perdant aut membrum aut capiantur malâ captione. Conſilium verò, quod mihi credituri ſunt per ſe aut per Nuntios ſuos ſive per literas, ad eorum damnum me ſciente nemini pandam. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri adjutor ero eis ad retinendum & defendendum, ſalvo meo Ordine, contra omnem hominem. Legatum Apoſtolicae Sedis in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Vocatus ad Synodum veniam, niſi praepeditus fuero canonica praepeditione. Apoſtolorum Limina bienniis ſingulis viſitabo, aut per me, aut per meum Nuntium, niſi Apoſtolicâ abſol-

var

dar licentiâ. Poſſeſſiones verò, ad menſam mei Archiepiſcopatus pertinentes, non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconſulto Romano Pontifice. *Sic me Deus adjuvet, & haec ſancta Euangelia*.

A

„ Juramentum Epiſcoporum a Roma-
„ no Pontifice conſecratorum.

B

IN *nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ſanctae Incarnationis ejus Milleſimo &c. Promitto ego* N. *Epiſcopus Sanctae* N. *Eccleſiae vobis beato Petro Apoſtolorum Principi, Vicarioque tuo beatiſſimo Papae Domino meo* N. *ejuſque Succeſſoribus, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum Corpus tuum, me omnem fidem & puritatem ſanctae Fidei Catholicae exhibere, & in unitate Fidei Deo cooperante perſiſtere, in qua omnium Chriſtianorum ſalus eſſe ſine dubio comprobatur; & nullo modo contra unitatem communis & univerſalis Eccleſiae ſuadenti cuipiam conſentire, ſed, ut dixi, fidem & puritatem meam, atque concurſum tibi, utilitatibuſque Eccleſiae tuae, cui a Domino Deo data eſt poteſtas ligandi & ſolvendi, & praedicto Vicario tuo atque Succeſſoribus ejus per omnia exhibere. Promittens pariter feſtinare omni anniſu, ut ſemper pax, quam Deus diligit, inter Romanam Rempublicam & nos, hoc eſt gentem Longobardorum conſervetur, & nullo modo contra agere facere quidpiam adverſum promitto, quatenus in omnibus fidem meam ſinceriſſimam exhibeam. Quod ſi, quod abſit, contra hujus promiſſionis meae ſeriem aliquid ingenio vel occaſione tentavero, vel contra Catholicam Legem reus inveniar, aeterno*

C

D

E

judicio & ultione Ananiae & Saphirae incurrâm, qui etiam tibi beato Petro de rebus propriis fraudem fecere, & falſa dicere praeſumſerunt. Hunc autem indiculum ſacramenti ego N. *Epiſcopus manu propria ſubſcripſi, atque poſitum ſuper ſacratiſſimum Corpus tuum, ſicut ſuperius legitur, Deo teſte & judice praeſtiti ſacramenti, quod obſervare promitto.*

„ Juramentum Archiepiſcoporum, qui
„ venire debent ad Synodum Se-
„ dis Apoſtolicae Legatorum, &
„ tractare fideliter ornamenta &
„ praedia Eccleſiae ſibi commiſſae.

EGo N. *Archiepiſcopus pro ſuperbia, non dimiſi, quod veni ad Synodum* N. *ad quam me vocavit Legatus Domni Papae* N. *Itaque ſi vocatus Nuntio vel literis Apoſtolicae Sedis fuero, nullo malo ingenio, & nulla fraude me ſubtraham, ſed veniens diffinitioni & judicio hujus Eccleſiae fideliter obediam. Quod ſi Domino Papae* N. *& Succeſſori ſuo placuerit, me de objectis ante Legatum ſuum reſpondere, id per omnia faciam.* Theſauros verò, & ornamenta, & praedia Eccleſiae mihi commiſſae ad honorem ipſius Eccleſiae fideliter tractabo & ad reſiſtendum juſtitiae ea non alienabo: *nec aliquo ſtudio inveniam, ut Romanae Legationi reſiſtatur. Sic me Deus &c.*

„ Juramentum fidelitatis praeſtitum
„ a Bartholomaeo Archiepiſcopo
„ Sanctae Severinae.

BArtholomeus Archiepiſcopus Sanctae Severinae, *recepto Pallio ab* Obzone Archiepiſcopo Cuſentino, *ſecundùm mandatum Domini Papae juravit fidelitatem Eccleſiae Romanae, ſicut continetur ſuperius adnotatum, adje-*

ſto quod ubi dicitur ſingulis trienniis viſitabit Sedem Apoſtolicam, *ibi continetur de ſingulis annis. Et haec conſtiterunt per literas ipſius Archiepiſcopi Cuſentini, & ipſius Archiepiſcopi Sanctae Severinae, cujus patentes literas idem tranſmiſit juramentum fidelitatis de verbo ad verbum expreſſum in eis.*

A

„ Juramentum Johannis Abbatis
„ Melitenſis.

B

E*Go Frater* Johannes Abbas Monaſterii Melitenſis, *ab hac hora in antea fidelis & obediens ero Beato Petro, ſanctaeque Apoſtolicae Romanae Eccleſiae,* & Domino *meo* Papae Gregorio, *ſuiſque Succeſſoribus canonice intrantibus. Non ero in conſilio aut conſenſu vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, aut capiantur malâ captione. Conſilium verò, quod mihi crediturі ſunt per ſe aut per Nuntios ſuos, ſive per literas, ad eorum damnum me ſciente nemini pandam. Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum & defendendum, ſalvo meo Ordine, contra omnem hominem. Legatum Apoſtolicae Sedis in eundo & redeundo honorifice tractabo & in ſuis neceſſitatibus adjuvabo. Vocatus ad Synodum veniam, niſi praepeditus fuero canonicâ praepeditione. Apoſtolorum Limina annis ſingulis viſitabo aut per me aut per meum Nuntium, niſi Apoſtolicâ abſolvar licentiâ.* Poſſeſſiones verò ad menſam mei Monaſterii pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconſulto Romano Pontifice. *Sic me Deus adjuvet, & haec ſancta Euangelia.*

C

D

E

Oliverius Praepoſitus Eccleſiae Sanctae Mariae de Vezano *juravit ſecundùm formam praeſcriptam ſervare, quae continentur in ipſa.*

Michaël Abbas Monaſterii Florentini *juravit eodem modo.*

Jacobus Praepoſitus Eccleſiae Sancti Poſſidonii Reginae Dioeceſis *juravit eodem modo.*

Petrus Abbas Monaſterii Sancti Petri in Vinculis Ravennatenſis Dioeceſis *in eumdem modum juravit.*

„ Juramentum Henrici Abbatis Mo-
„ naſterii Sancti Eadmundi.

E*Go* Henricus Abbas Monaſterii Sancti Eadmundi *ab hac hora in antea fidelis & obediens ero Beato Petro, ſanctaeque Apoſtolicae Romanae Eccleſiae,* & Domino meo Papae Gregorio, *ſuiſque Succeſſoribus &c.* (ut in ſacramento Johannis Abbatis Melitenſis). *Apoſtolorum Limina ſingulis trienniis viſitabo aut per me &c. Poſſeſſiones verò &c.*

In eamdem formam juravit Hugo Abbas Monaſterii beati Martini, majoris Monaſterii Turonenſis, *praeter quod viſitabit Sedem Apoſtolicam de biennio in biennium, ſicut literae ipſius ſigilli roboratae munimine continebant.*

In eadem forma juravit Guillielmus Abbas Monaſterii Sancti Petri de Biſulduno, *Ordinis Sancti Benedicti Gerundenſis Dioeceſis.* Datum Biſulduni IX. Kalendas Novembris ſub Anno Domini MCCLII.

Juramentum praeſtitum a Johanne Archiepiſcopo Arelatenſi *de verbo ad verbum patet per literas ſui ſigilli munimine roboratas, ſicut eſt ſuperius annotatum in juramento* Henrici Abbatis.

Cunradus Abbas Augienſis Monaſterii *juravit, ſicut ſupraſcriptus Henricus; & ejus juramentum conſtitit per literas patentes ipſius ſuo ſigillo munitas.*

Gertrudis Abbatiſſa Monaſterii Quidelingebergenſis, *hoc idem praeſtitit jura-*

juramentum, ſicut per ſuas patentes literas declaravit.

Conſtitit per literas Senebaldi Albarenſis Monaſterii Abbatis. *Eccleſiae Romanae juxta praemiſſam formam ipſum fidelitatis juramentum corporaliter praeſtitiſſe.*

Eadmundus Cantuarienſis Archiepiſcopus *juravit Eccleſiae Romanae fidelitatem in forma conſueta, praeſentibus Londonienſi & Roffenſi Epiſcopis, quibus erat a Domino Papa commiſſum, ſicut per ejuſdem Archiepiſcopi & praedictorum Epiſcoporum conſtitit Literas. Et viſitare tenetur Eccleſiam Romanam per ſe vel ſuos Nuntios, niſi a Sede Apoſtolica abſolvatur, ſingulis trienniis.*

Abbatiſſa Galtegrima Monaſterii Sancti Adeodati Beneventani *juravit juxta praemiſſam formam.*

Petrus Abbas Monaſterii Tramitani *juravit ſimiliter.*

Petrus Archipresbyter de Balneo, *aſſumtus de Eccleſia Peruſina juravit ſimiliter.*

Frater Gaufredus Abbas majoris Monaſterii Turonenſis *juravit ſecundùm praeſcriptam formam ſub Anno MCCXXXVI. Menſe Septembri.*

In eâdem formâ juravit Jarlerius Archiepiſcopus Uſpalenſis, *ſicut per ſuas patentes literas declaravit ſuo ſigillo munitas.*

In eumdem modum juravit Adalaſia Abbatiſſa Monaſterii Sancti Alexandri Parmenſis, *ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti, ſicut per ſuas literas declaravit, ſuo ſigillo munitas, Anno Domini MCCLIV. Pontificatus Domini Innocentii Quarti Anno XI.*

Frater Aegidius Placentinus Epiſcopus *juravit ſecundùm praeſcriptam formam, XVI. Kalendas Decembris.*

Frater Ugo Cluniacenſis Abbas *juravit ſecundùm Eccleſiae formam, in craſtino Octabe Aſſumtionis beatae Mariae Virginis, Anno Domini MCCXXXVI.*

Albertus Abbas Monaſterii de Nerviſia Terviſinae Dioeceſis, *juravit ſecundùm eamdem formam, Anno Domini MCCXXXVI. Menſe Martii, die II. intrante, Indictione IX.*

Jacobus Abbas Monaſterii Sancti Juſti Secuſionis, *praeſtitit juramentum Eccleſiae Romanae, ſicut per ſuas patentes literas declaravit.*

Philippus Prior Balneariae *praeſtitit juramentum Eccleſiae Romanae, ſicut per ſuas patentes literas declaravit.*

Petrus Abbas Monaſterii Sanctae Mariae de Camiliano, *praeſtitit juramentum Eccleſiae Romanae, ſicut per ſuas patentes literas declaravit.*

Johannes Abbas Monaſterii Sancti Albani, *praeſtitit juramentum Eccleſiae Romanae, ſicut per ſuas patentes literas declaravit.*

Stephania Abbatiſſa Monaſterii Sanctae Mariae Brunduſinae, *praeſtitit juramentum Eccleſiae Romanae, ſicut per ſuas literas patentes declaravit.*

Benencaſa Abbas Monaſterii Sancti Georgii de Venetiis, *praeſtitit juramentum Eccleſiae Romanae, ſicut per ſuas patentes literas declaravit, ſub Anno Domini MCCXXXVI. Menſe Decembri, die XIV. Indictione X.*

Dondedeus Abbas de Petra Martini Terdonenſis Dioeceſis, *eodem modo juravit, ſub Anno Domini MCCXXXIX. Indictione XII.*

Subſequenti autem Seculo Tertiodecimo frequentiora occurrunt exempla petitae per Eccleſiaſticos viros ab Apoſtolica Sede facultatis alienandi. Ego unum autographum proferam ex Senenſibus membranis excerptum, atque a ſupra laudato Benvogliento, dum vivebat, ad me miſſum.

Fa-

Facultas vendendi bona, conceſſa ab Alexandro IV. Papa Abbatibus Sancti Galgani Volaterranae, & Sancti Eugenii Arretinae Dioeceſeon, Anno 1255.

A Lexander Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* ...... Sancti Galgani Ciſtercienſis, *&* ...... Sancti Salvatoris de Berarden Camaldulenſis Ordinis Abbatibus Vulterranae & Aretinae Dioeceſis, *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii* .... Abbas & Conventus Monaſterii Sancti Eugenii, *ad Romanam Eccleſiam, ut dicitur, nullo medio pertinentis Ordinis Sancti Benedicti*, Senenſis Dioeceſis, *nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum idem Monaſterium tam propter guerram, quam hactenus Florentini & Senenſes ad invicem habuerunt, & propter collectas & exactiones, quas Commune Sene extorſit ab eis, quàm propter ſteccati cujuſdam Molendini eorum recuperationem, adeo gravi prematur ſarcinâ debitorum, quod niſi celeriter ſuper hoc provideatur, incurret irreparabile detrimentum alienandi de bonis immobilibus dicti Monaſterii minùs utilibus, pro debitis hujuſmodi perſolvendis uſque ad ſummam mille Librarum Senenſium minutorum; & cum alios non habeant, unde poſſint de ſuis deponere humeris onus iſtud*, eis licentiam de benignitate Sedis Apoſtolice largiremur. *De veſtra itaque circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtrae per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus propoſitâ neceſſitate inſpectâ, & habentes pre oculis ſolum Deum*, eiſdem pro ut ipſius Monaſterii utilitas, ſeu neceſſitas exegerit, petitam licentiam tribuatis: *proviſo quod pecunia ipſa in debitorum ipſorum ſolutionem totaliter, vel ſi debitorum quantitatem exceperit, ſuperfluum in utilitatem ipſius Monaſterii per manus veſtras ſub veſtri teſtimonio convertatur. Quod ſi non ambo iis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nichilominus exequatur.*

Datum Neapoli VIIII. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Ceterum, ut ſupra dixi, ab ipſis Abbatibus & Epiſcopis, divinas leges contemnentibus, quod ambitioni, aut gulae, aut philargyriae, aut bellò, aut conſanguineorum, amicorumve commodis ultra aequum ſtuderent, illata Eccleſiis plurima damna fuere. Gulam quoque memoravi; neque enim Abbates defuere, qui miſeris Monachis jejunare coactis, opiparam ſibi menſam parabant, aut certe in Refectorio cum Fratribus communem cibum reſpuebant. Lepidum eſt quod ad me ſcripſit Domnus Petrus Paulus Ginnanius Prior Benedictinus in Ravennate Monaſterio Sancti Vitalis, veterum monumentorum ſtudioſiſſimus; videlicet, effoſſam Anno MDCCXXXI. fuiſſe in horto quodam illius Urbis Statuam, quae licèt capite imminuta, referebat effigiem Monachi, ſive Abbatis, ſiniſtrâ Librum tenentis, & indice dextrae deſignantis literas haſce, in ejuſdem Libri limbo ſculptas:

FER

FER
CVLA
PLATV
VOLO SI
NT COM
MVNIA FRA
TRVM

Hoc eſt: *Fercula Praelatûm volo ſint communia Fratrum*. Nimirum, ut puto, religioſus aliquis Abbas Statutum condiderat, ut idem in poſterum Abbati ac Monachis foret cibus? Aut Monachus aliquis Coenobio illi ſuos reditus contulerat, quibus conſuleretur deinceps Monachorum indigentiae, qui forſitan antea ultra aequum jejunabant, dum Abbates laute prandebant. Quare viro de ſe tam bene merito Statuam Monachi grati ponendam cenſuerunt. Quantam verò perniciem ejuſmodi parùm religiòſi Abbates intulerint inſigni Farfenſi Coenobio, habes in Chronico ejuſdem Monaſterii a me edito Part. II. Tomi II. Rer. Italicarum. Atque heic felicitati meae tribuo, quod luculentiora etiam monumenta exerere nunc poſſim ad illuſtrem locum illum ſpectantia. In Praefatione ad idem Chronicon dolebam, elapſum mihi e manibus fuiſſe Opuſculum MStum *de Deſtructione Monaſterii Farfenſis, editum a venerando Patre Hugone Abbate ejuſdem Monaſterii*. Fragmenta etiam protuli inde excerpta. At deinde factum eſt, ut integrum Opuſculum ex inſperato acceperim, ac fuerim deoſculatus, uti fruſtulum pretioſum Saeculorum rudium quibus manca adeo eſt Italica Hiſtoria. Et totius quidem Litera-

A riae Reipublicae verbis agendae ſunt ac habendae gratiae P. D. Euſtachio Caracciolo Neapolitano, quem uti praeclarum ſui Ordinis ornamentum Clerici Regulares ſuſpiciunt, ego verò ob eximiam generis nobilitatem, gravitatem morum, & praecipue ob inſignem humanitatem, ſtudiumque perenne in colligendis antiquae Hiſto-
B riae ruderibus, & venerari & amare nunquam deſinam. Is enim Opuſculum hoc, praeter alia heic evulgata, liberaliſſime mihi contulit, ita ut ex ejus dono, quae in editione Chronici Farfenſis deſiderabantur, nunc Literatorum omnium oculis ſubjiciam. Auctor Opuſculi *Hugo Abbas*, qui loco eidem praeeſſe coepit Anno Chri-
C ſti DCCCCXCVII. homo variâ fortunâ uſus: ſed quod in ejus laudem cedit, indefeſſus reſtaurator ejuſdem Farfenſis Monaſterii, cujus regimen non ſemel depoſuit atque recepit. Anno MXXXIX. finem vivendi fecit. Jamque accepimus in Chronico Farfenſi pag. 549. alteram ejuſdem Hugonis Abbatis narrationem *de di-*
D *minutione recentiori Monaſterii ſui*, ſcriptam circiter Annum MXIV. Quae nunc mihi exerenda eſt, pertinet ad tempora praecedentia, ſive ad Seculum Aerae Chriſtianae Decimum. Monuit autem nuper laudatus P. Caracciolus, Opuſculum hoc deſcriptum fuiſſe e ſchedis celeberrimi Cardinalis Guilielmi Sirleti, in Vaticana Bi-
E bliotheca adſervatis. Sed ne heic quidem conſtitit ejuſdem Religioſi atque amiciſſimi viri diligentia. Ex ipſis Sirleti adverſariis is alteram narrationem exſcribendam curavit, in qua de ſiniſtris caſibus Monaſterii Farfenſis agitur ab Anno MCXIX. uſque ad MCXXV. Hanc etiam producere juvat, utpote quae, non ſecus atque altera, hactenus luce caruit. Multa

verò

verò in utrâque comperies, quae ad eruditionem Eccleſiaſticam, immo & A Secularem illorum temporum, conducere poſſunt.

De Deſtructione Monaſterii Farfenſis, Opuſculum Hugonis Abbatis, circiter Annum 1004.

Incipit Prologus deſtructionis Monaſterii Farfenſis, editus a venerando Patre Domno Ugone Abbate praelibati Monaſterii, ſanctiſſimo valde viro. Circiter Annum Chriſti 998.

B *COgentibus multis, immo multis & cunctis majoribus & carioribus Fratribus noſtri Coenobii, quorum rogatui omnino ne obtemperare abſurdum duxi: * quaprooter aggreſſus ſum ex toto mihi utile, quippe qui vitam propriam neſcio corrigere, aliorum temerario auſu nullo modo reprehendere debeo, vel de-* C *trectare, quod neque cunctis Monachis oportet cavere; qui Deo reprehenſibilis invenior culpis propriis fatentibus, ut vix ante clientulos inexcuſabilis inveniri queam, quanto majus ante majores natu & doctrinâ, nec non & coaevos. Sed quia magis non obſtet aliquoties prava praeſumtio, qua multoties nocet obſtinata negatio ideo exiſtimavi* D *utiliorem obedientiam fore, quae ſacrificio praeponitur, quàm inobedientiam, quae damnationi imputatur. Propterea obtemperavi precibus, accommodavi aures ſupplicationibus praedictorum, ut de nefanda Deſtructione rerum noſtri Monaſterii, quae conceſſae ſunt a piis miſericorditer, ab impiis diſtributae crudeliter, aliquod Opuſculum dictarem;* E *per quod aperte ſcire poſſent, qualiter, & quo tempore, vel a quibus* malis Rectoribus Monaſterium praedictum coeperit annullari; *quod per tanta annorum curricula a tot Sanctis Patribus, qui leguntur in ejus Conſtructione, quam digniter ſciunt ditari & ſublimari, & non tantùm faciunt per detractionem iniquorum Paſtorum, quantùm pro laude bonorum. Ut quaeque venturae poteſtates ſunt auditurae de priori ſublimitate Conſtructionis, & de poſtera minoratione Deſtructionis, quantùm congaudent de bonis collatis, tantùm condoleant de bonis ablatis. Et ſicut ſequi debent bonorum exemplum, ſic ſugere ſtudeant exemplum malorum. Iſti ſanctiores volunt, ut ſicut prior Libellus vocatur* Conſtructio, *ita iſte ſecundus vocetur* Deſtructio. *Deus verò de alto dirigat proſpere vota noſtra, atque concedat, ut illis rogantibus, nobiſque obſequentibus, Deſtructio iſta noviter dictata proſit ad noſtra vitia deſtruenda; & antiqua illa Conſtructio ob memoriam Patrum inibi continentium, ſit reſtauratio ad ſpiritales Virtutes, noſtris pectoribus inſerendas. Hoc unum volo, vos ſcire certiſſime, qui audituri eſtis, quare nihil hìc continetur, niſi quod a veridicis compertum eſt relationibus, & ſimul magis non recipi Euangelia illa, quae viſu exarata ſunt, quàm illa quae auditu. Idcirco fiducialius iſta ac ſecurius componere tentavi.*

Explicit Prologus iſte.

INCI-

INCIPIT DESTRUCTIO.

Igitur quemadmodum praelibatum eſt, per multa annorum curricula ſupradictum Monaſterium a dictis Patribus honeſte ac religioſiſſime diſpoſitum eſt: atque de die in diem augebatur & accumulabatur in ſpiritualibus, corporalibus beneficiis non mediocriter, ſed perfecte poene uſque ad completum imperium Francorum Regum. Qui poſt expulſionem Langobardorum Imperatorum Italicum Regnum ſtrenue potenterque per multa ſpatia temporum honorifice gubernarunt, Eccleſias Dei exaltando, pauperes recreando, juſtitiam & legem ubique adimplendo. Poſtquam verò, quando illorum poteſtas ab Italico Regno, peccatis facientibus, coepit ceſſare, praedictum Regnum paulatim coepit annullari. Denique ipſis recedentibus, culpis Chriſtianorum cooperantibus, Paganorum multitudo, ideſt Agarenorum gens Italiam intravit. In tantùm verò, ceſſante malitiâ Italorum, crevit illorum poteſtas, ut a Trapido uſque ad flumen Padum perpaucae eſſent Civitates, videlicet exceptis Româ & Ravennâ, quas ipſi aut non deſtruerent, aut non ſuo dominio ſubjugarent. Quas verò Provincias & Urbes vi obtinebant, omnino depopulabantur, cunctaque inibi inventa ſibi diripiebant. Sub hac verò tempeſtate Petrus *venerabilis* Abbas *jam dictum Monaſterium religioſiſſime gubernabat, & ſub ejus magiſterio multa Fratrum caterva non ſolùm in ipſo capite Monaſterii, verùm & in cunctis eidem ſubjectis Cellis, in omnibus, quae ad Deum pertinent, ex integro pulcre ac docte vigebat. In exterioribus autem quantùm longe lateve creverat, in collatis ſupradictorum Regum legitur, qui illud ſemper propriis manibus ſub ſua tuitione tenuerunt, & ut Praecepta inibi ab eis conceſſa referunt; in quibus continetur, quod* Carolus *ibi contuliſſet Monaſterium Sanctae Mariae, quod dicitur in Minione:* Hlodovicus *Monaſterium Sancti Stephani, quod ponitur in Lucana, inibi ſubjeciſſet; aliud denique* Carolus *Monaſterium Sancti Marci, ſubtus muros Civitatis Spoletanae ſitum ſibi conceſſiſſet. Haec verò atque alia donaria ceterorum fidelium majorum atque minorum ibidem conceſſa, quantùm illud ſublimaverint, non eſt noſtrae facultatis per ſingula evolvere. Sed de plurimis unum in medium deducamus, quod paene cuncti antiquiores fatentur. Eccleſia denique quàm mirifice ornata erat, & officinae cunctae qualiter compoſitae, quis ad plenum valet referre? Tamen pauca dicamus ex plurimis. Ipſa namque major Eccleſia, tota plumbeo tecto cooperiebatur. Altare quoque principale, Ciborium totum ex lapide onychino habebat. Librorum volumina quanta & qualia, vel quàm diverſis aureis argenteiſque operibus ac gemmis, lapidibuſque pretioſis intexta habebantur, longum eſt enarrare. Veſtes quoque majoris Altaris deauratae atque gemmatae tot erant, quot Feſtivitates majores, ideſt Annuntiatio, Nativitas Domini, Circumciſio, ac Adventus Spiritus Sancti, nec non Aſſumtio Sanctae Mariae, & Nativitas ejus. Diei namque Judicii Tabula ibi erat verbis terribilis, ut quiſquis eam videbat, ſtatim timore incredibili ac pavore graviter replebatur, ita ut ſine memoriâ mortis per plures dies eſſe non poterat. Ornamen-*

ta verò alia, quae ad uſum Eccleſiae pertinent, quamplura & mirifica erant; quis valet comprehendere? Baſilicae aliae, abſque Majore, quinque ibi erant, quarum una, quae adhuc ſtat in honorem Sancti Petri conſtructa, in uſu Canonicorum habebatur. Secunda verò & Tertia ad opus erant infirmorum Monachorum: harum verò duarum una erat pro infirmis, qui jam convaleſcebant, alia verò pro illis, qui proximabant morti ſimul adjunctis domibus & balneis, ad utrorum ordinum utilitatem compoſita habebantur. Quarta autem in Palatio Regali conſtituta erat, quod ibi honorificum ſatis aedificatum erat, in quo Imperatores hoſpitabantur, quando illuc viſitandi gratiâ veniebant. Quinta verò Eccleſia extra muros ipſius Monaſterii aedificata in honore Sanctae Mariae, parvâ quidem ſed mirifice conſtructa, ubi mulieres conveniebant orationis cauſâ & viſitationis. Quia, ut ſenum refert relatio, antiquitus nulla mulierum intra muros illius ingrediebatur Monaſterii. Sed quotieſcumque Reginae, aut aliae mulieres cauſâ, quam ſupra diximus, illuc properabant, in Baſilica parvula, de qua ſupra diximus, faciebant ad ſe venire Abbatem ipſius loci, aut Fratres, quos volebant, ut cum eis de ſpiritualibus agerent, quae oporterent. Officinae cunctae laterales coopertae habebantur: pavimenta verò lapidibus quadratis, & ſeptis omnia ſacra erant, & uſque hodie ex parte apparent. Arcus deambulatorii per totum circuitum habebantur intus & foris: quia ut intus erant Clauſtra ad utilitatem Monachorum, ita erant extra ad Laicorum. Foris verò Clauſtrum totius Monaſterii ex omni parte erat fortiter munitum, & Turrium ad inſtar fortis Civitatis. Placita quoque & Judicia numquam ibi exercebantur: ſed habebant unum Palatium ultra rivum, qui Riana dicitur, ubi haec gerebantur. Quid multa? In toto Regno Italiae non inveniebatur ſimile illi Monaſterio in cunctis bonis, excepto Monaſterio, quod vocatur Nonantulae, ſed non ex toto, ut plures fatentur.

In tali namque ſtatu illo permanente, ut ſupra dictum eſt, ſupervenerunt Saraceni, qui cuncta circumquaque jam occupaverunt. Tandem undique circumdantes expugnare moliebantur, ſed nequaquam obtinere valuerunt. Venerabilis namque Petrus ipſius Monaſterii Abbas, Dei auxilio fretus, ac ſolatio Militum adjutus, frequenter illos a finibus ſui Monaſterii expellens, longius inſequi faciebat, plurimoſque interficiendo, per multos dies ſecure manebat. Sed illi infeſti, dum cuncta vicina loca ſibi ſubjugaſſent ac devaſtaſſent, illo ſemper revertebantur pugnaturi. Praedictus verò Abbas, quum hanc oppreſſionem per ſeptem continuos ſuſtineret annos cum ſuis Monachis, & videret, quod Deus Chriſtianum Populum, ſuâ malitiâ faciente, omnino oblivioni traderet & poteſtati Paganorum, videns ſe nullâ ratione amplius differre poſſe, tali in ipſo loco conſilio inito, diviſit Fratres ac theſauros in tres partes, unam mandans Romam, alteram dimiſit in Reatina Civitate, cum tertia autem per ſe ipſum ad Comitatum Firmanum veniens, confugium fecit, dimiſſo ex toto Monaſterio. Sed antequam egrederetur, deſtruxit Coenobium, quod ſupra diximus, & abſcondit lapides ſubtus terram, quos uſque hodie nullus potuit reperire. Ipſo verò cum Monachis egreſſo, Agareni intrantes invaſerunt locum. Quo perluſtrato, ita illis complacuit, ut de aedificio nihil deſtruerent, eo quod pulcherrimum illis appareret; ſed quando eis viderentur, intrarent & inhabitarent. Quo pera-

A peracto accidit, ut quidam latrunculi Chriſtiani, qui huc illucque diſcurrebant, inopiae cauſsâ ibi devenirent noctu. Et quum jacuiſſent in uno angulo ipſius Monaſterii, accenſo igne, pavore territi fugerent. Ignis verò exarſit, & in abſentiâ hominum praevaluit, atque concremavit cuncta, quae remanſerant. Praedicti verò latrunculi fuerunt de Oppido, quod nuncupatur Catino, &
B celare non potuerunt malum, quod perpetraverant negligenter. Praelibatus verò Abbas, ut praefati ſumus, ad Comitatum Firmanum veniens in Monaſterio Sancti Hippolythi & Sancti Johannis, quod dicitur in Silva, coepit habitare cum Fratribus, quos ſecum de Sabinis duxerat, & quos invenerat, lugens ac dolens de ſui Monaſterii Deſolatio-
C ne. His ita peractis, coeperunt praelibati Saraceni infra terminos Comitatus Firmani ad depraedandum introire. Qua de cauſſa praedictus Abbas in timorem iterum verſus, coadunatis ſuis Monachis & Militibus, fecerunt Caſtellum in Mantenano Monte, ubi poſtea locatum eſt Corpus Sanctae Victo-
D riae. Ibi quoque, uſquedum perſequutio illa ſedata eſt, permanſerunt; quia, ſicut antiquâ refert opinio, per quadraginta octo annos jugiter permanſerunt infra terminos Italiae praedicti Saraceni. Praecipue in Valeriae Provincia habitabant, quam magni montes occupant, in quibus confugia ſemper faciebant. Ibant denique a mari Thyrre-
E no uſque ad Adriaticum, & uſque ad Padum in praedam, & ſemper ad ipſos montes revertebantur. Inde autem ad flumen Lirim, quod vulgo Garilianum dicitur, ubi habebant navigia; per quae cuncta in ſuam tranſportabant patriam. In hac quoque miſeriâ conſtituto Regno Italico, praedictus Abbas in ſupradicto Oppido conſtructo cum ſuis Fratribus, laudabiliter vitae terminum conſummavit. Cui antequam moreretur, conſilium dederunt ſui Monachi & Laici, ut quemdam Clericum nomine Rimonem in Abbatem eligeret. Quod & fecit, ipſis Militibus conſiliantibus. Sepultus verò eſt in ſupra memorato Caſtello, in Oratorio Sanctae Mariae, quod ipſe conſtruxerat. Quo defuncto, praedictus Rimo ſuſcepit regimen loci ipſius. Qui quamvis in Canonicorum Ordine eſſet, quando huc receſſit, per unum annum, quo ſupervixit, bonum oſtendit exemplum.

In ipſo quoque Anno reſpexit Deus afflictionem Populi ſui. Effugatiſque undique Paganis, Hugo Rex Burgundia egreſſus, ſuper Italicos coepit regnare, ac Regni moderamina diſponere. Qui ad Firmanam properans Marchiam, parentes dicti Rimonis ejecit de propria provincia, ſimulque & illum cum eis. Qui veniens Romam, completo Anno, mortuus eſt hoc ordine. Nam in ſanguine malevolus veneno impoſito in phlebotomio eum interfecit. Sepultus eſt in Oratorio Sancti Stephani, in Cella ipſius Monaſterii Romae ſitâ. Praedictus Rex Rimone expulſo, ordinavit Raffredum Abbatem in dicto loco, qui erat ſuus nepos. Ipſe verò regimine ſuſcepto, coepit viriliter agere in omnibus utilitatibus Monaſterii. Quippe quia valde oportebat, eo quod undique vaſtatum erat. Accerſitis itaque ce cum familiis liberorum hominum ac ſervorum de Comitatu Firmano Sabinis, ſecum duxit ad Monaſterium, quod jam per quadraginta octo annos abſque habitatore fuerat. Hoc incepto, cetera loca circuire non negligebat, & in ſtatum priſtinum reducere. Theſaurum quoque & Fratres, qui diſperſi erant, ſimul reducere & coadunare ſtudebat. Sed illa pars Monachorum & Theſauri, quam ſaepe dictus Petrus Abbas in Civitate Reatina reliquit, poſtquam ipſa Civitas a

Saracenis capta eſt, Monachis interfectis, Theſaurum ſuum tulerunt. Nam alias duas, quae Romae & in Firmano fuerunt, readunavit; & in quantum valuit, quae prope & longe erant, cuncta loca ibi pertinentia reſtauravit: Curtem videlicet, quae Montis Falconis dicitur in Firmano Comitatu poſita, in integrum dato pretio noviter comparavit; quae magnam utilitatem uſque hodie eidem praeſtat Monaſterio. Corpus namque Sanctae Victoriae ipſe tranſtulit de Sabinenſi territorio, & adduxit ad illum, ubi modò incolitur, locum, videlicet in Monte Materano. Aliaque plurima beneficia ibi contulit, & ipſe in eodem loco de novo Eccleſiam ipſam & Monaſterium conſecrari & fabricari fecit, ut evidenter apparet. Haec & alia multa antiqua reſtaurata loca, & dicto Monaſterio reſtituta coepit valde potens ſecundùm Seculum, & Monaſterium ſatis locupletare. Praecipue vero quia potentis Regis nepos, & prudens valde in ſcientia ſeculari, ſecundùm Deum non adeo eruditus, quòd doctrina Regularis Ordinis, ſicut in ceteris religionis & doctrinae, ab Italico ſubtracta erat Regno, praeſertim pro vaſtatione ſupradictorum Paganorum. Jam ſecundùm doctrinam, quam cognoſcebat, ſatis bonus fuit, & Monaſterio & Fratribus per omnia utilis. Ex quibus duo ſcelerati ac peſſimi de morte illius tractare conati ſunt, ſortemque verò, qualem unus alteri daret Monaſterio acquiſito poſt necem ejus, diffinierunt. Unus vocabatur Campo, qui ab infantia ipſius nutritius fuit, cui cuncta bona contulit, quem & Medicinae artis ſtudio imbuere fecit. Nobilis quidem genere de Reatino exſtitit Comitatu, ſed ignobiliter in hoc per omnia operatus eſt. Radix ipſe prima malorum omnium praedicti Monaſterii vaſtatorum fuit poſt Paganos. Alter quidem falſo habitu, nomine Hildebrandus, de alio longiquo Monaſterio a praedicto Abbate ſuſceptus ad habitandum. Cui Cellam, quae adhuc Romae videtur, praedicti Monaſterii conceſſit, eumque quaſi proprium filium diligebat. Quum igitur jam viderent, eum ſenio deficere, quia, ut plurimi aſſerunt, triginta octo annos vixit in hoc regimine (& opus ei jam non erat, aliud propinare venenum, niſi ipſam ſenectutem, quâ jam urgebatur) tamen ipſi miſerrimi ob ambitum honoris in nullo ei pepercerunt, ſed mortifero eum viro interfecerunt. Qui in extremo poſitus, dum illos ſentiret ante ſe adſtare, & mortem ſuam exſpectare, interrogavit, qui eſſent. Cui quum diceret quidam, quod Campo adeſſet, illico ſuſpirans voce, quâ poterat, eſt eum alloquutus ita: Campigenans Campo male quàm me campigenaſti! O Campo, quàm crudeliter campigenaſti! Statimque expiravit.

Quo mortuo, perrexit Hildebrandus Papiam ad jam dictum Hugonem Regem, qui adhuc vivebat. Et cum magna pecunia acquiſivit Abbatiam ad opus Camponis peſſimi. Quâ acquiſitâ, reverſus eſt per Marchiam. Ubi occurrit ei idem Campo, acceptoque dono a Rege tranſmiſſo de regimine Monaſterii, atque Militibus Marcheſanis ſuſceptis, cunctis majoribus & minoribus ſubjugatis Monaſterio pertinentibus, adimplevit Cellas Sanctae Mariae juxta flumen Clentis, & Sanctae Mariae in Solertano ſecùs Civitatem Eſculanam, & in Comitatu Reatino alias duas Sancti Angeli juxta ipſam Civitatem Reatinam, & Sanctae Mariae in Loriano. Hoc expleto, reverſus eſt Sabinis cum magno gaudio, non ſpirituali ſed carnali, non ut Monachi, ſed ut impii, ſicut poſtea patenter claruit. Quia concubinis, quas prius habuerant occulto,

te, poſtmodum palam abuti coeperunt non ſolùm ipſi, ſed & cuncti illorum Monachi hoc ſcelus non verebantur patrare: ſed nuptialiter unuſquiſque ſuam ducebat ſcortam. Ita namque pax non permanſit inter eos, niſi uſque ad annum unum. Completo anno coeperunt inter ſe contendere. Hildebrandus *verò datâ pecuniâ junxit ſe Marcheſanis, tulitque* Camponi *totam hereditatem Monaſterii, quae erat in Marchia, cum Monachis & Militibus, & ſibi coepit ea vindicare.* Campo *autem econtra ampliori pecuniâ ipſis collatâ, venit illuc, atque unam ſuam ſororem tradidit marito uni, cui nomen erat Transbertus:* valdeque eam dotavit de bonis Monaſterii mobilibus & immobilibus. Curtem quoque Maratis, *quae tam magna & ſpatioſa eſt, ut numero ſexdecim millium modiorum contineatur, ſicut plures affirmant,* ipſi ſuo cognato per concambium contulit, *unde in Propetiano, ut ferunt, loco ſquallido & inculto econtra concambium recepit. Alias duas Curtes Sanctae Mariae in Strada, & Sanctae Mariae in Mura prope Staniam nihilominus adjunxit. Unam verò filiam ſuam alteri viro dedit, cui ſimiliter diverſa largitus eſt donaria. Quibus ſimul coadunatis cum amicis & ſuis auxiliatoribus, ejecit praedictum* Hildebrandum *de Caſtello Sanctae Victoriae, & a cunctis finibus Monaſterii, & redegit cuncta loca in ſuum dominium. Reverſuſque eſt Sabinis cum triumpho,* ubi coepit cuncta ſecure jam diſtrahere filiis & filiabus. *Septem filias, & tres filios habuit,* quos & quas cunctos dotavit de rebus Monaſterii, & alios parentes plurimos. *Nam in Sabinis Caſtellum de Bucciniano & Roccam, & Saliſanum, & Fundum Caſaprotae, eis contulit in Reatino Comitatu, & Amiternino, & Furconio, & Balbenſi, nec non & Marſicano,* illis paene cuncta diſtribuit, ut perpetua reſervarentur. *In hoc malo ſtetit uſque ad tempus* Alberici Romanorum Principis. *Qui glorioſus Princeps in tantùm cupiebat Monaſteria ſub ſuo dominio conſtituta ad Regularem reducere normam, quam amiſerant in vaſtatione praedicta Paganorum, ut de Gallia faceret venire* Oddonem *ſanctum* Abbatem, qui tunc temporis Cluniacum gubernabat Monaſterium, *quod uſque hodie viget in religione. Et eum Archimandritam conſtituit ſuper cuncta Monaſteria Romae adjacentia: ſuamque domum propriam, ubi eſſe notus eſt, poſitam in Aventino Monte conceſſit ad Monaſterium conſtruendum, quod uſque ad praeſens ſtare videtur in honore Sanctae Mariae. Monaſterium in Sancto Paulo majore tunc ordinavit in Sancto Laurentio foris muros, & in Sancta Agnete juxta Pontem Numentanum.* Caſinenſe *quoque* Monaſterium *ſub illius magiſterio ad normam regularis Ordinis redactum eſt, quod* in vaſtatione *ſupradictorum* Agarenorum deſtructum *fuerat,* ſicut pleraque, *ut praefati ſumus,* Monaſteria Regni Italici. *Ibi denique praepoſuit diſcipulum ſuum, venerabilem* Abbatem Balduinum *nomine, cui ſucceſſit in regimine ſuus condiſcipulus atque* Goabbas Aligerius *almificus pater, quem ipſe a primaevo erudierat regulari tramite in ſupra nominato Aventino Monaſterio: per quem ad culmen jam dictum recuperatum eſt Monaſterium, quem plures viventes recolunt. In Monaſterium denique praelibatum Sanctae Mariae Farfenſis, quum Monachos regulares mandaſſet, noluit illos recipere* Campo *maleficus cum ſuis Monachis: ſed potius conati ſunt eos noctu interficere cum cultris in....... Qua de cauſſa pavore ducti Romam redierunt* ad

ad Principem praedictum. Unde in iram commotus contra praedictum Camponem Abbatem, nec non & alios Monachos, praeſcriptis auditis, ejecit eum de praedicto Monaſterio, & ordinavit ibi Domnum Dagibertum venerabilem Abbatem, de Cumana Civitate oriundum. Ipſe autem Campo fugit ad Reatinam Civitatem, in qua adjutorio parentum ſuffultus, coepit ibi inhabitare. Hildebrandus verò in Marchia poſitus, hoc conſpecto, iterum invaſit Caſtellum Sanctae Victoriae cum omnibus pertinentiis, fidenterque cuncta diſtrahebat filiis & filiabus, quos plures habebat, & res Monaſterii. Deditque illis Curtem Malianam; magnam & inclytam Curtem quoque Sancti Benedicti, & Foſſenariam, & diverſas alias res cum Caſtellis & pertinentiis. In horum duorum diſtractione cuncta quae praelibatus Raffredus congregavit, diſſipata ſunt.

Domno itaque Dagiberto ſupradicto Monaſterio conſtituto, Albericus Princeps ei cunctas reſtituit Curtes, quae in Sabinis erant, ipſius Monaſterii perditas. Diligebatque eum & honorabat ſatis. Ipſe verò in cunctis irreprehenſibilem ſe oſtendebat. Circa Fratres quoque & cunctos ita benevolum ſe praebebat, ut ab omnibus incredibili diligeretur affectu. Campo econtra mala cuncta exercebat deterius, quàm aliquis ſecularis vaſtator apud Reatinos, ad quos confugium, ut praediximus, fecerat. Exiſtentes Abbates in uno Monaſterio contra morem duo mali & unus bonus, quamvis non legaliter, quantum duo mali devaſtabant, tantum ſolus bonus congregabat. Ubi is vixi completo quinquennio, & peſſimi Monachi veneno eum occiderunt. De quo Dominus magnum in ipſo anno interfectionis fecit prodigium, ſcilicet de illo, qui manibus ei venenum tradidit. Inter- A fecto illo, poenitentiâ ductus abiit ad Oratorium Sancti Michaëlis, quod poſitum eſt in Monte Gargano. Quem verò Montem nullâ ratione potuit aſcendere: quum per unum annum in pede illius conſiſteret, ſicut vicini illius, qui eum recognoverunt ibi, teſtati ſunt, poſtea verò nuſquam comparuit. Fuit denique Canonicus Clericus B & ſervitor illius. Illo itaque defuncto, necnon & Alberico Principe e vitâ migrato, filius ejus Johannes, qui vivente Patre Papa ordinatus eſt, Camponem malivolum coepit habere exoſum, ſicuti & pater ſuus. Idcirco non permiſit, eum ad regimen redire Monaſterii; ſed ſtatim conſtituit alterum Abbatem Adam nomine qui Lucanâ C Civitate ortus fuerat, ad praelibati Monaſterii gubernacula ſuſtentanda. Praeordinatus verò pauco tempore in Religione perſtitit, & non bonam normam duorum bonorum Raffredi, & Dagiberti, ſed malam Camponis & Hildebrandi ſequi coepit, videlicet ſtuprando, atque diſtrahendo illa bona, quae Dagibertus in Sabinenſi Comi- D tatu conquiſierat. Nam pro publico ſtupri ſcelere, in quo detectus eſt a militibus praedicti Papae, & Marchionis Theobaldi, qui tunc Sabinenſibus praeerat, dedit totam Curtem Sancti Benedicti de Campo, & Sancti Hectubii, & Fundum Carbinianum. En habes ſimul tres non dicam Abbates, ſed diſperſores, Sabinis unum, E Reate alterum, in Marchia tertium. His ita geſtis, Campo percuſſus eſt podagrico & chriragrico dolore in tantùm, ut omnino deſtitutus eſſet ſolatio manuum & pedum; & niſi ab alio adjutus, ad aliquam partem vertere ſe non valebat. Numquam tamen ceſſavit a flagitiis ſupra nominatis uſque ad diem mortis, & ad regimen capitis Monaſterii non eſt reductus, ſed in ipſo errore

A *errore peſſime finivit vitam ſuam. Sepultus verò eſt in Monaſterio Sancti Michaëlis juxta praedictam Civitatem Reatinam. Per idem tempus bellum magnum commiſſum eſt pro contentione* Marchiae Firmanae *inter* Sarilonem *&* Aſcherium. *In qua ſiquidem pugna praevaluit* Sarilo *& interfecit* Aſcherium *cum multis ſuis: obtinuitque ipſam Marchiam.* B *Quo audito* Hugo Rex *exarſit contra eum magno furore, & coepit eum perſequi pro ipſo* Aſcherio germano ſuo, *quem occiderat. Tunc videns* Sarilo, *quod nullâ ratione eum fugere poſſet, quum eſſet recluſus in uno Oppidulo in partibus Tuſciae, noctu* (*) *indutus Monachilem Curtem, ſummo diluculo, ligato fune* C *gutturi, ejus ſe poteſtati tradidit. Qui Rex miſericordiâ motus ſuper eum, perdonavit ei ipſam culpam, ac praepoſuit eum ſuper cuncta Monaſteria Regalia, quae erant infra fines Tuſciae & Firmanae Marchiae. Cui cuncti Abbates humiliati ſunt illorum Monaſteriorum, excepto* Hildebrando *invaſore, qui ei reſtitit, contra quem prae-* D *valuit ad tempus* Sarilo, *& ejecit eum de jam nominato Caſtello Sanctae Victoriae. Sed iterum ſupervenit* Hildebrandus, *& turpiter illum inde expulit. Secunda quoque vice recuperavit Sarilo, ac repulit eum. Sed pauco vixit tempore, ibique mortuus eſt & ſepultus. Deinde ex toto reintegrata eſt loci ipſius poteſtas infeſtiſſimo* Hilde- E brando. *Qua de re laetificatus valde, fecit quadam die magnum convivium concubinae, filiis & filiabus, Militibuſque, quos plures & magnos habebat; quia quamvis in Sabinis numquam obtineret poteſtatem, tamen totum, quod in Marchia erat, bonum praedicti Monaſterii poteſtative tenuit uſque ad tempus* Octonis I. Imperatoris. *Qui qualiter poſtea illud perdiderit, in poſterum dicturi ſumus. Ipſo namque die, quo prandium illud celebratum eſt, coenam poſt ipſam inſurgentibus noctis tenebris, cunctis vino, potionibuſque ſopitis, nullus illorum ſentire potuit, quando ignis coepit concremare praedictum Caſtellum. Quo conſumto, cuncta ornamenta, quae de Sabinis antea illuc venerant, igne aduſta perdita ſunt. Vertatur iterum ſtilus Sabinis.*

Adam *praelibatus, quum in capite Monaſterii longum peregiſſet tempus, in nullo mutavit vitam, ſed potius ad deteriora delapſus, morte praeventus, defunctus eſt ac ſepultus in ipſo Monaſterio. Tunc remanſit jam dictum Monaſterium ſine Abbate omnino annullatum. Quod* Theobaldus Marchio *invaſit ac tenuit, ſuumque fratrem, nomine* Ubertum Clericum Canonicum, *valdeque expertum atque debilitatum membris, ibi praepoſuit ad habitandum. Qui per aliquod temporis ſpatium illud tenuit,* quod & turpiter diſſipavit, *quotidie inibi habitando cum meretricibus & canibus, cunctiſque ſecularibus obſcoenitatibus admiſſis. Deinde* Papa Johannes, qui Harnenſis vocatus eſt, *abſtulit ei, & commendavit illud cuidam* Abbati Monaſterii Sancti Andreae juxta Montem Soractem ſiti. *Quia quando poteſtas Imperatorum Populi Romani illud........... intromittebantur, aliter numquam habuerunt ibi dominium, eo quod illis non pertinet, ut Privilegium illius refert. Sicque factum eſt, ut tribus annis abſque Abbate proprio eſſet. Is autem* Abbas *praedictus nomine* Leo, *quamdiu illud tenuit, bene tractavit, atque compaſſus illius deſolationi, in aliquo recuperavit de ſuis beneficiis in Libris & aliis rebus, & in quantum licuit,*

(*) fortaſſe meliùs: *indutus Monachilem veſtem &c.*

licuit, deſtructa reaedificavit. Monachi verò ejuſdem loci, qui viventibus malis Abbatibus, impie cum illis egerant, poſtea quam ſine Rectore coepit eſſe, non jam in Monaſteria, ſed in Villis coeperunt habitare publice cum ſuis non dicam concubinis ſed uxoribus: quia ut ſuperius dictum eſt, nuptialiter illas ſuſcipiebant. Solummodo de Dominico in Dominicum revertebantur ad Monaſterium; nam per totam hebdomadam, ut dictum eſt, morabantur. Furabantur denique quaecumque diripere poterant. Sigilla aurea de Praeceptis tollebant, & ponebant plumbea, quae modò apparent. Ornamenta quaeque aurea & argentea de Veſtibus Altaris & aliis utenſilibus auferebant, & faciebant muliebria monilia ad meretricum ornamentum. Deſtruebant quoque ſuâ ſponte aedificia antiqua, quando aliqua occaſio ſe dabat, ne umquam ad ſtatum redire valeret id ipſum Monaſterium, aut Regale diceretur, quia dicebant, non tam ſecure illud poſſe poſſidere, ſi Regale appellaretur. Religioſorum aliquis nullus ſe illis jungebat ad habitandum, ſed fugiebant ad alia loca: carnales ibi tantùm habitabant. Quid multa? Iis & hujuſmodi malis ibi crebreſcentibus, Monaſterium ad nihilum redactum eſt, ut ſaepe diximus, culpis habitatorum illius exigentibus. Supradictus autem Papa ſub hac miſeria conſecravit ibi Johannem Abbatem noſtrum Anteceſſorem, qui fuit, quem omnes recolimus, vivente adhuc miſerabili Hildebrando in Marchia. Hoc tempore ſecundâ vice rediit Otto I. Imperator Italiam. Qui in priori ſuo ingreſſu coronatus eſt a Johanne Papa filio Alberici ſupranominati Principis. In ſecundo ſuo adventu fecit coronari filium ſuum Ottonem II. Imperatorem, ſe vivente, a Johanne Papa ſupraſcripto, ut plures ſciunt. Qui legem & juſtitiam firmiter coepit tenere per totam Italiam. Ad Marchiam verò quum properaſſet praelibatus Johannes conſecratus Abbas iſtius Monaſterii, reclamare coepit de Hildebrando invaſore, qui per tanta tempora in pertinaciâ tam crudeliter perſeveraverat. Quem venerandus Imperator ante ſuam praeſentiam ſtatim exhiberi praecepit cum ſua conjuge, Inga nomine, videntibus cunctis, qui aderant. Eumque quum fortiter increpaſſet & reprehendiſſet, ut dignus erat Abbatiam praedictam eum renuntiare fecit; ac Imperiali decrevit juſſione, ut cuncta ſcripta, quae facta habebat de praedicti Monaſterii rebus, annullarentur & evacuarentur; quia numquam Abbas fuit, neque caput Monaſterii tenuit, neque a Monachis eſt electus, neque ab aliquo Imperatore confirmatus, nec aliud: quare ab iſto Sereniſſimo Imperatore hoc ordine legaliter depoſitus eſt. Audiant modò & ſciant, qui adhuc defendere volunt ſua ſcripta, qualiter poſſint illo depoſito. Praedicto Johanni Abbatiam donavit, & coepit eum ſatis diligere & honorare. Super impium quoque Hildebrandum miſertus eſt. Conceſſit ei Curtem Sancti Benedicti, praedicto Monaſterio pertinentem, diebus vitae ſuae. Similiter & miſerae Ingae contulit tres Manſos ipſius Monaſterii ſecus Eccleſiam Sancti Hippolythi ad tenendum, quoadusque viveret. In tali autem miſeria mortuus eſt praefatus Hildebrandus, & ſepultus eſt in Oratorio Sancti Benedicti. Monaſterio quoque ipſi & jam dicto Abbati reſtituit cunctas Curtes praedictas ipſe, & filius ejus poſt eum. Sed qualiter poſtea perdiderit, ut exiſtimo, non eſt praetermittendum.

Ipſo denique pio Imperatore defuncto, filius ejus regnavit poſt eum, feliciterque gubernabat regalia ſceptra,

juſtitiam

juſtitiam & legem faciendo. Praedictum quoque Monaſterium ſatis diligens, Abbati ipſi ſuum Cancellarium tradidit, pro re ipſius Monaſterii reſtauranda, nomine Petrum Diaconum, qui Papienſis *poſtea* Epiſcopus fuit: ad ultimum Papa ordinatus eſt. *Qui praedicto Monaſterio & ipſi Abbati cunctas res reſtituit perditas. Sed inhoneſte vivendo ipſe & ſui Monachi, apud praedictum Imperatorem accuſatus eſt. Qua de cauſa ejecit ipſum de ipſo Monaſterio, & cuidam* Abbati *nomine* Adam *illud commendavit uſque ad audientiam ſub tenore. Sed antequam ad examinationem veniret, defunctus eſt Imperator Romae ac ſepultus. Hinc jam venerunt inconvenientia. Praedicti Abbates diviſerunt ſibi Monaſterium praelibatum. Quae in Sabinis, & in Ducatu Spoletano erant, & in Tuſcia de ipſius rebus, tenuit* Johannes Abbas: *& quae in Marchia* Adam *ipſe. Ecce iterum coepit diſtrahi. Et cuncti, qui ſuperſunt, ſciunt: ideo non eſt neceſſe ſcribere. Hoc perduravit uſque ad adventum* Tertii Ottonis. *Jam verò praedictus* Adam Epiſcopus erat ordinatus Aſculanenſis Eccleſiae, *ſed adhuc ſortem praedicti Monaſterii tenebat; cui tulit ea praedictus Imperator, &* Johanni Abbati *reſtituit. Qui Abbatiâ reſtauratâ, uno ſupervixit anno. Defunctus verò ac ſepultus eſt in Monaſterio Sanctae Victoriae in Materiano Monte. Cui ſucceſſit in regimine* Albericus ejuſdem Monaſterii Praepoſitus, *qui non vixit niſi ſex menſes. Mortuus & ſepultus in Oratorio Sancti Michaëlis juxta praedictam * Civitatum Reatinam in Sepulcro Campionis praedicti. Illo mortuo veni* Ego *peccator* Ugo, *non ut legitimus, ſed ut abortivus, ut Apoſtolus ait. Qui & indigne regimen teneo, ut omnes ſciunt. Unde vos, Seniores, obſecro mihi ju-*

A *bentes atque cunctos haec legentes, ut Domino in communi ſupplicetis, quatenus concedat mihi ſuâ miſeratione ad meliora convaleſcere, quàm nequiſſimi ſupraſcripti. Et Poteſtatibus, quae auditurae ſunt, det voluntatem, iſtum recuperandi Locum, ut vos veſtrique ſucceſſores heic adeſſe poſſitis Deo ſerviendi. Inter haec mecum vos* B *admoneo, dilecti Fratres & Conſervi, ut divinâ clementiâ cooperante, patronâque noſtrâ glorioſiſſimâ Virgine Mariâ intercedente, bonum, quod noſtris temporibus divina pietas in hoc renovare dignata eſt Loco, noſtris (quod abſit) culpis & negligentiis non minuatur, ſed potius augeatur Chriſto donante. Hoc dico, non ut meis meritis in nul-* C *lo confidam, qui in omnibus ſegnis invenior & fragilis meâ faciente miſeriâ, ſed Dei largitate, veſtraque caritate confiſus fidenter aſſero, ut ſi perſeverantiam habueritis in hoc, quem incoeptum habetis, Ordine, in iſto Seculo proſpera vobis cuncta provenient; & in futurum aeternam poſſidebitis beatitudinem, ſicut ſcriptum eſt.* Qui D autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit. *Et item:* non inchoantibus praemium promittitur, ſed perſeverantibus datur. *Tunc enim placet Deo converſio noſtra, quando bonum, quod inchoamus, perſeveranti fine complemus. Ideoque Chriſti miſericordiam imploramus, ut nobis conſtantiam ipſe donare dignetur, quatenus* E *illi devote ſerviamus, & noſtrum propoſitum inviolabiliter cuſtodiamus: quem in nullo melius cuſtodire poterimus, quàm ſi mandata ejus compleantur. Itemque idem ipſe:* Beati qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore. *Salomon quoque ait:* Omni tempore ſint veſtimenta tua candida. *His & aliis teſtimoniis roborati, dilectiſſimi, ſic per viam prae-*

ceptorum Dei ſtudeamus currere, ut illud nobis proveniat, quod Apoſtolus de ſe confiſus Dei virtuti ajebat: Ego etiam ſic curro, non quaſi in incertum. *Ideoque currere nos non pigeat per viam juſtificationum Dei. Petere non deſinamus ejus auxilium, quum certa teneamus ejus promiſſa, quibus pollicitus eſt, dicens:* Petite & accipietis: quaerite & invenietis: pulſate & aperietur vobis. *Inter haec notandum eſt, quod multi ſtulti, noſtri Ordinis Fratres, dum ab aliquo eis proferuntur Sanctorum Patrum exempla, reſpondent & dicunt:* Non poſſumus illos ſequi. Ii perfecti, nos imperfecti. *Non intelligentes, quod uſque in finem Mundi non deerunt juſti, qui ita Deo accepti erunt, ut Sancti vocentur, ſicut in Apocalypſi legitur reſponſum etiam illis, qui clamabant, Sanctis:* Adhuc modicum ſuſtinete tempus, donec impleatur numerus fratrum veſtrorum. *Qui ſi completus eſſet. Mundi jam finis factus fuiſſet. Qui ſtatim ut complebitur, Mundus finietur. Ideoque nullus noſtrorum diffidat, nullus tepeſcat, quia omnes, qui digni ſunt, Regnum coeleſte introire, Sancti erunt ſine fine, ut dicit Dominus:* Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum; & mea membra eſtote, ſi aſcendere vultis in coelum. *Quapropter, dilectiſſimi, ſatagamus, quantocius ejus praecepta, & patris noſtri Benedicti adimplere, ſicut tempore conſecrationis noſtri Monachatus promiſimus. Quia ipſe Sanctus Pater in ultimo Capitulo ſuae Regulae ex Dei largitate, ſuâque in ipſo ſuſpensâ aviditate, ita obſervantibus praemia ſuae Legis propoſuit, & pollicens dicit:* Facientibus haec Regna patebunt aeterna. *Amen. Deo gratias.*

„ Paucula, quae ſuccedunt, Hugoni
„ Abbati minime tribuenda ſunt.

Q*Uinctus Abbas in Monaſterio Farfenſi, poſt beatum* Thomam, *reaedificator praelibati Monaſterii miſſus per beatam Virginem Mariam a Sepulcro Domini noſtri Jeſu Chriſti ad partes Sabinenſes ad praelibatum Monaſterium reaedificandum, exſtitit in regimine venerabilis & ſanctus Pater* Waldebertus ex Aquitania *oriundus, vir mirae manſuetudinis atque patientiae. Qui cum magna dulcedine caritatis uno praefuit anno, atque menſibus ſeptem Congregationi. Et conſiderans, tanti regiminis onus ibi fore grave ad portandum, humiliter atque benigne poſtulavit Fratribus, ut ſibi alium eligerent Paſtorem, ſeque ab hac paſtorali abſolverent curâ. Quod & fecerunt. Ipſi verò in territorio Firmanae Civitatis Sancti Hippolythi dederunt Monaſterium, ubi remotioris vitae quietae curſum conſummavit in pace, & ibidem ſepultus in praedictâ Baſilicâ Sancti Hippolythi. Ubi virtutibus & miraculis quotidie refulget, & beneficia & plura miracula per eum Deus praeſtat uſque in praeſentem diem.*

De

De caſibus infauſtis Monaſterii Farfenſis ab Anno 1119. uſque ad 1129.

Opuſculum Auctoris Anonymi Synchroni.

ANno igitur *Dominicae Incarnationis MCXIX. Indictione XII. & Decimo octavo Kalendas Junii, feriâ quoque Secundâ hebdomadae tertiae Adventus Dominici*, Domnus Berardus *nocte obiit, famoſae memoriae, & hujus* Coenobii Farfenſis Abbas *laudabilis. Haec autem ſunt ornamenta, quae hac in Eccleſia pro die, quo migravit, certiſſime reliquit. In primis Altare itinerarium, quod* Regina Agnes *nobis obtulit valde optimum. Tabulam quoque Altaris principalis majorem argenteam & deauratam, penſantem Libras...... & alteram minorem ſuper eodem Altare ſimili opere, penſantem Libras........ quas ipſe fieri fecit. Et Cruces argenteas duas majores, & unam minorem. Miſſalem majorem cum tabulis argenteis: Miſſalem Domini Oddonis, & Textum Euangeliorum, quem praefata Regina huic Monaſterio dedit, cum tabulis eburneis & argenteis ac deauratis, & alium cum tabulis eburneis, & alium cum Crucifixo argenteo, & alium praedicti Oddonis cum tabulis deargentatis; & alium Epiſtolarum Domini Oddonis, argento ornatum; & alium, quem fecit Domnus Romanus bonae memoriae. Et Orationalem cum tabulis eburneis. Item Libros quatuor opertos pallio, videlicet Miſſales duos, & Textum Euangeliorum atque Epiſtolarum. Item Calices ſeptem. Thuribula argentea tria. Capſulas argenteas quatuor cum cellariis ſuis. Amulas ar-*

A

genti tres, unam eorum opertam auro. Patenas argenti duas. Gallum argenteum. Scutellam argenteam. Situlam argenteam aquae benedictae. Argentum, quod remanſit a Cruce. Nuſcam auream feminam. Stellam argenteam & cryſtallinam luciferam valde bonam. Item Veſtes quatuor Altaris principalis. Primam ei dedit Dominus Henricus

B

Imperator: ſecundam dedit praedicta Regina: tertiam antiquam Pontecortes: quartam fecit Domina Raimburga filia Longini. Et Mappulam ſuper Altare valde bonam, quam fecit Domina Tota, Ancilla Dei. Item Veſtes quatuor Altaris Domini Salvatoris: prima praedicti Domini Henrici Regis: *ſecunda praedictae Reginae: tertia Pallium ro-*

C

tatum praedicti Abbatis Berardi: quarta Pallium cum leonibus. Item Planetas tredicim: Pluviales quatuordecim: Dalmaticas duas: Tunicas viginti: Telam Pallii unam: brachia Pallii tria. Crumenam unam Imperialem, quam ei donavit praedictus Henricus Imperator, *quae fuit optima. Item frigium non modicum veſtis praedicti*

D

Imperatoris, & aliud ex diverſis veſtibus. Item Mithram unam. Virgas Paſtorales duas: Vexilla duo: Offertoria octo: Camiſiales centum: Stolas ſex cum manipulis ſuis textas auro: unam eorum cum ſquillis aureis, & manipulum ſimiliter. Et alias Stolas cum manipulis, exceptis aliis viginti quatuor. Dorſalia Pallii duo juxta Altare. Tapetia quindecim. Bullam au-

ream unam in praecepto, quod ſecit huic Eccleſiae praedictus Henricus Imperator bonae memoriae. Omnes ſupradictas res & alia plurima ornamenta praelibatus Domnus Berardus Abbas *in hac reliquit Eccleſia, quae nobis non reducuntur ad memoriam. Sepulto itaque Domno Berardo Abbate, ab omni Conventu electi ſunt duodecim Fratres, videlicet Presbyteri quatuor, Diaconi tres, Subdiaconi tres, Acolythi duo; qui de novi Abbatis perſona fideliter tractarent. Ii ſibi invicem per Librum ſanctae Regulae, fidelem ſpoponderunt pacem, quod de Abbatis eligendi perſona fideliter omnino tractarent, & neque odii, neque amoris gratiâ perſonam introducerent aliquam vel laudarent, niſi quae ſibi melior & utilior ad hoc videretur; & ſi quando Conventus eos exquireret, certiores de his eos facerent, quod ſine fraude maloque ingenio hanc cauſam ſatagerent. Quibus etiam Conventus auctoritate omnium promiſit, ut quamcumque perſonam ipſi confirmarent, Conventus reciperet, & corroboraret. Indictum quoque eſt inter nos etiam praecipuum conſilium, ut triduo peracto jejunio, vigiliis ac orationibus intenti, Deo placitum, nobiſque utillimum impetrare a Domino ſtuderemus Paſtorem per Dominae noſtrae Mariae ſemper Virginis interceſſionem. Erant interea noſtrorum quidam non ſatis providi Fratres, Abbatiae Populi fautores, qui dicebant ſe nolle Abbatem de Aſcarina gente, nec de Camponiſca, vel Octavaniſca conſanguinitate. Ad quae aliquis reſpondit:* Si nullus his de omnibus Abbas eligetur, unde a nobis aſſumetur? Numquid deſuper Coelo, aut ſubtus Terram reperietur? *Electi verò, & hujus cauſae Procuratores Fratres anxiabantur valde, quia non inveniebatur, ſi de praefatis nationibus Monachi exciperentur. Quod quidam conſiderans reſpondit;* Si de Nobilioribus contemnitis eligere, quemdam de mediocribus, ſicut Deus deſtinaverit, poſſumus vobis praeponere, videlicet Sacriſtam Guidonem. *Hic enim obedientiam Sacriſtiae tenebat, eamque in quibuſdam rebus, quemadmodum nobis videbatur, meliorare ſatagebat.*

Quapropter in divina confidentes ſententia, quae dicit: Qui in minimo fidelis eſt, in maximo fidelis erit, *non publice ſed ſecretius quoquo modo huic quaſi dicto acquievimus: non tamen id perficere plenius deliberavimus. Quod per quemdam ſeductorem ruſticanorum ſentiens Populus Abbatiae, praeceſſit nos inordinate, noſtram deſtruere triduani jejunii conſtitutionem, & quorumdam equitum noſtrorum conſenſu* Guidonem Abbatem *acclamavit, publice & indecenter illum in ulnis aſſumens, & ad Eccleſiam deferre volens. Hoc Fratrum audiens Conventus nimis contulit, & zelo ſuccenſus vālido, eumdem Guidonem de illorum manibus eripuit, ipſoſque ruſticanos magno cum dedecore de Clauſtro pepulit; & ut haec Populi probroſa ſententia nullo modo valeret, anathematis excommunicatione interdixit. Etiam ipſe Guido idem anathema confirmavit. His ita geſtis omnes per nimium mortificati valde dolebamus, quia noſtrorum contra nos equitum ſagacitas, & villanorum & ruſticorum indomabilis ferocitas & crudelis vaeſania ac inſipiens agilitas, noſtrae decus Eccleſiae, & hujus Conventus honeſtatem feſtinabant omnino diſſipare, & in cunctis corrumpere, deſtruere, atque conculcare. Quapropter quidam noſtrorum magnanimi conſtantiâ atque propenſiori conſilio, uti demum cognovimus, ſuggeſſerunt nobis, ut* Domnus Raynaldus, *noſtrâ Scholae doctrinâ a pueritiâ imbutus, quem de Abbatia*

batia reverti fecerant, ſuper nos feſtinanter eligeretur. Et licèt aliquantis gravaret, hoc factum tamen eſt altero die, ſcilicet feriâ tertiâ paene circa horam .... *XVII. Kalendis Junii. Quo peracto omnis Populus Abbatiae conſpiratione conjuravit, ut numquam illum reciperent in Abbatem, nec aliquem de Aſcarina gente. Hoc aliqui noſtrorum cernentes, magiſque inepti Guidonis electionem quàm hujus, gliſcentes conſenſerunt. Et ut in hoc corroboraretur, Populum hortari clanculo ſtuduerunt. Videbantur enim eis* Domni Raynaldi *mores & habitus duriores, quos olim exhibuerat in hujus Monaſterii Prioratus honore, quum ſub Abbatis defuncti foret ſubjectione. Interfuit verò Fredericus Warnarchionis filius, qui a Populo rogatus, & ut fertur, munerum promiſſionibus inſpiratus, minas & ſuaſiones nobis inferebat, ut voluntati Populi * conſentierimus, & praedictum* Guidonem *eligeremus. Veruntamen nobis perſiſtentibus firmiter in electione* Domni Raynaldi, *dictus Populus Abbatiae contemſerunt, nobis noſtri victus ſtipendia & praeſidia dare. Dehinc deceptores ſuggeſtiones moliebantur afferre, ſpondentes ſe totius Monaſterii apothecas & cellaria inaeſtimabilibus ſubſtantiis in futurum explecturos, ita ut non per januas domorum, ſed per culmina tectorum abundantiſſime omnia replerentur, ſi praefatum* Domnum Raynaldum *denegaremus, & alterum eis placitum eligeremus. At nos prius quidem inflexibiles fuimus. Sed Populis minitantibus duriſſime,* Domnus Raynaldus *fugam coactus eſt petere: ſicque non ratione canonicâ victum, nec legali judicio condemnatum, ſed ruſticanorum tumultibus perterrentes eum abjecerunt. Quo diſcedente, nos Populi ſuaſionibus & minis devicti & decepti atque compulſi,*

A *tamdem elegimus praedictum* Guidonem, *videlicet feriâ ſextâ, XIV. Kalendas Julii. Cui Populus Abbatiae non conſuetam fidelitatem fecit: ſed ſolitâ ſuâ libertate hoc nos omnino ſperavimus, & maximo labore corrigere fecimus. In qua re quum nos ſignare putavimus, digitos in oculos miſimus. Itaque futuros nobis malos peſſimoſque* B *eventus ignorantes, hanc electionem direximus ad Imperatorem, ut illam confirmaret. Et contra deceptibilis* Guido *ſuas ſimulatorias ſeu furtivas literas mandavit clanculo, quia perſonâ deſpicabilis, nobilitate ignobilis, ſcientiâ ignarus eſſet, & ad hoc digne officium perficiendum per omnia inutilis foret & ineptus. Quibus Imperator viſis,* C *ut credimus, decentiorem, Deo ſuggerente, cognovit, ſicut ſcriptum eſt:* Cor Regis in manu ejus. *Et cum conſilio Magnatum habito ſuorum, hujus praelationem injunxit Abbatiae* Berardo *nepoti defuncti Abbatis; qui Curiam ejus adierat pro cujuslibet honoris gratiâ. Quo facto, & noſtra defecit electio, & huic Coenobio, ut in* D *poſterum dicetur, incoepta eſt graviſſima deſolatio. Et hoc contra ſanctam Regulam, noſtramque conſuetudinem noſcitur exſtitiſſe. Tacendum non eſt autem de praedicta Guidonis praelatione, quem Populus ſibi praeponi gliſcens petebat, qui ideo agebat, ut quia quum eſſet humilis perſonâ & parvulus ſcientia, non eis dominaretur uti Domi-* E *nus, ſed ſicut vicinus illorum vitiorum faveret pravitatibus. Quod prò certo non multo poſt experimento didicimus. Hinc beatiſſimus Benedictus refert in ſancta Regula dicens:* Si omnis Congregatio vitiis ſuis conſentientem perſonam pari conſilio elegerit, Domini loci prohibeant praevalere conſenſum. *Quod certe Imperator feciſſe creditur fortaſſe, quod in literis ipſis ejus cognovit*

gnovit

gnovit deceptionem, qui ſe refutare ſimulabat, quod avide cupiebat, & Imperatorem decipere putab.t, qui honorem ab eo ſuſcipere putabat. Notum ergo omnibus videtur, quod electio ejus non fuit Clericorum nec Monachorum, ſed potius Villanorum & ruſticorum; & non Laicorum ad Clericos, ſed magis Clericorum voluntas converſa eſt ad Laicos.

Poſtquam verò praedictus Guido *ſpretus eſt ab Imperatore, contra ejus imperium niſus eſt hanc Abbatiam retinere, & terras hujus Monaſterii contra legem, Regumque & Imperatorum praecepta, prout ſibi libuit, ſcriptitare. Nos tamen illum adhuc ſincerius diligebamus, nec eum pro aliquo amittere volebamus. Videbatur enim eccleſiaſticus in noſtris Officiis, & ſaepius praeveniebat plurimos in Matutinorum vigiliis Miſſarum quoque ſolemnitatem agere non omittebat. Conſtituit verò & confirmavit una nobiſcum noſtro regimine omnique Conventui quoddam utillimum decretum, quod ejus anteceſſores Abbates vel ſacramento, vel verâ ſtatuerant ſponſione: videlicet:* In nomine ſummae & individuae Trinitatis, ad laudem Dei omnipotentis, & honorem glorioſiſſimae Genitricis Domini noſtri Jeſu Chriſti Mariae, & hujus ejuſdem ſancti Coenobii augmentum, perfectam integritatem, ac ſecundùm ſanctae Regulae praecepta beatiſſimi Patris noſtri Benedicti: *Ego Frater Guido humilis veſter, Electus* ad hujus Monaſterii regimen, omnibus vobis, veſtriſque ſociis & confratribus, ſive ſucceſſoribus, filiiſque fideliſſimis iſtius glorioſae Farfenſis Eccleſiae noſtraeque Dominae Beatiſſimae Mariae, coram Deo & Sanctis ejus, ſpondeo atque promitto obſervare & retinere Conſtitutionem Domni Hugonis Abbatis, huic Monaſterio & omni Con-

A ventui conceſſam, ſcilicet authenticam religionem Cluniacenſis Monaſterii in Officiis Eccleſiaſticis, & bonis moribus Confratrum, & cultu Veſtium, ſive copiâ Virtutis, quotidie in ſanctis ſolemnitatibus, in quantum hujus Loci poſſibilitas, & temporum viciſſitudo, Deo adminiſtrante, exegerit. Monaſterium verò iſtud B cum ſuis membris, videlicet praecipuis Cellis in antiquum & bonum uſum cum Deo inibi ſervientibus, regulariter retinere, & prout valuero, juſte & tranquille in meliorem ſtatum reducere. Concedimus verò & confirmamus vobis Campum Granicae, & Sancti Viti cum oliveto ibidem in integro, & in Phara Vallem C Lunae cum Valle de Sanctis uſquè in Pratum, & in res Hominis Dei juxta Caſalem de Sanctis, a pede Res Radulphi, ab alio latere Via. In Curriſio Caſalem Tacconis, & Caſalem Puzoroli. In Caſtro Arcis Caſalem Johannis de Nazario & Caſalem Pezacaſeum. In Campo Sancti Benedicti tornariam unam, videlicet D Caſales duos, & eo amplius, & medium Caſalem de Bonitto, & medium Caſalem Capitis Cavalli, & unam clauſuram ante Portum Campi, & Caſale de Sardo, & unam petiam terrae de Caſale Johannis Tinioſi. In Tribuco Villam Ruſticam, & Caſas de Corniale cum toto Prato, & Collem de Martino & Ter- E ram de Columnellis. In Petra de Monte Caſas Sancti Stephani & Caſas de Maula, & Caſas Anaſtaſiae, & Vineam Sancti Martini in Scandrilia manu aliâ, quae Domnus Berardus Abbas conſtituit. Et in omnibus Caſtellis noſtris iſtius patriae ubicumque congrue & tranquille manualia facere poterimus & boum paria eis ſufficientia. Villanos quoque

& An-

& Angarales noſtros totius Abbatiae conſtituimus in noſtris manuariis operas, & huic Conventui xenia temporibus ſtatutis & opportunis exercere. Item Gualdum de Saliſano, & hujus Monaſterii circuitus. Item omnes Vicecomites, Monachos, & Laicos per Caſtella ordinatos. Et omnes ſupradictas res ad regimen hujus Conventus Monaſterii conſtituimus perpetuò & concedimus, ut in manibus & ordinatione ſui Praepoſiti, vel Praelatorum iſtius ſacri Coenobii. Item Molendinos omnes totius alvei Farfae, & Curriſii, quos modò manuales habemus, & in antea Deo auxiliante reacquirere valuerimus. Et alios cuique aedificare non permittemus. Item Mortuorum oblationes omnes, praeter dextrerios & arma, & regulare regimen armorum & veſtimentorum, quae habent bis in anno. Item reditus piſcium, piſcatorum Riparti, & piſcatorum Monaſterii Marmoris. Item in Campo Sancti Benedicti locum, ad hortum ſufficientem faciendum pro infirmis: & ad eorum curam concedimus omnia xenia de ipſo Caſtello, ubi etiam domum congruam & apta loca habebant ad aves vel gallinas, & utilia animalia ſaginanda. Quae omnia Angarales noſtri ejuſdem loci procurare ſtudeant. Item decimationes omnes, quae nobis competunt, & Portuum reditus, & Mercatorum teloneum. Item Caſtrum Riparti, & Monaſterium in Marmore, ad Fratrum pro qualitate refectionem. Item prandia omnia antiquitus conſtituta, & in Sanctorum ſolemnitatibus facienda. Item Praepoſitus Sancti Angeli in Tancia annualiter in Coena Domini Solidos XIV. Papienſium Denariorum in manus Prioris ob mandatum Pauperum ſecundùm antiquum morem abſque occaſione tribuat; & in Sancti Getulii feſtivitate ceram, & cereos ex conſuetudine communi, Camerae hujus Conventus annue conferat: ex quibus cereis medietas detur intra Cameram Domnicam, & Caminatam. Ceram autem Communis Camera cum Domnica dividat. De Camera verò Communi bis in anno habeam veſtimenta Regularia, ideſt Scapulare, Cucullum, Pelliculas agninas, Veſtitum, Interulas laneas, Faemoralia, atque Caligas & Calceamenta. Item Presbyteri, Archipresbyteri, ſive Clerici totius Abbatiae hujus provinciae a Priore cum Fratrum utilium conſilio corrigantur, & judicentur de oblationibus Mortuorum, & Feſtivitatum, & de Decimis, ſive Officiis Eccleſiaſticis. Et ſi oportuerit, habeant in his ſuffragium Praepoſiti. De criminalibus verò & inceſtuoſis culpis, ſi fortè commiſerint, judicentur a Praepoſito Prioris conſilio. Item Sutores pellium, & omnium pannorum, & communes Artifices lignorum, & Cocos, ac Piſtores, nec non Aſinarios, & communes familiares. Quae omnia hujus Monaſterii Conventui perpetuò concedimus, & conſtituimus, ut in manibus & ordinatione ſint fidelis Prioris iſtius Coenobii. Item in Domo Hoſpitum hujus Monaſterii confirmamus ipſum Caſalem juxta eumdem Hoſpitalem, & unum Aquimolum in Granica cum ipſo paſtino, & vineam Benedicti Ingeradae, & Eccleſiam Sancti Nicolai in Marzulano cum Caſalibus ſex; unde ipſi hoſpites decimas habeant, & de ipſis terris, quando potuerimus, quod recolligemus, huic decreto adjungere ſtudebimus. Item in Sacriſtia ordinamus, ut annualiter &c.

Inte-

Interea venerunt Legati Imperatoris, literas ipſius oſtendentes, quibus jubebat nobis, ut Berardum Aſcarellum in Abbatem *reciperemus. Quod nos tunc omnino ſprevimus, eumdem* Guidonem *ſperantes in futurum habere nobis utiliorem. Et non multo poſt idem* Guido *coepit de nobis titubare, & contra nos ſuſpicionem habere. Verùm nos oppidò dolentes affligebamur, quoniam ſpe, quam aeſtimavimus de illo, fruſtrabamur. Et quidem nos illum ſinceriter diligebamus, & ut Dominus per omnia liberrimus eſſet, hortabamur. Ipſe verò nos in profundum demergere, & ad nihilum redigere, viliuſque venumdare vel commutare moliens conabatur. Ab omni autem Populo omnino deſpicabilis habebatur, noſque illum uti praeclariſſimum Dominum verebamur. Ipſe verò Laicorum adulationibus uti mallens, quam noſtrum habere ſinceriſſimum amorem, noſque per omnia floccipendens, coepit contra nos, inconditos oſtendere mores, & in tantum tyrannidem exſecrabiliter exercere, ut quoſdam juvenes in ipſum verbo ſolummodo delinquentes levi, propriis manibus verberaret, & ſublatâ ab eis Monachali veſte, poſitos ..... hujus Eccleſiae hereditate expellens abjiceret. Interea auditum eſt a nobis, quod* Berardus Aſcarellus *ad hanc Abbatiam invadendam venire diſponeret. Quapropter in die memoriali, ideſt Letaniae Majoris, ſimul convenientes habuimus, ut illum ſuper nos ne quaquam reciperemus, quia ad Imperatorem nobis naſcentibus ierat, & ab eo contra electionem, inveſtituram hujus praelationis acceperat. Unde terribilis anathematis excommunicationem publice de eo fecimus, & concorditer in hoc nos permanere per fuſtem ſanctae Crucis ſpopondimus. Sed neque ſic eumdem* Guidonem *nobis placere, nec ſecurum reddere quivimus. Magis videns, nos* Berardi Aſcarelli *tam firmiſſimo niſu declinaſſe praelationem, ſecurus jam de eo viliſſimo, nos in omnibus & extremis ſervis deteriores habere deinceps cogitabat. Cernens autem praedictus* Berardus Aſcarellus, *ſe a nobis eſſe contemtum,* Guarnerium Marchionem *cum omnibus Comitibus & Capitaneis adiit magnis pecuniis, tribuens eis in pignus hujus Monaſterii immobiles poſſeſſiones. Solus* Comes R. *noluit ab eo aliquam recipere dationem, quod videbatur ſibi contra Imperialem, quam fecerat, agi fidelitatem. Venit ergo praedictus* Berardus *armatâ manu, & plurimis ſtipatus Militibus ad hoc Monaſterium. Nos verò videntes in nullo ſperare poſſe in* Guidonis *praelatione, cui tantam, ut praediximus, ſubjectionem exhibuimus, ut amplius addere nequiremus, & ipſe contra nos ſemper agere ſatagebat deterius, poenitere coacti ſumus, quod voluntati noſtrorum Populorum condeſcendimus. Et accepimus, quod nobis, & Comitibus, atque Capitaneis utilius videbatur conſilium, ut juſſui obſecundantes Imperiali eumdem* Berardum *ſuper nos reciperemus. Hoc enim rectius decernentes, nobis amplius laudaverunt; videbant enim totam diſtrahi omnimodis Abbatiam, & praedictum* Guidonem *deficere ſenſu atque congruâ praelatione. Abundabat enim omni mendacio, & falſiſſimus noſcebatur in omni loquutione. Itaque praefatum* Berardum *inter nos venientem, & ſe ipſum accuſantem, Fratres ſuſceperunt, & de excommunicatione illum extrahentes, ut moris eſt, in* Abbatem *elegerunt. Factumque eſt hoc Anno Domini MCXXI. videlicet II. Nonas Maji, feriâ quoque Sextâ. Cui etiam Caſtella & poſſeſſiones hujus Monaſterii, & quotquot de noſtro Populo valuimus, ſubjecimus, videlicet Caſtrum Cavattre, Agellum, Roccum, Saliſanum, Podium Catini, & Caſtel-*

A *Caſtella, ſive Terras Comitales, ideſt Caput Farfae, Cerretum, Malum, Scandriliam, Offianum, Montalionum, Reparatum. Erat autem in montanis locis noſter primo electus* Domnus Raynaldus, *quô ſeceſſerat de hac Abbatia, a Populo noſtro iniquo expulſus. Qui a quibuſdam conſanguineis ſuis pecuniâ, praemiis, & ſuaſionibus callide & fraudulenter deceptus venit, ut cum eodem* B Berardo *loqueretur. Ubi quidam interfuerunt, qui eidem Domno reſponderunt ex parte praedicti* Berardi, *& ſub jurejurando firmaverunt, ut haberet omni tempore vitae ſuae quaſdam res, quae ad ejus regimen honeſte forent ſufficientes: ideſt Monaſterium Sancti Johannis de Monte, & quaedam alia ſibi utilia.* C *Poſt, ignorante & nolente* Domno Raynaldo, *fecerunt per quemdam ſub perſona ejuſdem* Domni Raynaldi *aliud ſacramentum contra praedictum* Berardum, *quomodo ipſi callide finxerunt. Sicque* Domnus Raynaldus *venit ad hoc Monaſterium, ubi eum quidam Fratres in Conventu rogaverunt, ut cum eodem* Berardo *concordiam haberet, & ad eorum condeſcenderet voluntatem.* D *Quibus ipſe coram omnibus reſpondit:* Vos Abbatiam mihi dediſtis, & poſtea inique ablata eſt a me, & ſine canonico vel legali judicio, ſive etiam gratis. Nunc autem nihil habeo, nihilque dare poſſum nec debeo. Veruntamen pro veſtro colloquio, dilectiſſimi, cum hoc iniquo, E & iſto vivente & Abbatiam tenente interim quieſcam, & neque litem neque guerram ei faciam, ſi ipſe omni tempore obſervaverit, quod mihi ſacramento firmavit. Quod ſi iſte quoquo modo Abbas eſſe deſierit, denuntio & notum facio quia propter hoc, quod veſtrae nunc caritati cedo, meam juſtitiam vel rationem rectam numquam exinde amittere volo, nec in aliquo malignari patiar.

Cernens autem praedictus Guido, *his ſe tunc reſiſtere nullatenus poſſe, praeſidium ſibi quaeſivit Farae Caſtri noſtri. Et ad ejus fidelitatem remanſerunt Caſtella haec, Buccinianum, Tribucum, Arces, Montopoli, Dextra-demonte. Contra nos verò maximae amaritudinis felle commotus, quum aliter nos diſpergere minime poſſet vel ſperaret, a quibuſdam noſtrorum, & praecipuis equitibus conſiliatur, ut* Papae Calixti *adbuc adverſarii Imperatoris ſuffragium acquireret, & hanc Abbatiam de Imperiali patrocinio ſubtraheret. Et ſi nos illi in hoc non faveremus, in Cava exſilium omnes tranſmitteret, parvi pendens ſacramentum fidelitatis a ſe factum in primordio ſuae exſecrabilis electionis. Quo cognito, nos, quum maxima & major pars Congregationis nollet a patrocinio Imperiali diſcedere, nec alterius electionem vellet facere, aut in Papalem Curiam tranſire (quia omnes praedeceſſores noſtri hoc omnino fugientes cavêre ſagaciter, ſed &* Nicolaus II. Papa *Apoſtolicâ auctoritate ſub anathematis pavendi interdictione decrevit, ut nemo hanc Eccleſiam, ſuaque bona omnia Curiae Romanae vel Papatui ſubjugare audeat) nos, inquam, hoc omnimodis fugientes, cuncti paene a Monaſterio diſceſſimus, & ſub* Berardi *praedicti curâ regiminis per diverſa Abbatiae loca vel noſtras Eccleſias, maxime apud Sanctum Laurentium in Pelle, aut quocumque licebat, degere coepimus, ac nobiſcum quaedam ornamenta Eccleſiaſtica & Libros, noſtroque regimini utillima detulimus. In qua diſperſione, quocumque manebamus, quot calamitates, vel quot penurias aut vilitates ſuſtinuimus, omnino narrare non poſſumus. Nam qui nos regere videban-*

debantur, omnino deſpiciebant, & in plurimis dehoneſtabant. Defecimus quippe in veſtium paene cultu, & in ſolito cibi victu. In qua graviori penuria illuſtriſſimi Comitis Sinibaldi & ejus fratris G *nobis amplior affuit benignitas, impertiendo noſtrae neceſſitati alimonia plurima. Nonnulli etiam de notis vel ignotis & vicinis vel circum, in multis nos deridebant, & cibos delicatos, ac pigmentorum potus in praecipuis ſumtos ſolemniis ad memoriam ſubſannando nobis deducebant. Factique ſumus in opprobrium vel deriſum atque contemtum cunctis vicinis, & propriis, & alienis. Idcirco omnium facies verebamur, & ſi quibus nos excuſare volebamus, nullo modo credebant. Nudis quoque incedebamus pedibus, & dehoneſtati eramus, veſtimentis nobis deficientibus. In hoc permaxime ab honeſtis culpabamur viris, quum de Monaſterio voluntas diſcedendi praefuit in nobis. In quibus penuriis etiam ipſe* Berardus, *pro cujus cauſſa a Monaſterio diſceſſimus, nullum nobis regimen faciebat, nec aliquam benignitatem exhibebat, ſed omnes parvipendens poſthabebat, & delirabat. De terris verò, quas nobis ſibi dantibus ipſe retinebat, conſuetum nobis obſequium aut aliquod adminiculum nequaquam miniſtrare faciebat. Haec omnia a praedictis invaſoribus, infamibuſque & nefandiſſimis non dicam Dominis ſed Tyrannis crudeliſſimis patiebamur, ſicut ſupra breviter retulimus, multa praetermittentes, quae ſi aliquando cuiquam intimare volebamus, incredibilia videbantur. Praeterea nonnulli de equitibus noſtris cupiebant aſſumere* in Abbatem Adenolfum Comitis R. filium, *pro eo quod altae videretur excellentiae, ut per eum ſemper in magno forent certamine, & numquam pugnare quieſcerent, & ut probes ipſi apud eum prae omnibus cario-*

A *res exiſterent. Nam quoties defunctus* Abbas Berardus *quietem habebat & pacem nimis dolebat, ſe illis opus non habere ſine pugnae aggreſſione aſſerebat. Hinc vero divina dicit Scriptura:* Semper jurgia quaerit malus, ideoque Angelus crudelis mittetur contra eum. *Quidam verò noſtrorum cognoſcentes equitum voluntatem de* Domni Ade-

B nolfi Abbatis *aſſumtione, non modice dubitabant, quia Pater ejus, & Avus, ac etiam Abavus, cum hujus Eccleſiae Praelatis plurimas habuerunt diſcordias, & de multis rebus, quas haec acquiſivit Eccleſia, multoties contrarii exſtiterant. Ad quod graviores ſeniores rationabiliter reſpondebant dicentes:* Congruentius agemus, ſi ſacrae Scriptu-

C rae dicenti credamus: Filius non portabit iniquitatem Patris. & Pater non portabit iniquitatem Filii. Denique ſi illius parentes huic ingrati extiterunt Eccleſiae, potens eſt Deus ſecundùm velle ſuum per hunc virum nobis utiliora commoda perficere, quemadmodum legitur de Moyſe, qui prius a Populo Iſraël ſpretus

D eſt, poſtmodum Deo jubente ſalvavit Populum eundem ab Aegyptiaca ſervitute. *Haec nonnulli audientes, aliquantulum acquieſcebant. Et licèt formidarent ejuſdem praeclari Abbatis praelationem, non reſpuebant.*

Conſtituto verò die, quo ipſe Guido *de eodem* Domno Adenulfo *ſtatuerat perficere*, Calixtum Papam *ad hoc Mo-*

E *naſterium in Nativitate Sancti Johannis venire cum magno militum exercitu fecit. Sed, quod putaverat perficere, nequivit, quia* Comes R *eumdem filium ſuum, id eſt* Domnum Adenulfum Abbatem, *in captionem miſit, & ne id expleretur, prudentiſſime egit, videlicet ne in ruinam Domus ſuae, iramque Imperatoriam incurreret, ejuſque quam olim fidelitatem fecerat, o-*

ſtende-

ſtenderet. *Quum verò huc Papa veniſſet, & omnem Congregationem cerneret diſceſſiſſe, mox rediit, poſt ſacrae decantationem Miſſae. Quo recedente, hoc Monaſterium retinuit amariſſimus* Guido, qui ornamenta Eccleſiae, vel quaeque Utenſilia coepit diſpergere *abſque ullâ verecundiâ*, & diverſis viris in pignus tribuere: *ideſt Crucem majorem deauratam cum cannulo & pomo ejus pro Libris XII. Planetam purpurae nigrae, & Pluviale purpurae clavatae, quae fuerunt* Reginae Agnetis, *Dorſalem leonatum, & Tunicam Reginae, & Textum Euangeliorum, & Guaſape novum Altaris majoris pro Solidis L. Tabulam majorem pro Libris LV. Tabulam minorem pro Libris XIII. Planetam deauratam, & aliam albam, & Tunicam unam, & Stellam cryſtallinam argenti luciferam deauratam pro Libris III. cum dimidia. Calicem unum argenti, & Stolam majorem, & Capſulam argenti, & Cruciculam auream, & Nuſcas tres aureas femineas, & Planetas duas, pro Libris IX. Veſtem Altaris & Pluvialia duo, album diaſpidem, & aliud nigrae purpurae pro Libris III. & Solidis XI. Pluviales duos, rubrum & viridem pro Libris........ Planetam unam, & Pſalterium unum pro Solidis XXX. Planetam unam diaſpidem alibi, & Tunicam de examito albo, & Loricam pro Solidis L. Planetam unam & Orationalem eburneum pro Solidis L. Thuribulum argenteum pro Libris XXII. Sunt autem haec ornamenta Eccleſiaſtica triginta tria valde pretioſa, ex quibus Stola major cum Manipulo noſtris temporibus emta fuit Libris quindecim. De quibus pignoribus tulit Libras CLX. & eo amplius. Quas, ut compertum habemus, nec in Eccleſiaſticos uſus, nec in Fratrum regimina dedit, nec etiam in guerra expendit.* Item haec alia

A diſperſit, *de quibus ignoramus, quid tulerit aut fecerit: ideſt Thuribulum argenteum, Dalmaticam optimam, Telam unam Pallii, Amulam argenteam deauratam, Imperatoris Stolam & Manipulum cum campanulis aureis, Antiphonarium optimum, & Priſcianum valde bonum, Nocturnalem perfectum ſuper Iſaïam mirificum, Mithram unam, Virgas Paſtorales duas, & alia.*

B *Diſperſis itaque Eccleſiae ornamentis, omnibuſque Eccleſiaſticis ſupellectilibus diſtributis, praedictus* Guido *advenarum equitum peditumque collegit non modicum exercitum, ut Populum Abbatiae, qui ab eo receſſerat, expugnaret, &* Berardum Aſcarellum *contra ſe inſurgentem diſſiparet. At contra idem* Berardus *non*

C *minorem equitum peditumque multitudinem congregavit, ut ſuperare poſſet partem* Guidonis, *qui quocumque adire poterat, domos incendens, diſſipabat arbores, & vineas incidebat, homines vulnerabat, capiebatque, nec unum dimittebat, niſi pretio non exiguo quis ſe redimeret. Aliquantos etiam in ipſa captione fame conſumtos pernecabat.*

D De Eccleſiaſticis quoque ornamentis haec ſunt, quae diſtraxit & oppignoravit. *Altare Reginae pretioſum, Miſſalem majorem, Epiſtolarem Domni Romani, Calices tres, Thuribulum argenti unum, Capſulas argenteas tres, Cocleare & Amulas argenti duas, Patenas argenti duas, Gallum argenti, & argentum, quod remanſit a Tabula,*

E *Pallii brachia tria, & dimidium, Veſtem Altaris, Planetam unam, Pluviales tres, Fanones duos, Dorſalem unum, Sigilla aurea cum Praeceptis ſeptem. Super haec autem omnia devaſtabat, & perverſe agens in nullo quieſcebat, Populumque Abbatiae ſibi reſiſtentem vivere non ſinebat. Quum verò* Calixtus Papa *cum Imperatore concordiam haberet, & praelibatum* Berar-

A *dum in Generali Synodo excommunica-*
ret, compulſi ſumus ad hoc Monaſterium
redire, ne damnaremur excommunica-
tione. Et quum reverteremur, Popu-
lum Abbatiae, qui nobiſcum receſſerat,
admonere ſtuduimus, ut ad hanc Eccle-
ſiam & ad nos reverteretur, noſque,
ſicut in diſceſſione fecerat, etiam ſeque-
retur in reverſione. Sed neuter illorum
B *audire voluit monitionem. Reverſi verò*
ad Monaſterium, & recongregati, prae-
cipuas ſolemnitates, quas cum maximo
decore & ornamentorum pulcritudine in
veſtibus albis, vel Palliorum *cappis,*
aliarumque dignitatum, ſolebamus face-
re, tunc in nigris & lacinioſis cucul-
lis, & indumentis quotidianis in Cho-
ro & ante Altare, vel in ſublimi Am-
C *bone, compellebamur agere; & tamquam*
exſpoliati ac depraedati videbamur ca-
nere vel pſallere. Adoleſcentes quoque,
vel juniores Fratres cantuum neumas
& organa ſolita reſpuebant; & non
ſpirituali honeſtate aut gravitate, ſed
hiſtrionum more canere ſtudebant, &
multa neumas extraneas atque canti-
lenas introducere ſatagebant. Nec hu-
D *jus loci conſuetudinem, ſed diverſarum*
partium levitates & extollentias, quas
in exteris locis, in quibus degebant,
audierant vel viderant, exercere cura-
bant. Quae omnia quum maturiores vel
graviores Fratres audirent vel cerne-
rent, contriſtabantur diutiſſime, & affige-
bantur, quia eis non poterant reſiſtere.

Praedictus autem Guido *reverſos non*
E *recepit laetanter; non tamen diu nobi-*
ſcum in benevolentia permanſit, quia
ſuſpicio de nobis in illo creſcebat, &
pro malis, quae cunctis ante fecerat,
amplius titubabat. Saepe autem nobi-
ſcum loquens, praeteritam culpam nobis
improperans ajebat: Si habetis indi
gentiam, Fratres, patimini recte,
quia ſcriptum eſt: Meritò haec pa-
timur. *Quod nos audientes, gravi do-*
lore torquebamur, & magnâ anguſtiâ
afficiebamur. Et de hoc minime doleba-
mus, quia ipſe ſuam maximam culpam
minime recordabatur, & in ullo reve-
rebatur, nec timebat illud Evangelii:
Vae illi, per quem ſcandalum venit!
Revera ipſe exſtitit, per quem huic
Loco deſectio, nobiſque periculum acci-
dit. Unde diutiſſime contriſtati invicem
fatebamur: Heu, heu! pejor eſt no-
bis iſte nefandiſſimus Guido, quàm
illis diebus fuiſſe legitur Campige-
nans Campo. *Denique plurimi noſtro-*
rum aut diſcerptis veſtibus, aut abſque
Monachili indumento, nudiſque pedibus
incedebant. Ipſe autem ex hoc minime
curabat: nam Regulae diſtrictionem non
exercebat, nec vitia reſecabat, ſed ſibi
faventibus omnino parcebat. Et ſi quis
in illum offenderet, ſine miſericordia,
& velut ſacrilegum acerrimè condemna-
bat. Super haec verò omnia mala De-
cretum, quod omni Conventui fecerat,
poenâque aeterni anathematis alligave-
rat, diſſipavit, & omnino delere fecit,
noſque in nihilum deduxit. Manualia
quoque noſtra *&* terrarum vicendas
ac molendinos *&* portuum reditus,
mercatique toloneum, *&* Angariales
homines, *&* omnia nobis pertinen-
tia, *vel quae praedeceſſores illius Ab-*
bates Conventui noſtro, ſacramento fir-
maverant, vel libentiſſime conceſſerant,
minuavit & abſtulit, & per equites
ſuoſque fautores diſperſit. *Quapropter*
famis inopiâ cruciabamur, & omni de-
decore affligebamur. Plurimis etiam die-
bus quinque vel ſeptem nucibus de Cel-
lario pro panibus per diem alebamur.
Et non jam de vino miſſo in Refecto-
rio apud nos conquerebatur, ſed de quan-
titaticula panis tractabatur. Bubalos
& boves, & animalia Spaniſca, atque
equos, quos invenit, prodige donavit.
Praeterea obſequia Cellarum omnium &
locorum nobis pertinentium, & Deci-
mas

mas Abbatiae, & exenia conſtituta, ex toto perdidimus. Et nec ſeminavimus, nec meſſuimus per temporis ſpatia quinquennii. Penſiones quoque Libellorum ſibi recondidit, quas fingebat ſe dare in lucro Tabulae Altaris. Nos ſibi fecimus bona, & ab eo exſpectabamus meliora; & contra retribuit ille nobis mala, & contra nos excogitavit peſſima & deteriora; omneſque, qui de ejus honore amplius tractaverunt & perfecerunt, diſſipavit & deſtruxit, & exconcilians uſque ad terram humiliavit. Vinum etiam nobis lymphae fecit, & conſuetam juſtitiam minuavit. Enimvero fraudulentis ingenii, & totius mendacii atque deceptionis & circumventionis malitiae ſemper ab initio exſtitit: & non ſe in Abbatia, ut decebat, in aliquo coërcuit aut emendavit, ſed deterior in omnibus & per omnia fuit. Cujus malitias duriſſimas, & devaſtationes nequiſſimas pertulimus per ſex annorum ſpatia. Tunc demum magis afflicti doloribus, variiſque contriti cruciatibus, Romae ad Papam Calixtum *nos fere viginti cum Fratribus perreximus: ejuſque proſtrati pedibus, illum ſupplicavimus, ut nobis in noſtris miſeriis ſubveniret, & aliquid commodi impertiret. Sed quum nihil boni ab eo poſſemus obtinere, nec apud ipſum aliquam habere conſolationem, ad Monaſterium reverſi ſumus maximo cum rubore. Ipſe quoque* Guido *ad eumdem Papam ſaepiſſime pergebat. Frequenter etiam per ſuos Legatos eum omnino ſupplicans obſecrabat, ut ſicut ſibi promiſerat, & vice ejus eoſdem Legatos inveſtierat, omnem Abbatiam recongregans, reſtaurare, ſibique ſubdi juberet. Sed in nullo miſertus, bonitatem aliquam, donec vixit contra hoc Monaſterium non exercuit.*

Nos verò licèt a noſtris Rectoribus & Populo Abbatiae deſtituti in noſtris **A** *neceſſitatibus pernimium eſſemus, omnipotentis Dei tamen auxilium, & Dominae noſtrae Mariae adminiculum multoties percepimus, venientibus ad nos Chriſtianis & Catholicis viris, Deumque timentibus, atque pietatis gratiâ alimoniam & quaeque utilia deferentibus. Enimvero quum jam Chriſti pietati placeret, ut nobis miſereri* **B** *diſponeret, vel noſtrae cladi finem dignaretur imponere, quam per ſex annorum curricula pertulimus valide, tamdem conſilium habuimus, ut a praedicto* Berardo Aſcarello *res, noſtro regimini pertinentes requireremus, ſi quoquo modo penurias & miſerias evadere poſſemus. Et quum nihil boni, aut nobis utile ab eo impetrare valeremus, rebus quoque* **C** *Eccleſiaſticis & ornamentis, vel utenſilibus nobis neceſſariis, quos nobiſcum detuleramus, quando de' Monaſterio diſceſſimus, omnibus contemtis, nihil ab eo aliquid omnino recipere, neque mercedis neque caritatis gratiâ quivimus, quum plurimas illi lacrymoſas effundere preces ſtuderemus. Tamdem verò in divinâ confidentes clementiâ,* **D** *& de Dominae noſtrae Mariae praeſumentes cuſtodiâ, extenſis manibus ad* Domnum Adenolfum *Domini Salvatoris reverendiſſimum* Eugubinum *eligendum & proponendum nobis unanimiter convenimus. Nam praedictus* Guido, *quum ſe perſpiceret per ſex annorum ſpatia in pace quietis non potuiſſe ducere Abbatiam, diſtractis omnibus* **E** *Eccleſiaſticis ornamentis & Libris, cunctiſque utenſilibus & Reliquiis plurimis Sanctorum pretioſiſſimis atque praecipuis, ſcilicet Sanctae Mariae, & Ligni vivificae Crucis, aliorumque Sanctorum; inſuper Terris frequenter ſcriptitatis, & ex eis innumeris pecuniis accumulatis; quumque cerneret, Populum ab e[illegible]ticiis equitibus depraedari & captivari, & in nullo ſe poſſe ſibi ſubdi-*

ſubditos adjuvare nec liberare; nec habens jam, ubi manum injicere valeret; qui ſe viſionem vidiſſe dudum fingebat, qua annis tribus & medio adverſari, & tunc annos quadraginta octo in Abbatia vivere, & pacem quietemque honoris ſui infinitam prae cunctis Anteceſſoribus adepturum ſperabat: tamdem per omnia victus, & ſine alicujus conſilio relictus ad Papam Honorium *ſuos tranſmiſit Legatos, petens licentiam refutandi Abbatiam. Cui Papa aſſenſum praebens, miſit ad nos honeſtiſſimos Cardinales, qui vice ſuâ copiam darent, decentiſſime perficerent, ut oporteret. Nos verò, qui antea, ſicut praedeceſſores noſtri, Papatus Curiam fugeramus, & ab eo aſſumi perſonam nobis in Abbatem nolebamus, multis cumulati quum jam eſſemus inopiis, cernentes non poſſe aliter de plurimis incommodis nos eripi, ſuſcepimus eoſdem* Cardinales Conradum & Jonatham. *In quorum praeſentia* Guido *omni Conventui noſtro Abbatiam refutavit, & Virgam reddidit, omneſque noſtros equites & Populum Abbatiae de fidelitate vel ſacramento ſibi edito abſolvit. Sicque ad proprium reverſus locum reſedit, huicque potentiae contrarium ſe non amplius oſtendit. Nos eoſdem Cardinales rogavimus, ut vice Papae praefatum* Domnum Adenulfum *nobis concederent. Et ipſi placide ſuis cum manibus acquieverunt decentiſſime, ſicut Papa juſſerat, & nobis tradiderunt, & a noſtro Conventu diſceſſerunt. Quibus recedentibus omnes in Campanilum perreximus, ipſum* Domnum Adenolfum Abbatem *illuc accerſitum, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque integerrimae Genitricis, in noſtram ac totius Populi ſalutem Abbatiae, & authenticam hujus Eccleſiae libertatem & reſtaurationem, concorditer & juxta antiquam conſuetudinem elegimus. Factoque ibi cuncto-*

A *rum Fratrum noſtrorum generali Decreto & indiculo deſcripto, in Eccleſiam ſimul pergentes magni animi laetitiâ* Te Deum laudamus *excelſe cecinimus, atque decentiſſimam & honeſtiſſimam illi reverentiam proſtrati exhibuimus, & ad Horam perſolvendam Sextam acceſſimus. Hoc peractum eſt Anno Dominicae Incarnationis MCXXV.*
B *Indictione IV. Quinto Idus Februarii, Feriâ quoque ſecundâ Dominicae Quinquogeſimae. Quo facto tantam omnipotens Deus gratiâ ſuâ omni Populo Abbatiae concordiam contulit, ut in triduano ſpatio ſine armis hoſtilibus, & abſque alicujus ſuggeſtione totius de noſtra litis contentione, ad ejuſdem noſtri Paſtoris redirent fidelitatem libentiſſima*
C *voluntate, gratis tantùm & ſine alicujus beneficii petitione. Et non multo poſt ad loca noſtri Monaſterii in Marchia conſtituta perrexit, ubi ipſe quoque Populus cum Praelatis omnibus ad debitam concordiam & condignam fidelitatem praedicti Domini Abbatis redire non minori devotione feſtinavit. Eodem vero Anno die XXIII. quum ad*
D *coenam Sabbato octavo Pentecoſtes poſt Miſſas, omnes prae Refectorio cauſâ coenandi ſediſſemus, ſubitò vis magna fulguris Turrim Caſtri Farae percuſſit, & omnem partem diſſipavit & deſtruxit, & trabes ſuccendit, quae etiam, nec vino nec aquâ plurimâ multoties biduo potuerunt* * *exingui. Quum verò* Domnus Abbas Adenulfus *a Marchia*
E *plurima cum jocunditate, magnaque felicitate reverſus eſſet, omneſque in graviori poſitos inopiâ vidiſſet, utpote qui fere per quinquennium nec ſeminavimus nec meſſuimus, quanta omnia manualia noſtra, ſive denique omnia, quae* Domnus Abbas Guido . . . .
. . . .

Cetera deſiderantur.

DE

DE PAROECIIS ET PLEBIBUS.

DISSERTATIO SEPTUAGESIMAQUARTA.

DISSERTATIO

SEPTUAGESIMAQUARTA.

Ludovicus Thomaſſinus vir Clariſs. multis pro ſua ſingulari eruditione egit *de Parochis*, eorumque origine ac muneribus Part. I. Lib. 2. Cap. 21. & ſeqq. de Beneficiis. Aliqua & mihi in idem argumentum adnotare liceat. Vel Apoſtolorum aevo *Parochos* fuiſſe inſtitutos, multa ſunt, quae evincere videntur, ut proinde in eam ſententiam conveniant plerique Theologorum ac Eruditorum hominum, inſtitutionem atque auctoritatem Parochialem, niti jure divino, atque immediate a Deo proficiſci. Ad Seculum verò vulgaris Epochae Quartum praecipue pertinet *Paroeciarum*, ſive ut appellare ſolemus, *Parochiarum* diviſio, & aſſignata Parocho cuicumque Populi portio regenda. Et primo quidem inſtituti fuere Parochi in Urbibus, tum in agris, ut Chriſtianorum multitudini in dies creſcenti Paſtorum praeſentium ope facilius conſuleretur. *Baptiſmales* autem *Eccleſiae* procedente tempore ejuſmodi Eccleſiae appellatae ſunt, quod Baptiſterium & jus baptizandi Fideles, antea uni Urbis cujuſque Eccleſiae reſervatum, commune factum fuit cum ruralibus quoque Parochialibus Eccleſiis, ne in incommodum infantium baptizandorum vergeret nimia ſacri Fontis diſtantia. Ruralium dixi: nam quod eſt ad urbanas Parochias, longe ſerius iis facta eſt venia miniſtrandi Baptiſmatis. Nempe olim erat cuicumque Civitati una Baptiſmalis Baſilica, plerumque penes Cathedralem, ad quam deferre opus erat quoslibet Civitatis pueros ſacrâ undâ luſtrandos. Is autem ritus ex antiqua inſtitutione adhuc Piſis, Parmae, Cremonae, Florentiae, Bononiae, atque in aliis Urbibus perſeverat. Ad earum Urbium imitationem Populus quoque Mutinenſis Anno Chriſti MCCCXXVII. in Statutis MStis decrevit: *Ut teneatur Poteſtas facere Conſilium Generale, ad deſignandum locum congruum in ripa Plateae Communis, vel in alio loco decente & idoneo, in quo Maſſarius Sancti Geminiani poſſit & teneatur fieri facere Baptiſterium Sancti Johannis Baptiſtae.* *Plebes* quoque nuncupabantur Parochiales Eccleſiae, unde ad nos manavit Italica vox *Pieve*. Plebis quippe nomine olim deſignabatur collectio fidelium, ſub uno Sacerdote poſita: quo ſenſu etiam Dioeceſes interdum occurrunt appellatae *Plebes*. Propterea in Synodo Pontigonenſi ſive Ticinenſi, Anni DCCCLXXVI. memoratas reperimus *Eccleſias Baptiſmales*, quas *Plebes appellant*. In inſigni Tabulario

Capituli

Capituli Canonicorum Arretinae Urbis obtulit ſe mihi nobile archetypum Diploma Caroli Magni nondum Imperatoris, in quo earumdem *Eccleſiarum Baptiſmalium* fit mentio. Monumentum, dignum plane, quod tenebris eripiatur, nunc omnium oculis ſubjicio.

Caroli Magni Francorum & Langobardorum Regis Privilegium conceſſum Eccleſiae Arretinae, Anno Chriſti 703.

CArolus *gratia Dei* Rex Francorum & Langobardorum, *ac* Patricius Romanorum. *Si petitionibus Sacerdotum, vel ſervorum Dei, in quo noſtris fuerint auribus prolatae libenter obaudimus, & eas in Dei nomine effectui mancipamus, Regiam conſuetudinem exercemus, & hoc nobis ad mercedem vel ſtabilitatem Regni noſtri pertinere confidimus. Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini preſentium videlicet & futurorum, qualiter venerabilis vir* Aribertus *ſancte* Arretinenſis Eccleſie Epiſcopus, *quae eſt conſtructa in honore Sancti Donati, ad noſtram acceſſit clementiam, & petiit ſerenitati noſtre, ut omnes res ipſius Eccleſie, que ibidem a longo tempore & uſque nunc viſae ſunt pertinuiſſe, tam Monaſteria vel Senodochia, quamque &* Eccleſias Baptiſmales, *ſeu reliquas poſſeſſiones, quicquic per donationes vel confirmationes Regum, ſive vinditiones, conmutationeſque ex honorum hominum largitate ibidem date vel condonate ſunt, vel etiam illud* Monaſterium Sancti Benedicti, *in ſupraſcripta ipſa Civitate, quod bone memorie* Cunemundus quondam Epiſcopus anteceſſor ſuus *legibus comparavit, vel ſuo fundavit opere, una cum rebus ſuis propriis, quas de jure parentum ſuorum habuit, & ad ipſam Eccleſiam Dei viſus fuit delegaſſe; inſpectas ipſas preceptiones, vel confirmationes, ſive venditiones, vel conmutationes, denuo per noſtram auctoritatem circa ipſum ſanctum locum redere & confirmare deberemus. Cujus petitionem pro reverentia ipſius ſancti Loci noluimus denegare; ſed in elimoſina noſtra ita preſtitiſſe & confirmaſſe cognoſcat. Precipientes ergo jubemus, ut ſicut conſtat ipſa Eccleſia Sancti Donati de predictis rebus a longo tempore juſte & rationabiliter legibus veſtita fuiſſe, & * preſonti tempore memoratus vir venerabilis vir* Aribertus Epiſcopus *recto tramite poſſidere videtur, inſpectas ipſius preceptiones vel confirmationes Regum, ut diximus, ſeu vinditiones, vel conmutationes, ſive traditiones bonorum hominum ita in antea per hanc noſtram auctoritatem atque confirmationem valeat jam fatus Aribertus Epiſcopus, ſuique ſucceſſores, qui fuerint Rectores ipſius ſancti Loci, ipſis, ut ſupra memoravimus, rebus quieto ordine tenere & poſſidere; & nullus quidlibet de fidelibus noſtris amodo & deinceps ſepe dicto Epiſcopo vel Succeſſoribus ſuis de jam ſupraſcriptis rebus inquietare aut calomniam generare quoque tempore non preſumat, ſed noſtris & futuris temporibus ad ipſam Caſam Dei proficiant in augmentis. Et ut hec auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conſervetur, manu propria ſubter eam decrevimus roborare & de anulo noſtro juſſimus ſigillari.*

Signum

Signum  *Caroli glorioſiſſimi Regis.*

Sigillum cereum.



Ercambaldus ad vicem Radoni ſubſcripſi.

Datum VII. Idus Octobris, Anno XVI. & Decimo Regni noſtri.

Actum Vurmaſia Civitate, in Dei nomine feliciter. Amen.

Seculo etiam poſt Chriſtum natum Quarto in uſu eſſe coeperunt praeter Parochiales Eccleſias *Oratoria*, ſive *Capellae*, ruri aedificatae, videlicet Aedes ſacrae, ad commoda ſaepius piorum divitum, quàm ad uſum Plebis ſive Populi, excogitatae, quales nunc etiam bene multas intuemur. Immo & ipſas Urbes idem mos ſenſim penetravit, certantibus praecipue Magnatibus, ut domeſtica Oratoria haberent, in quibus Miſſam ſibi celebrandam curabant: quod fieri noſtro quoque aevo paſſim cernimus, non recenti ſane ſed antiquiſſima conſuetudine. En quid de hiſce Oratoriis legitur in antiquiſſimo Libro Rituali, quem inſignis Bibliotheca Caſanatenſis, nunc ad Coenobium Romanum Praedicatorum Sanctae Mariae de Minerva ſpectans, adſervat. *Qui in domo ſua Oratorium habuerit, orare ibi poterit, tamen non audeat in eo ſacras facere Miſſas, ſine permiſſione Epiſcopi illius loci. Quod ſi fecerit, domus illius Fiſci juribus addicatur, & ab Epiſcopo diſtrictâ poenitentiâ coërceatur. Comes, qui haec Epiſcopo morante* (an potius *monente?*) *cognovit, & non prohibuit, librâ auri mulctabitur, & ab Epiſcopo loci illius canonicam ſuſcipiat excommunicationem & excluſionem.* Mentio *Comitis*, illius nimirum, qui Civitati praefectus erat, antiquitatem Codicis & Legis hujus confirmat. Sed & publica Oratoria olim quoque condita fuere, & ex ipſis privatis *Capellis* nonnullae ſenſim in uſum etiam Populi circumſtantis concedere coeperunt; atque illuc ad Miſſam audiendam, atque ad alia ſacra conveniebatur, quum Plebem adire ingentis incommodi non raro foret, utpote nimium diſtantem. Immo ſublatâ etiam neceſſitate hujuſmodi condi caepta ſunt, & Religionis cauſâ frequentari in Civitatibus ejuſmodi Oratoria; pluraque in dies aedificabantur; quae quum inculta progreſſu temporis fierent, propterea Legi infra commemorandae Pippini Regis

Italici cauſſam dedere. In opulento Ambroſiani Monaſterii Tabulario Chartam vidi, quae diligentiam effugit doctiſſimi Puricellii in Monumentis Ambroſian. Baſilicae. Scripta eadem fuit *Regnantes Domni noſtri vere excellentiſſimi Deſiderio & Adelchis Regibus, Anni Regni eorum Novo & Septimo, ſub die Tertiodecimo Kalendarum Septembrium, Indictione Tertia ....* Signant Notae iſtae Annum Chriſti DCCLXV. Haec ibi verba: *Oraturio Beati Ambroſii Confeſſoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt fundatum prope Civitate Mediolanenſi in loco, ubi Turriglus nominatur, in quo Ambroſius venerabilis Cuſtos eſſe videtur &c.* Non heic Ambroſiana Baſilica deſignatur, ſed *Cellula*, ut opinor, illa, cujus mentionem reperit Puricellius ſupra memoratus num. XI. in pergamenâ ſcriptâ Anno DCCLXXXI. *ubi Fortes reverentiſſimus Diaconus praeeſſe videtur.* Suberat autem ejuſmodi Oratorium Baſilicae Ambroſianae. Quum ergo ex hiſce Oratoriis multa prae vetuſtate aut incuriâ hominum incompoſita jacerent, Pippinus Italiae Rex Lege I. Langobardor. ſtatuit, ut *Eccleſiae Baptiſmales* (ſcilicet *Plebes*) *ſeu Oracula* (ideſt *Oratoria*) *qui eas a longo tempore reſtauraverint, mox iterum reſtaurare debeant.* Nam quamvis neceſſaria minime forent Oratoria, ex quo tamen condita fuerant, ad cultum Dei, & Religionis decus, atque ad commodum Populi, ſpectabat ea habere munda atque ornata, non verò deformia atque cadentia. Idem quoque Rex Lege XXVI. haec decrevit *de Eccleſiis Baptiſmalibus, ut nullatenus Laici homines eas tenere debeant, ſed per Sacerdotes fiant, ſicut ordo eſt, gubernatae.* Vide Placitum a Sicardo Beneventano Principe habitum Anno Chriſti DCCCXXXIX. in Chronic. Vulturnenſi Part. II. Tom. I. Rer. Italicar. pag. 388. ubi haec verba: *Quia & Canones ſic continere videntur, quod Eccleſia, quae lavacrum Battiſmi aedificatum habuerit, ſemper ſub dominio Epiſcopi ſubjacere debet.* Hoc animadvertendum, quum ſubſequutis temporibus, excluſâ poteſtate Epiſcopi, Eccleſiae Baptiſmales ſeu Parochiales ad Monachos ſpectare coeperint. Quod Oratoria ita in poteſtate Laicorum forent, ut per quemcumque amovibilem Clericum ea regere poſſent, propterea Laicis minime interdictum fuit in iis collocare Clericos cuſtodes. Verùm Parochialibus Eccleſiis ſuus dandus erat Rector, nempe ſtabilis Paſtor atque Sacerdos. Et quoniam pravus mos invaluit, ut Magnates Decimas non Eccleſiis Parochialibus conferrent, ſed Oratoriis in fundo proprio aut beneficiali conſtructis, interceſſere Patres Ticinenſis Concilii. Anno DCCCLV. celebrati, apud Ludovicum II. Auguſtum, ut hujuſmodi abuſum tolleret. Itaque in Capitulari edito Part. II. Tom. I. Rer Italicar. Canon XII. ejuſdem Concilii hiſce verbis conceptus fuit: *In ſacris Canonibus praefixum eſt, ut Decimae juxta Epiſcopi diſpoſitionem diſtribuantur. Quidam autem Laici, qui vel in propriis, vel in Beneficiis ſuis habent Baſilicas* (Oratoria heic ſignificantur) *contentâ Epiſcopi diſpoſitione, non ad Eccleſiam, ubi Baptiſmum, & praedicationem, manus impoſitionem, & alia Chriſti Sacramenta percipiunt, Decimas ſuas dant, ſed propriis Baſilicis pro ſuo libito tribuunt: quod omnibus modis divinae Legi & ſacris Canonibus conſtat eſſe contrarium. Unde veſtram poteſtatem, ut eos corrigatis, expetimus.* Vide-ſis, quae in Parochialibus

chialibus Eccleſiis olim peragerentur, *Baptiſmus*, *Praedicatio*, *Manuum Impoſitio*, hoc eſt, poenitentium reconciliatio, aut etiam benedictio, & reliqua Chriſtianae Legis *Sacramenta*. Presbyteris congruentia: quod & nunc a Parochis praeſtatur. Nihil autem horum olim in Capellis & Oratoriis peragere licuit. Ita in Li- A teris Benedicti Epiſcopi Adrienſis, quas e Collectaneis MStis Peregrini Priſciani, in Eſtenſi Bibliotheca adſervatis deſcripſi, legimus, quum ejuſmodi Eccleſia conferretur: *Et concedo* (inquit Praeſul) *eam eſſe Plebem & Baptiſmi & Chriſtianitatis myſterium &c.* Literas ipſas, hactenus luce carentes, profero.

Benedictus Epiſcopus Adrienſis Eccleſiam Sancti Andreae in Ponticulo, una cum Decimis &c. concedit Farulfo; qui & Bulgarus, Anno 1054.

Milleſimo *Quinquageſimo Quarto. ſub* Henrico Tertio Rege, *&* *Pontificatu* Domni Victoris. *Ego quidem in Dei nomine* Benedictus Dei gratia Epiſcopus Adrienſis, *per hujus paginam profeſſionis, donationis, ſeu largitionis tibi preſenti in Dei nomine Farulfo, qui vocaris Bulgaro, ſeu filiis maſculis in perpetuum per iſtius paginis firmitatem, a me in te factam atque traditam largiente largior tibi, tuiſque filiis maſculis in perpetuum trado atque concedo* Eccleſiam *unam, ſub vocabulo* Sancti Andree, *qui vocatur* in Ponticulo, cum Decimis & oblationibus, omnibuſque pertinentiis ſuis, *conſtituto territorio Adrienſe*. Et concedo, eam eſſe Plebem, & Baptiſmi, & Chriſtianitatis miſterium ibi in ea faciendum matutinis, veſpertinis horis, ſeu Miſſarum ſo- B lemniis, in ea ibidem celebrandis per meos Presbiteros, vel meorum Succeſſorum ibidem ordinatos, & eoſdem Presbiteros meum Sinodum, meorumque Succeſſorum cuſtodiendum. *Et inde afferatis candelas tres in feſtivitate Sancti Martini.*

Benedictus *Dei gratia* Adrienſis Epiſcopus *firmavi*.

C *Petrus Archipresbiter de Plebe Sancti Caſſiani firmavi*.

Itaque ubi *Eccleſiarum Baptiſmalium*, aut *Plebium* mentio in antiquorum monumentis occurrit, quid ea nomina importent, continuò intelligere poſſumus. Cujus rei duo tantùm exempla proferam; quorum primum, D ex vetuſtiſſimo Regeſto Epiſcopii Cremonenſis deſcripſi.

Carlomannus Italiae Rex Benedicto Cremonenſi Epiſcopo, ejuſque Eccleſiae, omnia bona & jura illius confirmat, Anno 878.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis*. Karlomannus *divina favente gratia* Rex. *Si enim que ad loca Sanctorum juſte pertinent, per noſtram auctoritatem confirmamus, non ſolùm* E *Regiam conſuetudinem decenter implemus, ſet hoc nobis ad mercedis augmentum, & ſtabilitatem Regni noſtri pertinere confidimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus ſancte Dei Eccleſie,*

ſte, noſtriſque, ſcilicet preſentibus & futuris, quod vir venerabilis Benedictus Cremonenſis Eccleſie Epiſcopus, miſſa petitione petiit, ut Precepta piiſſimorum Auguſtorum parentum noſtrorum per noſtre Celſitudinis auctoritatem roboraremus atque confirmaremus. Cujus petitioni libenter ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti libenter annuentes, precipimus atque jubemus, ut omnes res ſupradicte Eccleſie, que eſt conſtructa in honore Sancte Marie Virginis Matris Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Sancti Stephani Martiris Chriſti, ſicut in piiſſimorum Auguſtorum parentum noſtrorum tuitione fuerant, ita & in noſtra defenſione atque immunitate firmiter permaneant. Jubemus ergo, atque ſupradicte Eccleſie confirmamus, ut omnia loca ibidem pertinentia, que a longo tempore uſque nunc adhuc Locum pertinere videntur, tam Monaſteria, quamque Synodochia, ſeu & Eccleſias Baptiſmales, & reliquas poſſeſſiones, que ad hunc Epiſcopatum juſte & rationabiliter pertinent, vel que deinceps divina pietas ad ea loca augeri voluerit, ut ſupra nominatus Epiſcopus, Succeſſoreſque ſui, perpetualiter ea teneant atque poſſideant. Inſuper adjunximus, ſicut in ſupradictis Preceptis invenimus, locum, qui dicitur Teoledo, cum Brivifolis, & Cocullo, cum omnibus ad ipſum locum pertinentibus,

A & Portu Vulpariolo, & tranſitorio, cum molitura uſque ad Caput Addue, cum molitura de Molendinis, & portoris uſque in Caput Addue. Omnia enim hec ſupramemorate Eccleſie per hoc preſens Preceptum noſtrum confirmamus, ut jure firmiſſimo perpetuis temporibus poſſideat. Et ut hec auctoritas confirmationis noſtre per cuncta futura ſecula B inviolabilem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria noſtra ſubter eam confirmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus.

Signum Domni Karlomanni (✠) ſereniſſimi Regis.

Baldo Cancellarius ad vicem Thigtmari Archicapellani recognovi.

Data II. Idus Martii, Anno Chri- C ſto propitio II. Domni Karlomanni ſereniſſimi Regis Bavariorum & Italic, Indictione XI.

Actum ad Otingas Palacio Regio, in Dei nomine feliciter. Amen.

Alterum Diploma deſumſi ex Archivo Piſtorienſis Epiſcopii, ubi ſingulas Plebes, ſive Parochiales Eccle- D ſias, Epiſcopo Piſtorienſi tunc ſuppoſitas, quiſquam arbitraretur enumeratas, niſi alias plures complecteretur Innocentii II. Papae Bulla, Anno MCXXXIV. ſcripta, & ab Ughellio producta.

Confirmatio jurium & Privilegiorum Eccleſiae Piſtorienſis facta ab Ottone III. Imperatore, Anno 997.

IN nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Otto Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Omnibus noſtris fidelibus notum ſit, quomodo nos pro Dei amore, noſtraeque animae remedio, Epiſcopatui Piſtorienſi, in honore Sanctorum Zenonis, Rufini, & Fe- E licis, omnes res & proprietates ſibi pertinentes, hoc eſt, Terram vacuam, ubi mercatum eſt ipſius Civitatis, quae tenet unum caput in Gardingo, & aliud caput in via Regis, unum latus in terra Caſa Sancti Zenonis, & in terra Taſſimannatica, aliud latus in via

via Regis: Villam de Paviano, & Montem Leoneſe, & Curtem in Saturnana: Curtem Sanctae Mariae in Braina: Curtem Vinath·anam: Curtem Wifarrei: Villam de Runco: Curtem Celleri: Curtem Camugnanum: Curtem de Faſiano: Curtem de Tabiano; Curtem de Sarano: Curtem in Neure: Curtem in Piſcia: Curtem de Lizano: Curtem de Mucillo: Curtem Sanctae Chriſtinae: Curtem in Sena, ubi Modini & Vicovona vocitatur: Curtem in Brucania: Curtem de Sero: Curtem a Burgocornio: Curtem ad Sanctum Juſtum, cum omnibus pertinentiis & adjacentiis earum: Plebes *etiam* de Tabiano; de Sancto Stefano in Urbaria; in Creti; in Arimino; Serano; in Quarata; de Sancto Paulo; de S. Juſto; de Lacore; de Burgo; de Sancto Laurentio; de Sancto Ypolito, *quae vocatur Urſia;* de Saturnana; de Sancto Georgio; de Celle; de Maria; de Furfalo; de Liſano; de Sancto Johanne; de Villiano; & *ubicumque invente fuerint, cum omnibus pertinentiis & adjacentiis earum; cum Servis & Ancillis, vineis, pratis, paſcuis, campis, ſilvis, ſtalareis, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, ripaticis, toloneis, mercatis, ſibi,* & Antunino ejuſdem Sedis Epiſcopo, *ſuiſque Succeſſoribus, omnia, ſicut ſupra ſcripta ſunt, vel Deus in futurum augeri ibidem voluerit, noſtra praeceptali auctoritate roboramus, & penitus in proprium ſtatum confirmamus, eo videlicet ordine, ut ita permaneant ſine omnium hominum contradictione, moleſtatione, & diminoratione. Praecipientes denique jubemus, ut nullus Dux, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdaſius, Kaſtaldio, nullaque Regni noſtri magna parvaque perſona, praedictam ſanctam Dei Eccleſiam vel Epiſcopos per tempora ibidem ordinatos inquietare, moleſtare, aut de omnibus, quae ſupra leguntur, diſveſtire, vel ſupra terram ejuſdem reſidentibus, fodrum aut toloneum, vel ripaticum, vel alpaticum tollere praeſumat. Si quis igitur hujus noſtrae donationis & confirmationis Praeceptum rumpere tentaverit, componat mille Libras auri optimi, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem jam dictae Eccleſiae, ſuiſque Rectoribus. Quod ut verius credatur, & ut diligentius ab omnibus obſervetur, manu propria roborantes, ſigillo noſtro ſigillari juſſimus.*

Signum Domni Ottonis  *invictiſſimi Imperatoris Auguſti.*

Hetbertus Cancellarius vice Petri Cumani Epiſcopi recognovit.

Data V. Kalendas Majas, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXCVII. *Indictione XI. Anno Tertii Ottonis Regis XV. Imperii II.*

Actum Romae feliciter.

Antoniam

Antonium Piſtorienſem Epiſcopum Ughellius eum appellat, qui heic *Antuninus* dicitur. Cur verò Epiſcopi tam ſolicite quaererent, ut in Imperatorum Diplomatis, ſaepius verò in Romanorum Pontificum Bullis, ſigillatim recenſerentur eorum Paroeciae, in cauſſa fuere non leves controverſiae inter Epiſcopos conterminos excitatae de Eccleſiis quibuſdam in finibus Dioeceſeon conſtitutis. Quod potiſſimùm contingebat, ſi quando alii eſſent termini Comitatus, ſive diſtrictus Secularis, alii verò Eccleſiaſticae Dioeceſis. Uſitata certe & conſtans olim regula fuit, ut iiſdem finibus circumſcriberetur Dioeceſis Epiſcopi ac Civitatis illius ager, ſive Comitatus. Attamen antiquis etiam temporibus quum liceret Regibus & Auguſtis immutare, ſeu minuere, aut amplificare ſuarum Urbium & Comitum agrum atque juriſdictionem, non autem Epiſcoporum: propterea interdum non fuit idem limes ditionis Secularis atque Epiſcopalis; erantque Parochiae in uno Comitatu ſubjectae Epiſcopo alterius Comitatus. Hunc autem temporibus noſtris familiarem, immo vulgarem cernimus morem eâ de cauſsâ, quod tot praeceſſerint inter Italicos Principes & Urbes bella, ut Secularis & Epiſcopalis ditio limites non raro diverſos acceperit, & adhuc retineat. Sed & olim hoc factum fuiſſe, nonnullis ex ſerâ antiquitate ſervatis ad hos uſque dies monumentis confirmatum nunc eo. Nempe vel regnantibus in Italia Langobardorum Regibus inter *Arretinos* ac *Senenſes Epiſcopos* acerrima lis efferbuit, utroque ſibi vendicante limitantes aliquot Parochiales Eccleſias. Numerabantur illae in Comitatu Senenſi, atque eas ex iſto titulo ſibi tribuebat *Senenſis Antiſtes*. Arretinus verò contendebat, ſibi ſuiſque Praedeceſſoribus, in eas ipſas integrum ſemper atque non interruptum jus fuiſſe. *Liutprando Rege* regnante exarſit ejuſmodi diſſidium, atque ad illud cognoſcendum ac dirimendum, directis non ſemel Regiis Miſſis, & Epiſcopis finitimis ad idem judicium accitis, inſudavit. Tum ſub Imperatoribus Francis lis eadem recruduit: & quanquam antea pro Arretino Epiſcopo victoria ſteterit, denique Senenſi adjudicata eſt cauſſa, qui adhuc in pacifica poſſeſſione Eccleſiarum controverſarum a pluribus Seculis perdurat. Ejus autem cauſſae nonnulla acta evulgavit Ughellius in Catalogo Epiſcoporum Arretinorum Tom. I. Italiae Sacrae, ſed ita ut de eorum veracitate dubitare videatur. *Retulit*, inquit ille ideſt Lupertianus, a *Liutprando Langobardorum Rege hoc*, *quod ſequitur*, *ejuſdem farinae cum ſuperiori donatione Zenobii Tribuni*, *gratioſum Privilegium*. Donationem autem hiſce verbis indicatam nemo non agnoſcat ſuppoſititium foetum. Verùm Acta a Buralo producta, & ab eodem Ughellio rurſus edita, quae ad hujuſmodi litem ſpectant, minime tanquam ficta abjicienda ſunt, quum reliquis cohaereant mihi nunc primum in publicam lucem efferendis. En ergo primum ex iis, quod ego deſcribebam ex nobili Archivo Capituli Canonicorum Arretii, ubi vetuſtiſſimum antigraphum in pergamena adſervatur

Judicatum

Judicatum quorumdam Epiſcoporum, juſſu Liutprandi Regis congregatorum, ad dirimendam controverſiam de quibuſdam Paroeciis, vertentem inter Epiſcopum Arretinum & Senenſem, cum ſententia in favorem Arretini Antiſtitis, Anno 715.

IN *nomine Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ex juſſione Domni excellentiſſimi* Liutprandi Regis *dum conjunxiſſemus nos ſanctiſſimi* Teudaldus Veſolanae Eccleſiae Epiſcopus, & Maximus Piſanae Eccleſiae, *nec non &* Specioſus Florentinae Eccleſiae, *adque* Teleſperianus Lucenſis Epiſcopus, *ad Ecclesia Sancti Geneſi in Vico, qui dicitur Walari: ibique reſidentes una cum Miſſo Excellentiſſimi Domni Liutprandi Regis, nomine* Gantheramo Notario. *Venerunt in noſtram preſentiam ſanctiſſimi viri* Adeodatus Senenſis Eccleſiae Epiſcopus, & Lupertianus Aretinae Eccleſiae Epiſcopus, *altercationem inter ſe habentes de Dioceſis, Eccleſiis, & Monaſteriis in finibus Senenſis territorii ejuſdem Civitatis. Ideſt de Monaſterio Sancti Amiani,* Baptiſterio Sancti Stephani Haminaciano, Baptiſterium Sancta Maria in Coſona, Baptiſterio Sancti Johannis in Rantra, *Monaſterio Sancti Archangeli in Fundu Luco*, Baptiſterio Sancti Andreae in Malcinis, Baptiſterio Sancti Petri in Pava, Baptiſterium Sanctae Mariae in Patna, Baptiſterium Sancti Quirici & Johannis in Vico Falcino, Baptiſterium Sanctae Reſtitutae in Fundo Uxiano, Baptiſterium Sancti Felicis in Avano, Baptiſterium ſanctae Matris Eccleſiae in Miſultis, Baptiſterium Sancti Valentini in Caſale Urſina, *Monaſterio Sancti Petri ad Axo*, Baptiſterio Sancti Viti in Rutiliano, & ſanctae Matris Eccleſiae in Caſtello Politiano, Baptiſterium Sancti Viti in Vercona, Baptiſterium Sancti Donati in Ettiliano, Baptiſterium Sanctae Mariae in Saltu, Baptiſterium Sancti Viti in Prumano, Baptiſterium Sancti Viti in Oſenna. *Dicebat ſanctiſſimus Lupertianus Epiſcopus Frater noſter, quod* Eccleſiae iſtae ſupraſcriptae, & Monaſteria, a tempore Romanorum & Langobardorum Regum, ex quo a fundamentis conditae ſunt, ſemper ad Sedem Sancti Donati Aritio obedierunt, una cum omnibus Oratoriis ſuis; & noſtrorum, vel Anteceſſorum noſtrorum, ibidem fuit ordinatio tam in Presbiteros & in Diaconos, & noſtra fuit ſacratio ſemper uſque modo, & nos debemus habere. *Ad hec reſpondebat Frater noſter Adeodatus Senenſis Eccleſiae Epiſcopus:* Veritas eſt, quia Eccleſiae iſtae, & Monaſteria in territorio Senenſi poſitae ſunt; veſtra ibidem fuit ſacratio, eo quod Eccleſia Senenſis minime Epiſcopos abuit. Nam modò ad nos debent pervenere, quia in noſtro, ut dixi, territorio eſſe noſcuntur. *Ad hec verò reſpondebat Lupertianus Epiſcopus:* A tempore Rotharim Regis uſque modo Eccleſia Senenſis Epiſcopum abuit; & noſtra de ea ante a tempore Romanorum, & poſtea uſque in odiernum diem in ipſas Eccleſias, Baptiſteria, & Monaſteria....... fuit ſacratio & ordinatio, & in antea debemus ſecundùm Canonicam regulam habere. Quidem & Miſſus excellentiſſimi Domni Liutprandi Regis, nomine Guntheramus, qui per ipſum Ta-

Tagipert Gaſtaldum Serenem, ac per ipſos Presbiteros & (*) oaumannos, veritatem cognovi, & ipſos Presbiteros ſuprascriptarum a longo tempore Anteceſſorum meorum, & mea uſque actenus ibidem fuit ſacratio. Et ecce mihi ſuprascriptarum de omnis iſtos Presbiteros, qui nunc preſenti vivunt, ubi obedientiam Sancto Donato promiſerunt, & Sacramenta ſecundùm Anteceſſorum ſuorum conſuetudinem prebuerunt uſque ad tertio & quarto anno retro tempus, qui ſimiliter manus ſuas ad Sancto Donato, cui deſervio, fecerunt. Et inſuper lectas Epiſtolas rogatorias de ſingulis Judicibus Civitate Senenſe, & de ipſo Epiſcopo, qui tunc erat & Anteceſſores meos & ad me faciebatis electionem, eo quod veſter territorio erat, & nobis Epiſtolas faciebatis, & regumandabatis, ut ſecundùm antiquam conſuetudinem ipſe perſone conſecrarentur, quoniam noſtra manebunt Dioceſi. Nec quiſquam contra Canones ſine noſtra permiſſio ibidem Epiſcoporum audebat ordinationem facere.

Ad haec autem omnia nos ſupraſcripti Teudoaldus, Meximus, Specioſus, Teleſperianus Epiſcopus, una cum Presbiteris noſtris venerandis viris, ideſt Johannes, Lucipert, Rodaldus, Munichis, Sicualdus, Anſelmo, Aututini, Theodoro, Deuſdedi, adque Theodoro, & reliquis Sacerdotibus circumſtantibus, audientes, fecimus ipſam inquiſitionem & manus de ipſis Presbiteris, qui nunc vivi ſunt, & eorum, qui tranſierunt. Sed & Epiſtola Judicum Senenſium Civitatis, ſive Epiſcoporum Eccleſiae Senenſium relegere; ubi continebatur, quod omnis ſacratio in ſupraſcriptae Dioceſis, Baptiſteriis, & Monaſteriis, adque Oraculis per Preſu-

A *les Sanctae Aretinae Eccleſiae omni in tempore perficiebantur. Nam & ipſi Presbiteri, quomodo ibidem Cuſtodes ſunt, ita profeſſi ſunt per Euangelia & ſacratione ab Aretinae Eccleſiae Epiſcopo ſuſcepiſſent, & manus ſuas juxta Anteceſſorum ſuorum conſuetudinem ibidem feciſſent, & Sacramenta prebuiſſent, & obedientiam uſque actenus*

B *impendiſſent, & Criſma ſuſcepiſſent. Ideo juſtum adque rectum placuit, ut ſi quis Sancti Patres Nicei, & Effeſani, adque Calcedonenſis Concilii ſtatuerunt, ut nemo in aliena Dioceſi non vi ingredi preſumat, aut qualemcumque ordinationem faciat, ſed in ſuis Dioceſiis ſe contineat, nec ſtatuta Patrum termina tranſcendat. Proinde decretum per*

C *Sanctorum Patrum auctoritatem, ut tu, ſanctiſſime Frater noſter Lupertiane Epiſcope, ipſas ſupraſcriptas Dioceſes & Monaſteria cum ſuis Oraculis abeas abſque qualemcumque contaminatione habere, ſicut Anteceſſores tuis a longo tempore habuerunt; & omnis ſacratio ibidem per tuis oris labia vel Succeſſorum tuorum ibidem proveniat tam in Pre-*

D *sbiteris quàmque Diaconis vel Subdiaconis, & Baptiſma, vel Criſma per impoſitionem manuum, ſicut Criſtianae Religionis eſt conſuetudo, omni tempore proveniat adque fiat. Et nullam faciendi ammodo & deinceps prefatus Adeodatus Epiſcopus, vel ejus Succeſſores, qui in tempore fuerint, contra te quem ſupraſcriptum Lupertianum Epi-*

E *ſcopum, vel tuos Succeſſores de praedictis Baptiſteriis Eccleſiis, & Monaſteriis cum Oraculis ſuis, aliquando abet facundia ad loquendum, nec ad ibi fontes faciendum, nec Plebes ſubtrahendum, nec ullam ordinationem infra ipſas Dioceſes, fineſque eorum faciendum, ſicut Sanctorum Patrum inſtituta leguntur. Quoniam pro amputanda intentione*

(*) fortè: *Herimannos*.

ut decrevimus, ut ſibi ſeptimus cum ſex Presbiteris tuis, quales ipſe Adeodatus eligere voluerit, prebeas tu Lupertiano Epiſcope, & ad Euangelia ſacramentum una dum ſex, & dicatis; quia a quo tempore, ex quo auditi ſunt, habetis Romanorum & Longobardorum uſque in preſentem diem, in quo ſumus, ſemper ſacrationem Presbiterorum & Diaconorum ipſarum ſupraſcriptarum Eccleſiarum ab Epiſcopis Aretinae Eccleſiae ſuſceperunt, & noſtra Anteceſſorumque noſtrorum ibidem fuit ordinatio, quia noſtra inibi manſit poſſeſſio, nec ad Eccleſiam Senenſem aut Epiſcopos ejus nunquam pertinerent, nec cum Eccleſia Sanctus Donatus, nec ejus defenſores perdere, aut vobis dimittere debemus. *Et Euangelia adducta ſunt in noſtris omniorum preſentia, & ſacramentum ipſe deductus. Et finita intentio. Unde preſentem Judicatum noſtrum perpetua firmitate, ne impoſterum exinde inter vos aliqua revolvatur cauſatio, tibi, qui ſupra Lupertiane Epiſcopus, per manus ſupraſcripti fili noſtri Gunterani Notarii emiſimus, in quo pro ampliore firmitate tua propriis manibus noſtris ſubſcriſimus; quatenus ambe partes in eadem deliberatione perpetuis debeatis manere temporibus. Factum Judicatum ad Eccleſia Sancti Geneſii in Vico Vallari, V. die Menſis Julii, Regnante ſupraſcripto Domno noſtro excellentiſſimo & Chriſtianiſſimo Liutprando Rege, Anno in Chriſti nomine Quarto, per Indictio Tertiadecima, feliciter.*

Ego Teudualdus Epiſcopus hunc Judicatum a nobis factum, adque dictatum, vel relectum ſubſcripſi.

Ego Maximus Epiſcopus ſubſcripſi manus propria.

Ego Specioſus Epiſcopus ſanctae Eccleſiae Florentinae in hunc Judicatum a nobis factum, adque dictatum, vel relectum ſubſcripſi.

Ego Teleſperianus ſanctae Lucenſis Eccleſiae hunc Judicatum a nobis factum adque dictatum vel relectum ſubſcripſi.

Ego Anſilmundo Archipresbiter ſanctae Eccleſiae Piſanae hunc Judicatum interfui, & manus mea ſubſcripſi.

Ego Rodoaldus Piſenſis.

Ego Johannes Presbiter.

Ego Munichis Presbiter Lunenſis.

Ego Deuſdedi Presbiter.

Ego Theodorus Presbiter.

Ego Lucifer Presbiter.

Ego Damianus Presbiter.

Ego Lupus Presbiter.

Theudaldus Veſolanus ideſt Feſulanus Epiſcopus heic memoratus, Ughellio in Italia Sacra ignotus, adjungendus Catalogo Praeſulum Faeſulanorum. *Teleſperiano* quoque ſive *Taleſperiano Lucenſi Epiſcopo* reſtituendum eſt germanum nomen apud eumdem Ughellium, qui ipſum *Tabenperianum* appellat. Praeterea in eadem Italia Sacra anticipanda ſunt exordia Epiſcopatus Senenſis *Adeodato*, quum Ughellius ad Annum DCCXXII. Cauſirium illius anteceſſorem ſtatuat, nos vero Adeodatum jam reperiamus Anno DCCXV. controverſias agitantem cum Arretino Epiſcopo. Ad hanc autem cauſſam quod attinet, jamdudum inter Eruditos diſceptatum eſt de antiquitate Senenſis Urbis, ejuſque Epiſcopatus, contendente Volaterrano, Leandro Alberto, Jughurta Thomaſio Civitatis ejus Hiſtorico, Ughellio, & aliis, Senas ſive Senam Urbem, ejuſque Epiſcopos vetuſtate nulli concedere; & contra Johanne Villanio, Blondo, aliiſque tradentibus, antiquitate carere illius Civitatis, atque adeo Epiſcopatus exordia. Sed jam ſublata eſt inter eruditos ejuſmo-

di controverſia, quod eſt ad Urbis remotam originem. Illuc enim Romani Coloniam deduxere, ejuſque mentio occurrit apud eorum temporum Scriptores. Verùm quod eſt ad Epiſcopalis dignitatis initium, res dubitatione minime caret. Nam qui Thomaſio, ac aliis laudantur primi Civitatis Senenſis Antiſtites, certis nequaquam nituntur literarum monumentis. Senenſis ipſe Epiſcopus *Adeodatus* in ea lite affirmabat: *Eccleſiae iſtae, & Monaſteria, in territorio Senenſi poſitae ſunt; & veſtras* (ideſt Epiſcopi Arretini) *ibidem fuit Sacratio, eo quod Eccleſia Senenſis minime Epiſcopos habuit.* Arretinus verò Epiſcopus Lupertianus haec contra efferebat: *A tempore Rotharim uſque modò Eccleſia Senenſis Epiſcopum habuit.* Aliquo propterea fundamento nixa deprehenditur Huberti Benvoglienti Senenſis viri olim doctiſſimi opinio, qui in Notis ad Senenſium Epiſcoporum catalogum Tomo III. Italiae Sacrae, noviſſimae editionis, non aſſentatione ductus erga Patriam, ſed amore Veritatis incenſus, quae ſupra Patriam cordi eſſe honeſto homini debet, primos Epiſcopos Senenſes, Ughellio memoratos, tamquam ſuſpectos aut confictos, omittendos eſt arbitratus. Attamen alia heic Acta dabo, e quibus deducas, vel ante Langobardorum adventum ſuos Senis fuiſſe Epiſcopos. Interea pergamus alteram legere Chartam, quam ex vetuſtiſſimo apographo in Archivo eodem Capituli Canonicorum Arretii adſervato deſcribendam curavi. Jam in praecedenti Judicato vidimus, Guntheramum Notarium, Liutprandi Regis Miſſum, diſceptationi controverſiae iſtius interfuiſſe. En ut ille quindecim dies antequam Judicatum ipſum haberetur, teſtium examen inſtituerat, atque in tabulas ad poſterorum memoriam retulerat.

Examen Teſtium coram Guntheramo Notario, & Miſſo Liutprandi Langobardorum Regis in controverſia de quibuſdam Parochiis inter Epiſcopos Arretinum & Senenſem, Anno 715.

IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Sub die duodecimo Kalendarum Juliarum, Indictione Tertiadecima. Breve de ſingulos Presbiteros, quos pro juſſione excellentiſſimi Domni noſtri Liutprandi Regis, *ego* Guntheram Notarius *in Curte Regia Senenſis inquiſibi de Dioceas illas & Monaſteria, de quibus intentio inter Epiſcopum Senenſis Civitatis, necnon & Aretine Eccleſie, idemque Epiſcopum vertebatur. Poſita quatuor Dei Euangelia, & Crux Domini, & ſanctum Calicem ejus & Patena.*

Ideſt primum omnium interrogavimus Semeris Presbitero, de Monaſterio Sancti Ampſani, jam ſeniorem, ut nobis diceret veritatem, de cujus Diocea eſſet, aut ad qualem Epiſcopum habuiſſet ſacrationem. Qui nobis dixit: Jam Ambroſio Miſſo Domno Regi de cauſa iſta profeſſionem feci. Et vobis veritatem dico: qui ab antiquò tempore Oraculus fuit de ſub Eccleſia Sancte Marie in Pacina, & Corpus Sancti ibi quieſcit. Nam tempore ſuo quondam Wilerat & ejus filius Rotto eum a fundamentis reſtauraſſet. *Et interrogavimus eum:* Te quis ſacravit Presbiterum? *Reſpondit:* Bonushomo Epiſcopus Eccleſie Aretine: ipſe me conſecravit, & manu mea in

in Sancto Donato feci, & ſacramentum ſecundùm conſuetudinem ibidem prebui. Nam in ipſo Monaſterio me Willerat & Rotto ordinaverunt, quia ſervus eorum proprius fui. *Et interrogavimus eum:* Quando te Epiſcopus Aretine Eccleſie conſecravit, in Sena erat Epiſcopus? *Reſpondit:* Memoro, quia erat bone memorie Magnus Epiſcopus, qui poſt ordinationem meam Epiſcopus Magnus de Sena ibidem conſecravit duo Altaria: Altare priorem renovavit ad ipſum Corpus Sanctum, & alterum plantavit in honore Sancte Marie, & Sanctorum Petri & Juliani. *Iterum interrogavimus eum:* Quando Epiſcopus Senenſis iſta Altaria conſecravit, erat Epiſcopus in Aretio? *Reſpondit* .... *Interrogavimus eum:* Ad qualem Epiſcopum obediebas? *Qui nobis dixit:* Vecibus ad Sanctum Donatum ambulabam, *& ſalu*..... (*) Aretine Eccleſie pro ſacratione mea portabam in me dotem, nec aliquid de ipſo Monaſterio Epiſcopo Senenſi numquam per...... excepto per Sanctorum benedictionem de Civitate Senenſi portabam. *Item interrogavimus eum:* Anteceſſor tuus, qui ibidem cfficia faciebat, quomodo dictus eſt? *Reſpondit:* Dominicus de Eccleſia Sancte Marie in Pacena. *Et interrogavimus eum:* Ipſe Dominicus Presbiter, ubi fuit conſecratus? & Baptiſterium ejus ubi pertinebat? aut de qualem Criſma accipiebat? *Reſpondit:* Ab Epiſcopo Aretino, unde & ego poſt ejus deceſſo per annos quinque, dum ipſa Eccleſia tenui, Criſma excepi.

Item ſecundus Presbiter introductus eſt Gunteram ſenex, de Eccleſia & Baptiſterio Sancti Stephani Acennano, qui interrogatus dixit: Veritatem dico, & non mentior per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, & Crucem Domini noſtri Jeſu Chriſti, quia ſacrationem ab Epiſcopo Aretine Civitatis, nomine Vitaliano accepi, & manu mea in Sancto Donato ſcripſi. & ſacrationem prebui. Et ab ullo tempore uſque modo jam quinto Epiſcopo Aretine Eccleſie ſemper inde Chriſma omnem annum accepi, & ſalutationem & obedientiam ibidem habui. Et quando nobis tctalus (**) intra Plebe noſtra ſacrari fuit opportunum, per manus Pontifici Aretine Eccleſie factum eſt. Nam anteceſſores mei ſimiliter exinde ſacrationem habuerunt, nec umquam ab Epiſcopum Senenſem condicionem habuimus, niſi ſi de Seculares Cauſas nobis oppreſſio fiebat, veniebamus ad Judicem Senenſem, eo quod in ejus territorio ſedebamus.

Tertius Presbiter Maurianus, de Baſilica Sancti Simpliciani in Sextano, interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, & iſtam Crucem Domini, quia non mentior ſed veritatem dico: quia Baſelica iſta dedicavit Vitalianus Epiſcopus de Sena, & me ſacravit Albanus Epiſcopus de Aritio. & manu mea ibidem feci, & ſacrationem prebui. Electus ambulavi cum Epiſtola Judici de Sena; & Baptiſterium habeo in Pacena. Pro ipſo Baptiſterio Epiſcopo Aretino obedientiam & Criſma exinde tuli.

Quar-

(*) ideſt *ſalutationem*, vel *ſalutationes*: ſpontaneas nempe oblationes, ſive munuſcula. Qua de re vide Diſſertationem LXIII. *de Advocatis Eccleſiarum.*

(**) *tctalus*. Vocem hanc non eſt aſſequutus Amanuenſis. Legendum puto *Oraculus*, barbariſmo aevo illi familiari: hoc eſt *Oratorium*.

Quartus Presbiter Omninus, de Baptiſterio Sancti Ipoliti Reſſiano, interrogatus dixit: Per Deum vivum & verum, & iſta quatuor Dei Euangelia, & Crucem Domini, quia ſacrationem de Epiſcopo Aretine Eccleſie, nomine Bonumhomine ſuſcepi, & anteceſſores mei & ego ſemper de Epiſcopo Aretino omnem annum Chriſma tuli, & obedientiam ſecundùm Canones ibidem habui uſque modo; & ſacramentum ad Sanctum Donatum prebui, & manu mea ſcripſi. Et quando Oratorius opus fuit dedigare, per manus Epiſcopi de Aritio facta eſt.

Quintus Presbiter Deuſdedit ſenex, de Baptiſterio Sancti Johannis in Rancia interrogatus dixit: Per iſta quatuor Dei Euangelia, quia veritatem dico, & non mentior: quia miſit me Vilerat a Bonumhominem Epiſcopum Aretine Eccleſie, ut ipſe me conſecraret. Ille verò erat ad Epiſcopo electus, & non erat adhuc ſacratus. Fecit me jurare ſecundùm anteceſſorum meorum conſuetudinem: & feci manu mea ad Sanctum Donatum; & ſic cum Epiſtola ſua miſit me ad Vitalianum Epiſcopum de Sena, & per rogum ejus me conſecravit. Nam ſemper obedientiam ad Epiſcopum Aretine Eccleſie habui, & hodie, triginta & ſeptem anni ſunt quod Presbiterato accepi, ſemper Criſma de Epiſcopo Aretine Civitatis tuli; & filio meo in Diaconato & in Presbiterato Epiſcopus Aretinus conſegravit, & Oratio aut Oblatio in Plebe noſtra ſimiliter.

Sextus Presbiter Theodeus, de Eccleſia ſupraſcripta Sancti Johannis, interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, & Crucem Domini, quia cum Epiſtola Warnefrit ambulavi ad Aritio, & me conſecra-

A vit Lupercianus Epiſcopus de Aritio: & Chriſma inde tollemus, & obedientiam ibidem faciemus ſemper. Et manu mea ſcripſi, & ſacramentum prebui ſecundùm conſuetudinem anteceſſorum.

Septimus Presbiter Garibaltes, de Monaſterio Sancti Archangeli in Fundoluco, interrogatus dixit: Monaſterio

B iſto fundavit Totto, & pecunia ibidem dedi. Et per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, & Crucem Domini, quia me conſecrabit bone memorie Vitalianus Epiſcopus Aretine Eccleſie per rogo quondam Tottoni, quia cum Epiſtola ejus ad eum ambulavi.

Item interrogatus eſt Germanus Diaconus de Eccleſia & Baptiſterio Sancti

C *Andree in Melcenis: qui interrogatus dixit:* Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia quia veritatem dico; quoniam prelectus a Plebe cum Epiſtola Warnefrit rogaturus ambulavi ad Lupercianum Aretine Eccleſie Epiſcopum; & per eum conſegratus ſum, & ſacrationem ad Sanctum Donatum prebui & obedientia, ſicut decet, ad

D Epiſcopum ſuum ibidem habemus & nos & anteceſſores noſtri uſque modò & Chriſma ſemper exinde tulimus.

Item introductus eſt Audo Presbiter, de Baptiſterio Sancti Petri in Pava, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia & Crucem Domini, & ſanctum Calicem

E ejus, quia ſacrationem ab Epiſcopo Aretine Eccleſie ſuſcepi, Diacono per manus Epiſcopo nomine Bonushomo, Presbiterato per manus Epiſcopo nomine Vitaliano, ambo Aretine Civitatis Epiſcopos: & Chriſma ſemper uſque modò ſuſcepemus & nos, & ſuo tempore anteceſſores noſtri, & obedientiam ſecundùm Canones Epiſcopo Aretino fecimus; & ſacra-

mentum

mentum in Sanctum Donatum prebui, & manu meâ promiſſa ſecundùm conſuetudinem ibidem feci, quia Diocea Sancti Donati fuit & eſt.

Item introductus eſt Urſus Presbiter, de Baptiſterio Sancte Marie Coſona, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, & Crucem Domini, & ſanctum Calicem ejus, quia ego ſacrationem ab Epiſcopo Aretine Eccleſie, nomine Luperciaanum, accepi, annus eſt tertius, & Chriſma ſemper exinde tuli, & manu mea in Sancto Donato feci, & ſacramentum juſta anteceſſorum conſuetudinem ibidem prebui, & quia Diocea Sancti Donati fuit & eſt.

Item introductus eſt Rodoald Presbiter ſenex, de Baptiſterio Sancti Quirici & Johannis in Vico Pallecino. Qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, & iſtam Crucem Domini, quia cum Epiſtola Warnefrit ambulavi ad Aritio, & per manus Luperciani Epiſcopi ſacrationem, odie annus eſt tertius, eo quod Sena minime Epiſcopum habebat; nam exinde Criſma numquam tuli, nec obedientiam ibidem habui, nec manu mea feci, nec ſacramentum prebui, niſi poſteris Epiſcopis in Sena eſt ordinatus, ſemper & obedivi juxta canonicam inſtitutionem.

Item introductus eſt Tanigis Presbiter, de ſupraſcripta Eccleſia Sancti Andree Malecino, interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, & Crucem Domini, quia in Eccleſia Senenſe ad Calica militavi, & per manus Epiſcopo Senenſi, nomine Magno, ſacrationem Presbiterati ſuſcepi, odie ſunt anni duodecim, & per ipſo in Eccleſia Sancti Andree ordinatus ſum, & obedientiam Epiſcopo Senenſi feci, & Criſma exinde ſuſcepi. Nam Diacono meo, Germano nomine, Lupercianus Epiſcopus Aretine Eccleſie conſecravit, per rogo Warnefrit Judici meo, pro eo quod in Sena Epiſcopus in diebus illis non eſſet: ſimiliter & uno Altario.

Item introductus eſt Maurianus Presbiter, de Eccleſia Sancte Marie in Pacina, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor D[e]i Euangelia, & iſta Crucem Domini, quia me conſecravit Albanus Epiſcopus de Aritio, & manu mea feci, & ſacramentum prebui. & Criſma exinde tuli. Nam & quoties de Sena tuli Chriſma; nam habeo aliam Baſilicam Sancti Simpliciani, ubi reſedeo illa Epiſcopus Senenſis ſacravit, nomine Vitalianus.

Item introductus eſt Florentinus Presbiter, de Baptiſterio Sancte Reſtitute in fundo Reſciano, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Euangelia, & iſta Crucem Domini, quia cum Epiſtola rogatoria Warnefrit Judici ambulavi ab Aritio, & ſacrationem ab Epiſcopo Eccleſie Aretine, nomine Luperciano, ſuſcepi & manu mea & ſacramentum prebui ſecundùm conſuetudinem. Nam anteceſſor meus nomine Aunigis in peccatis incriminatus eſt; nam & ille ibidem habuit ſacrationem. Et Chriſma, quando erat Epiſcopus in Aretio, tollebam inde: quando non erat, ſuſcipiebam de Sena aliquoties, & de Ruſcellas accipiebam Chriſma.

Item introductus eſt Firmolus Presbiter, de Baptiſterio Sancti Felici in Avala, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, & Crucem Domini, quia electus a Plebe cum Epiſtola Warnefrit Judici ambulavi ad Aritio, & per manus Luperciano Epiſcopo Aretine Eccle-
ſie

ſic conſecratus ſum, & ibidem manu mea feci. & ſacramentum prebui, ſicut & anteceſſor meus. Sed tunc Epiſcopus in Sena non erat, & Chriſma inde tuli. Nam poſt ejus Epiſcopus in Sena factus eſt, ſemper de Sena ſuſcepi Chriſma.

Item introductus eſt Bonushomo Preſbiter, de Baptiſterio Sancti Viti, qui interrogatus dixit: Per illo Palio Sancti Quirici, & Euangelia, que hic lecta ſunt, quia me conſegravit Preſbiterum Bonushomo Epiſcopus de Aretio. Et Fontis, & Eccleſia ipſa, ubi ſervio, conſagravit Vitalianus Epiſcopus Aretinus; & inde ſemper Chriſma tollemus, quia Diocea Sancti Donati ſumus.

Item introductus eſt Mauricius Clericus ſenex, de ſupraſcripto Baptiſterio, qui dixit, ut ſupra: quia ſemper Diocea Sancti Donati fuemus, & inde fuet Sagratio, & Chriſma inde accepemus.

Item Godelricus, de ſupraſcripto Baptiſterio Sancti Viti, qui dixit: Habeo annos pene cento. Semper Dioceias iſtas Sancti Donati: & Chriſma inde tolemus. Et ſi coves infantes interroga, ipſi vobis ſimiliter veritatem dicunt.

Item introductus eſt Leo Preſbiter, de Baptiſterio in Meſſala ſancte matris Eccleſie, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, quia me conſegravit Preſbiterum Bonushomo Epiſcopus de Aritio, odie ſunt anni viginti; & manu mea in Sancto Donato feci, & ſagrationem prebui, & Chriſma juxta anteceſſorum meorum conſuetudinem ſemper inde accepi, & obedientiam ibidem abuemus, quia Aretina Diocia ſumus.

Item introductus eſt Bonifacius Preſbiter, de Eccleſia & Baptiſterio Sancti Valentini in Caſale Morſina, qui interrogatus dixit: Per iſta ſancta quatuor Dei Euangelia, quia ab infantia in iſta Eccleſia Sancti Valentini militavi, & ſemper anteceſſores mei in Eccleſia Aretina, & ab ejus Epiſcopo ſacrati ſunt, & obedientia ibidem fecerunt. Nam me, dum Epiſcopus in Aritio minime eſſet, electus a Plebe, ambulavi in Aritio ad Jordano Vicedomino, & ipſe cum Epiſtola ſua, & Sacerdotum & Judici, eo quod Epiſcopum non habebat, miſit me ad Epiſcopo Senenſe, nomine Magno, rogandum ut ipſe me conſegrare deverit: quod per ipſe ejus petitione factum eſt. Nam poſt ſagrationem meam, odie ſunt anni numero quindecim, ſemper obedientia ad Sanctum Donatum feci & Criſma omnem annum inde ſuſcepi, ſicut & anteceſſores mei numquam fecerunt. Habeo annos pene ſexaginta, nec vidi, nec audivi, nec a parte Senenſe uſque modò moleſtatus numquam fui. Sed, ut dixi, voluntatem de Epiſcopo Sancti Donati ſemper obtemperavimus & fecimus.

Item introductus eſt Auſrit Preſbiter, de Monaſterio Sancti Donati ab Abſo, qui interrogatus dixit: Quia Oraculus iſte fuit antiquus de ſub Eccleſia Sancte Marie Coſona. Et quando veniebat Angelo de Sancto Vito, Ausfrido Domnus Preſbiter de Coſona, & faciebat ibidem Officio, & quod inveniebat a Chriſtianis, totum ſibi tollebat. *Et interrogavimus eum:* Preſbiteros de Eccleſia Sancte Marie Coſona, aut Sancti Quirici, cujus erant? *Reſpondit:* Aretio Epiſcopo. *Et interrogavimus eum:* Tu ubi tonſus? *Hic reſpondit:* In Roma. Et ab infantia mea poſtea fui in Coſona. Militavi in Diocea Sancti Donati. Et hìc veniebam cotidie, faciebam Offi-

A Officio. *Et interrogavimus eum:* Te quis ſacravit Presbiterum? *Reſpondit:* Lupercianus Epiſcopus Aretine Eccleſie adhuc per rogo de Presbiteros ſuos de Eccleſia Sancti Quirici de Palecino, & de Eccleſia Sancte Marie de Coſona. Et ambo Presbiteri mecum fuerunt, quando ſagratus ſum, ideſt Urſus Presbiter de Coſona, & B Rodald Presbiter de Sancto Quirico, pro eo quod ipſe Oraculus Sancti Petri anteceſſores eorum ab antiquo tempore. Et Dominicus Presbiter ſenex, qui tunc ſupererat in ipſa Eccleſia Cuſtos. Et poſtea ipſi occurrebant, & Officio faciebant. Nam iſto Monaſterio Domnus Aripertus Rex inſtituit, atque donavit propter ſuam C mercedem. Sed Warnefrit Gaſtaldus de ſua ſubſtantia hic beneficio fecit. Nam cum Epiſtola Warnefrit fuemus, & toti tres Urſus, Rodald, & ego per manus Luperciano Epiſcopo Aretine Eccleſie inſimul ſagrati ſumus. Et tunc Sena Epiſcopum habebat nomine Adeodatus, qui nunc eſt. Et hec omnia per Euangelia, quia om- D nia veritatem locutus ſum. Nam & iſte Urſus ſagratus fuit, ut eſſe in Oraculo Sancti Donati in Cintiliano, quia tunc Barbas ipſius Dominicus Presbiter erat in Quoſona. Et tam ipſa Eccleſia in Quoſona, quàmque ipſa Eccleſia Sancti Quirici in Paleceno, & iſto Sancto Petro ad Apſubiano Doëgoſum Presbiter, ipſe E Dominicus Presbiter de ſua manu habebat. Sed poſt eas mortuus eſt Dominicus; ſic ibidem ordinatus eſt ſupraſcriptus Urſus Presbiter. Nam & Sancto Donato in Cantiliano Vitalianus Epiſcopus de Sena ſagravit per rogo Sacerdotum Aretine Eccleſie. Et mihi bene conſtat, eo quod tunc Epiſcopum non habebant. Et poſt eas ſuper ipſe ordinatus de ſub Presbitero Eccleſie Sancte Marie Quoſona fuit, qui eſt, ut dixi, Diocea Sancti Donati. *Item dixit nobis ſupraſcriptus Aufrit Presbiter:* Homines fuerunt Senenſis; ambulabant ad Sancto Felice, Diocea Cluſina. Poſtea quod viderat, ſubtraxit eos de Plebe Cluſina. Illi verò fecerunt ſibi Baſelica in onore Sancti Ampſani. Dedicavit ea Epiſcopus de Sena per rogo Sacerdotum Aretine Eccleſie eo quod in eorum Diocea erat. Nàm ipſa Baſelica uſque in anno iſto ſemper ſub Presbiteros de Sancto Vito fuit, qui eſt Diocia Sancti Donati. Et ipſe ibit, & Miſſa & omnem Officio fieri faciebat. Et ipſi homines ibidem ad Sancto Vito, & ad Sancto Quirico, & alii in Quoſona baptizabamur. Sed poſtea ego Presbiter factus ſum, ſemper ego ibidem Miſſa faciebam. Nam in iſto anno infra Quadrageſima fecit ibi Deodatus Epiſcopus de Sena Fontes, & per nocte eas ſagravit, & Presbiterum ſuum poſuit uno infantulo de annos duodecim. Antea, ut dixi, ſemper ipſe Tedolus de ſub Eccleſia Sancti...... fuit.

Item introductus eſt in preſentia noſtra Matuchis Presbiter, de Monaſterio Sancti Peregrini, in loco Paſſeno prope Baptiſterio Sancti Stephani. Qui i terrogatus dixit: Monaſterio iſto Urſus Ariman, (*) & eum dedicavit Bonushomo Epiſcopus Aretine Eccleſie. Semper Tedolus iſte fuit ſub Presbitero Sancti Stephani, qui eſt Diocia Sancti Donati. Ego verò fui tonſus in Roma. Monaſterium habui Preſſo in fines Cluſinos. Inde me tollerunt. Et ſacravit me magnus Epiſcopus de Sena. Nam in iſta Baſelica ordinavit me Urſus fundator. Nam certiſſime,

(*) Adde: *fundavit*.

A

ut dixi, Diocia Sancti Donati fuit, & eſt.

Item Audechis Clericus Cuſtos de ipſa Baſelica Sancti Ampſani, jam ſenex, dixit: Semper ab infantia mea ſcio Baſelica iſta Sancti Ampſani eſſe de ſub Eccleſia & Baptiſterio Sancti Viti, ubi eſt Bonushomo Presbiter qui eſt Diocias Sancti Donati. Et iſti homines ibidem uſque in Anno iſto

B

preſente, Indictione Tertiadecima, ſemper a Batiſmum ibidem ambulavemus, quia Diocea Sancti Donati fuemus & ſumus. Nam modò Paſca iſta venit Epiſcopus de Sena. Sic fecit hìc Fontis: & poſuit Presbiterum ſuum. Nam & in Eccleſia Sancti Quirici in Diocea Sancti Donati ambulabamus: ſed quia fuemus ho-

C

mines Senenſes, ſubtraxit nos exinde Wilerat Gaſtaldus, & fecit nos Plebe Sancti Donati, ut diximus, quando ad Sancto Quirico, quando ad Sancto Vito intra fines de Dioceas Sancti Donati abitabamus.

Item Manechis Exercitalis de eodem loco ſimiliter dixit.

D

Item Teudo Exercitalis ſimiliter dixit.

Item Aadoin Exercitalis germano ipſius ſimiliter dixit.

Item Candidus Exercitalis patrinus eorum ſimiliter dixit: Quia ex quo natus ſum, ſemper ad Epiſcopum Sancti Donati abuemus conſegrationem, & ipſius Diocia ſumus. Simili modo fortia patemus, & non preſu-

E

memus favellare.

Item introductus Epiſcopus de Feſola dixit: Per plures annos in Eccleſia Sancti Donati notritus & litteras edoctus ſum. Cum Epiſtola Wilerat multoties electus Clericus venire ad Eccleſiam Sancti Donati, & ſagrationem ab Epiſcopo Aretino ſuſcipere, & manus ſuas facere & ſagramenta prebere, ideſt Presbitero Dominicus de Pacena, & Conſtantio de Eccleſia Sancti Juliani, & Conſtantino, & reliquos: nam & Epiſcopo de Aritio quotiens per iſtas Diocias fui.

Item Damianus Presbiter de Eccleſia Sancti Antonii de Caſtello edificavit Eccleſiam in Plauſena. Propter ſanctuaria ad ipſa Eccleſia ſanctificandum miſit me, ut pergere & adducere Reliquias Sancti Ampſani. Veritatem dico coram Domino, quia tribui munera Epiſcopo Aretine Eccleſie, & ipſe miſit Miſſus ſuos, qui mihi de Sancto Corpus panocias dederunt.

Item Gaudioſus Epiſcopus de Roſellas *teſtificatus eſt per Miſſo:* Quia Diocias iſtas Sancti Donati eſſet ſcio, & multoties per rogo de Epiſcopos Aretinos ibidem Altaria & Fontes ſagravi, & Presbiteros, & Diaconos multoties feci per rogo de Sacerdotes Aretine Eccleſie, quando fortaſſis non habebant. Sed & Chriſma per rogo eorum dedi. Nam per impoſitione Epiſcopi Senenſi, aut Sacerdotum ejus ibidem numquam nulla feci, nec me numquam facere imperarunt, quia eorum Diocia numquam fui.

Item Trabonus. Clericus de fines Roſellanus dixit: Quia ſemper Diocias iſtas ſcio eſſe Aretinas, & parentes per ipſas ecce habeo multas: cum eos ad Aritio ambulavi, & Chriſma exinde tollebamus, & Altaria multas vices Epiſcopos Aretinos hìc ſacrare per iſtas Diocias vidi, & conſignationem in Populo facere quia pecunia hic habeo. Nam Epiſcopo de Sena nec vidi, nec audivi, quod aliquando ejus fuiſſet, niſi anno iſto exorta audivi intentione.

Item Campunianus Clericus ſimiliter dixit.

Item

Item Gundoald Exercitalis de Vico Reuninade prope Sancta Reſtituta: Scio ab infantia mea, & parentes meos dicentes audivi, & per me poſt eis natus ſum; ſcio iſtas Diocias, ſed & iſto Baptiſterio Sanctae Reſtitutae ſemper ſagrationem apud Epiſcopo Aretino habere & conſegrationem in Populo facere, & Presbiteros ſagrare & Altaria.

Item Tiſo Exercitalis de eodem Vico ſimiliter dixit.

Item Ellerad Centenario de Vico Pantano dixit: Avus, & Beſavus meus tenuerunt Eccleſia Sancte Reſtitute. Semper ſagrationem a Sancto Donato abuerunt; & ſemper uſque modò ejus Diocea fuit.

Item Sindari Centenario ſimiliter dixit.

Giſulſi Centenario ſimiliter dixit.

Item Alechis ſimiliter dixit.

Gunfrit ſimiliter dixit: Diocia Sancti Donati fuit, & infantes noſtri conſignationem ad Epiſcopum Aretinum habuerunt.

Item Decoratus Exercitalis ſimiliter dixit: Quia ex ipſa Plebe ſumus.

Item Troctoald Exercitalis ſimiliter dixit:

Item Landoari Exercitalis de Coſona dixit: Quia ſemper Diocia Sancti Donati fuemus, & conſignationem in Plebe noſtra inde habuemus & nos, & noſtri habuerunt parentes.

Item Allerat Clerecus dixit: Quia ab infantia mea uſque modò abeo pene annos quinquaginta, ſemper Diocias iſtas, unde mihi breve oſtendis, a Sancta Matre Eccleſia in Meſola uſque in Sancto Angelo Abollenis fines Piſanas, & uſque in Sancta Maria fines Cluſinas in fundo Sexta ſemper Sancti Donati eſſe ſcio, & ſagrationem & Pontificem Aretine Civitatis habere.

A *Item Urſus Presbiter ſenex de Sancto Felice fines Cluſinas dixit:* Vecinus ſum cum iſtas Diocias, de quibus mihi breve oſtenditis, ſemper Sancti Donati eſſe ſcio, & ſagrationem a Pontifice Aretine Eccleſie habere. Nam Epiſcopus Senenſe numquam ibidem habui nulla dominationem nec numquam vidi, quod ad

B Senenſe Epiſcopo pertinuiſſent, niſi ſemper ab Aretino Epiſcopo ſagrationem & obedientia habuerunt, niſi anno iſto in Vico nomini Oraculo Sancti Ampſani, que intra ſua Diocea Epiſcopus Aretinus ſagravit nomine Bonushomo. Iſte Adeodatus Epiſcopus iſto anno fecit ibi Fontis, & ſagravit eas a lumen per nocte.

C Et fecit ibi Presbitero uno infantulo habente annos non plus duodecim, qui nec Veſpero ſapit nec Madodinos facere, nec Miſſa cantare. Nam Conſubrino ejus coëtaneo ecce mecum habeo. Videte, ſi poſſit cognoſcere Presbiterum eſſe.

Item Romanus Clericus de Caſtro Policiano dixit: Warnefrit Gaſtaldius

D mihi dicebat: Ecce Miſſus venit inquirere cauſa iſta. Et tu, ſi interrogatus fueris, quomodo dicere habes? Ego reſpondi. Cave, ut non interroget; nam ſi interrogatus fuero, veritatem dicere habeo. Sic reſpondit mihi: Ergo tace tu viro, qui eſt Miſſus Domni Regis. Modum inveniſti, & non te poteſt concedere.

E Deo teſte, quod veritatem ſcio Tibi dico, quia Diocias iſtas Miſſolas, & Caſtello Pullicianas, que in Sancto Angelo fine Piſana cum Oraculis ſuis, unde modo mihi breve legis, ſemper Sancti Donati Diocias eſſe ſcio uſque in die iſto ab infantia.

Item Teodal filius quondam Auſoni Exercitalis de Vico, qui dicitur Amonte, ſimiliter dixit.

Item Poto liber homo ſenex dixit: Ecce ſunt anni quinquaginta & ſupra, que de Trans Pado hìc me collocavi. Semper, ſemper iſtas Diocias Sancti Donati eſſe cognovi, & omnem ſagrationem & obedientiam ab Aritio abuerunt.

Item Dominicus liber ſimiliter dixit.

Item Caſtorius Exercitalis jam ſenex de Vico Cemonia dixit, ut ſupra: Et meo tempore Epiſcopus Aretine Eccleſie hìc in Plebe Sancti Petri in Paba tres Altares conſegravit, & Diaconus, & Presbiteros ſimiliter.

Item Gudegis Clericus, Cuſtos Sancti Marcellini probe Sancto Petro in Paba dixit: Odie ſunt anni ſexaginta, quos ..... ſemper Diocias iſtas Sancti Donati ſcio.

Item Mario de Vico Ceuneſam, ſenex, de *Plebe Sancti Angeli in fundo Lucti dixit:* Scio ſemper, ex quo Eccleſia iſta facta eſt, ſemper ad Sancto Donato ſagrationem in Presbiteros & Diaconos habere, & ibidem obedire, & Dioceas ejus eſſe.

Item Marcus ſenex liber homo ſimiliter dixit.

Item Johannes liber homo Exercitalis de Vico Grecena ſimiliter dixit.

Item Radulfus ſenex ſimiliter dixit: Quia Diocias iſtas ſemper Sancti Donati fuerunt, ſed & parentes meos ſic dicentes audivi.

Item Preto ſenex, Scarion Egis de Curte, que dicitur Sexiano, dixit: Scio, ſemper Diocias iſtas Baptiſterio Sancti Andree in Malceno, & Baptiſterio Sancti Epoliti, Diocia Sancti Donati eſſe.

Item Cunuald liber homo ſimiliter dixit: Omnes iſtas Diocias ſemper Sancti Donati eſſe ſcio.

Item Amari homo ſenex dixit: Scio, ſemper Sancto Petro in fundo Gellino & Baſilica Sancti Vincentii in Fundo Bonuſpagi, de ſub Eccleſie Sancte Marie in Alteſerra, & ipſa Eccleſia Sancte Marie cum ſuis Oradoriis, Diocia eſſe Sancti Donati: & ſagrationem exinde procedere. Ex eo natus ſum abeo annos ſeptuaginta. Niſi anno iſto venit Deodatus de Sena Epiſcopus, & fecit in Oradorio iſto Sancti Petri Fontes. Nam & nos & iſte Oradorius de Eccleſia Sancte Marie fuemus: de Diocea Sancti Donati eſſe volumus, ſi nos propter Judicem aut Epiſcopum de Sena liceat.

Item Boneſazius ſenex liber homo de Altiſerra ſimiliter dixit.

Item Juvenalis liber homo ſimiliter dixit.

Item Gaudioſus liber homo ſimiliter dixit: Quinquaginta anni ſunt, quod de Lucana Civitate hìc me collocavi. Et ſedeo in terra quondam Zottani. Semper iſtas Baſilicas Sancti Petri & Sancti Vincentii, ubi modò Deodatus Epiſcopus Fontes fecit, ſcio eſſe de ſub Eccleſia Sancte Marie Alteſerra. Et ipſa Eccleſia fuit a die fundationis ſue Diocea Sancti Donati: & modò eſt.

Item Gaoſoald liber homo ſimiliter dixit.

Item Venerioſo ſenex dixit: Habeo annos plus cento. Semper Eccleſia Sancte Marie Alteſerra Diocia fuit Sancti Donati, & Oracula iſta Sancti Petri, & Sancti Vincentii de ſub ipſa fuerunt. Nam quando Sancti Vincentii Oradorius ſagratus eſt per manus bone memorie Servando Epiſcopo Aretine Eccleſie, interfui. Et poſteas tempore novo renovabemus, & ampliare fecimus ipſum Sanctum Vincentium, ſic nobis ibidem Lubercianus Epiſcopus Aredine Eccleſie nunc ſupereſt, & duo Altaria conſagravit in onore Sancti Quirici, & Sancti Laurentini.

Item Tanoald liber homo dixit: Oradorio iſto Sancti Viti ſemper eſſe ſcio de ſub Eccleſia Sancte Marie in Pacena, qui eſt Diocia Sancti Donati. Niſi duo anno ſunt, quod Epiſcopus de Sena preſumptivo more fecit hìc Fontes contra ratione in aliena Diocia, & Eccleſia.

Item Cunulſus ſimiliter dixit.

Item Fuſculus liber homo dixit, ut ſupra: Secundus annus eſt, quod iniquitas iſta provenit. Nam ſemper antea Diocia Sancti Donati fuerunt.

Item Pitio liber homo, de Plebe Sancte Marie Alteſerra ſimiliter dixit:

Item Vitalianus jam ſenex liber homo ſimiliter dixit.

Item Secundo Decanus jam ſenex ſimiliter dixit.

Item Manulſus liber homo ſimiliter dixit.

Item Piſo Decanus de Plebe iſta dixit, ut ſupra, cum Filiis ſuis duo.

Item Princulo,

Deuſdedit,

Rodald,

Mainald, dixerunt: Quia Diocia ſumus Sancti Donati, ſi nos licebit propter Varnefrit Gaſtaldus & Epiſcopo Deodato. Et ſemper a Baptiſterio Sancte Marie in Alteſerra ambolabamus. Et iſte Oraculus Sancti Petri de ſub ipſa fuit; niſi modò fecit hìc Fontes Epiſcopus de Sena anno iſto; & invitus nos hìc fecit nos Baptiſmus facere. Nam nos & parentes noſtri ſemper Pleve Sancte Marie fuemus, qui eſt Diocia Sancti Donati, & ſagrationem & Conſignationem Criſma, & nos uſque in anno iſto, & noſtri parentes preſentes credimus Eccleſie habemus, & amodo ſi nos licet, gaudenter habere deſideramus.

A Heic habes vetuſtiſſimam methodum ac formulam judicialis examinis, cui Epiſcopus unus, Roſellenſis nempe, per ſuum Miſſum interfuit, ac ſubinde viginti Presbyteri, unus Diaconus, Clerici octo, & quadraginta quinque Laici homines liberi, teſtimonia ſua contulere. Hinc verò in primis diſcas, non eſſe, cur U-B ghellius ſuſpicione falſi adſpergat Chartam ab ipſo evulgatam in Catalogo Arretinorum Antiſtitum, in qua *Ambroſius Major domus Liutprandi Regis* hanc ipſam controverſiam antea cognoverat, ipſo etiam Rege jubente. Non enim in uno Regum Francorum Palatio tunc *Majores Domus* fuere, ſed etiam in Langobardorum Regum, C quamquam longe minoris auctoritatis. Charta nunc a me producta Ughellianam confirmat, quum & heic *Semeris Presbyter* fateatur, ſe *jam Ambroſio Miſſo Domni Regis profeſſionem feciſſe*, hoc eſt, veritatem jurejurando dixiſſe. Nulli autem juſtae dubitationi locum mihi videre videor, quin legitima, germanaque ſit horum D teſtimoniorum inquiſitio. Repetitum porro cernas in Ambroſii illius Judicato, *primum tempore Rotharii Regis ordinatum fuiſſe in Civitate Senenſi Epiſcopum, nomine Maurus:* quod conſtat cum Judicato Epiſcoporum ſupra allato. Et certe neceſſe eſt, Civitatem Senenſem antea anguſtâ fortunâ fuiſſe contentam, quando ad conſti-E tuendum aut dilatandum ejus agrum, ſive Comitatum, & Gaſtaldiatum, ſubtractum fuit tantum agri, tot Eccleſias complectentis, Arretino Comitatui: quarum cauſsâ deinde lis exarſit, ac diu protracta eſt inter utriuſque Civitatis Epiſcopos. Nunc verò inſpiciamus, quinam Epiſcopi in Civitatibus iis, Arretina videlicet & Senenſi floruerint. Teſtes ergo commemo-

memorant *Bonum-Hominem* Epiſcopum Eccleſiae Arretinae. Hic Ughellio non ignotus floruiſſe creditur circiter Annum Chriſti DCLIX. Uti ex hoc monumento colligitur, quo tempore *Bonus Homo* Eccleſiae Arretinae praeerat, *in Sena erat Epiſcopus Magnus*. Praeſulem hunc, ab Ughellio ignoratum, nos Catalogo Epiſcoporum Senenſium addemus. *Magnus* autem praeiviſſe videtur Adeodato. *Tanigis Presbyter* teſtatur, ſe *ante duodecim annos ab* eodem *Magno* ordinatum fuiſſe. *Vitalianum Epiſcopum Arretinum* heic habemus, quem Ughellius ſtatuit ad Annum DCLXXVI. *Lupertianus* autem appellatur *quintus* poſt Vitalianum Epiſcopus, unde eorum Praeſulum ordo conſtabilitur. Deinde commemoratur *Albanus Epiſcopus de Arretio*, ignotum Ughellio nomen, pro quo is numeraſſe videtur *Alphatium*, *qui etiam eſt Alparius*. Itidem occurrit in hac Charta *Vitalianus Epiſcopus de Sena*, cui locum dedit Ughellius ad Annum DCLXXIX. quum tamen is floruerit tempore *Boni-Hominis* Antiſtitis Arretini. Ad haec in hiſce actis mentio eſt *Gaudioſi Epiſcopi de Roſellas*, cujus Miſſus ſeu Nuntius in eodem examine coram Guntheramo Notario teſtimonium protulit. At in Catalogo Praeſulum Groſſetanorum, ad quos Roſſellenſis Cathedrae dignitas translata eſt, Tomo 3. Italiae Sacrae, fruſtra *Gaudioſum* iſtum perquiras, qui propterea Catalogo ipſi eſt adjungendus. *Servandus*

A *Epiſcopus Arretinus* heic memoratus, ſuum locum apud Ughellium impetravit. Neque illud praetereundum eſt, quod Urſo Presbytero inter hoſce teſtes adhibito excidit ex ore, ut intelligas, quantùm temporibus iis a diſciplina Eccleſiaſtica quidam Epiſcopi deficerent. *Adeodatus Epiſcopus* (inquit ille) *iſto anno fecit*

B *ibi Fontes*, *&* *ſagravit eas a lumen per nocte*. *Et fecit ibi Presbitero uno infantulo*, *habente annos non plus duodecim: qui nec Veſpero ſapit*, *nec Madodinos* (ſcilicet Veſperas, & Matutinum) *facere*, *nec Miſſa cantare*. *Nam conſubrino ejus coaetaneo ecce mecum habeo*. *Videte*, *ſi poſſit cognoſcere Presbiterum eſſe*. De hoc quoque duode-

C cim annorum adoleſcente in Presbyterum ordinato teſtatus eſt Aufrit Presbyter, inquiens: *Nam in iſto anno infra Quadrageſimam fecit ibi Deodatus Epiſcopus de Sena Fontes*, *&* *per nocte eas ſagravit*, *&* *Presbyterum ſuum poſuit uno infantulo de annos duodecim*.

D Ad Liutprandum Regem actis hiſce delatis, rogatus ille fuit, ut controverſiae finem ſtatueret. Quare is Diploma protulit, quod ego itidem ex Archivo Canonicorum Arretinorum deſcripſi. Ante annos ſexcentos viſum mihi fuit exaratum apographum iſtud in pergamena, cui praefixus erat hic titulus: *Edictum &* *magna Conſtitutio Domni Liutprandi*

E *Regis poſt Judicatum Epiſcoporum*. Ita verò ſe habet.

Liutpran-

Liutprandi Langobardorum Regis Decretum, quo controverſiam de nonnullis Paroeciis vertentem inter Epiſcopum Arretinum & Senenſem, a quibuſdam Epiſcopis & Miſſis Regalibus cognitam ac diremtam pro Arretina Eccleſia & ipſe confirmat, Anno 715.

A FLavius Liutprandus *praecellentiſſimus* Rex *Sanctae Catholicae Arretinae Eccleſiae, in qua Corpus Chriſti Confeſſoris & Martiris quieſcit Donati, & beatiſſimo viro Patri noſtro* Lupertiano Epiſcopo. *Dum intentio borta fuiſſet inter ſupraſcriptum* Lupertianum Epiſcopum, *&* Adeodatum *ſanctae* Senenſis Eccleſiae, *idemque Epiſcopum de Dioceſis Eccleſiis & B Monaſteriis atque Oraculis in Senenſe territorio conſtitutis: ideſt in primis Monaſteria Sancti Amplani, Baptiſterio Sancti Stephani in Acciano, Baptiſterio Sanctae Mariae in Pacina, Baptiſterio Sancti Ipoliti in Sexiano, Baptiſterio Sancti Johannis in Rancia, Monaſterio Sancti Andreae in Melcina, Baptiſterio C Sancti Petri in Pava, Baptiſterio Sanctae Mariae in Coſona, Baptiſterio Sancti Quirici, & Johannis in Vico Palcina, Baptiſterio Sanctae Reſtitutae in Fundo Seſciano, Baptiſterio Sancti Felicis in Avano, Baptiſterio Sanctae Matris Eccleſiae in Miſulas, Baptiſterio Sancti Valentini in Caſale Viſino, Monaſterio Sancti Petri ad Abſo, Bapti-D ſterio Sancti Viti in Rutiliano, & Sanctae Matre Eccleſia in Caſtello Pulliciano. Et ambae partes in noſtra conjunxiſſetis praeſentia, aſſerebas tu, ſupraſcripte Lupertiane Epiſcope*, quia Eccleſias iſtas & Monaſteria cum ſuis Oraculis per diverſa Vicora conſtituta a tempore antiquo uſque modo, in quo funditus conditae ſunt, ſemper ad Sedem beati Donati Aritio E ſubjectae fuerunt, & noſtra vel anteceſſorum noſtrorum fuit ſacratio tam in Presbiteros, quàm & in Diaconos, & noſtra uſque actenus manſit poſſeſſio, & nos debemus habere. *Ad haec replicabat Adeodatus Senenſis Eccleſiae Praeſul:* Veritas eſt, ut aſſeris, quia Eccleſiae iſtae, & Monaſteria, atque Oracula, quae in territorio Senenſe conſtitutae ſunt, ab Anteceſſoribus veſtris ibidem ſemper fuit ſacratio. Sed ideo quia Eccleſia Senenſis minime Pontificem abebat. Nunc autem ad nos debent pertinere. *Cui & iterum replicabas, tu ſuperius Lupertiane Epiſcope:* Ab antiquo tempore uſque ad introitum in Italia Longobardorum, ex quo Chriſti praedicatio Tuſciae finibus perſonavit, Sena Epiſcopum abuit. Et poſt ingreſſum Longobardorum in Italia a tempore Rotharis Regis uſque actenus, ſemper Epiſcopus ibidem fuit. Sed tam Romanorum tempore, quamque Longobardorum abendo & non abendo Sena Epiſcopum, uſque in preſentem diem ipſas Eccleſias, Baptiſteria, & Monaſteria cum ſuis Oraculis ad nos pervenerunt, & de nobis Chriſma ſuſceperunt per ſingulis annis, & conſignationem in Populo fecimus, & ſecundùm Canonicam Regulam habere debemus; quia & Presbiteri ſupraſcriptarum Eccleſiarum ſemper, tam qui tranſierunt, quàm & qui ſuperſunt, ſacrationem a Sede beati Donati ſumpſerunt. Et ecce manus eorum ſcriptas, ubi fidem & obedientiam ſecundùm conſuetudinem Aretinae promiſerunt Eccleſiae. Nam & de hac cauſa jam Miſ-

Miſſus ſupraſcripti Domni excellentiſſimi Regis, nomine Guntheram, Notarius, directus eſt. Qui & cauſas cum merito tam per ipſos Presbiteros & Diaconos, quia ſacrationem a noſtra Eccleſia ſuſceperunt, ſeu & per ſingulos Arimanos ipſius Senenſis Civitatis inquiſivit; & rei veritatem compertus uſque in Concilium Epiſcoporum deduxit; ideſt in preſentia ſanctiſſimorum Fratrum noſtrorum Teuduald Veſolanae Eccleſiae, Maximo Piſanae, Specioſo Florentinae, atque Taleſperiano Lucenſis Eccleſiae Epiſcopo; in quorum preſentia, ut ſupra, altercavimus; & ipſi Canonico ordine relata inquiſitione, quam Miſſus Domni noſtri fecerat, terminum poſuerunt. & cum ſex Presbiteros meos tibi ſacramentum prebui, quod ipſa Dioceſis Eccleſiae cum Monaſteriis atque Oraculis ſuis ſemper ad beati Donati pertenuiſſent Sedem, nec per legem eas perdere deberemus.

Tunc noſtra Excellentia una cum venerandis viris Theodoro Epiſcopo Caſtri noſtri, *&* Emulino Abbate, *atque Seiguel, Albino Presbiteris, necnon illuſtres Judices noſtris, qui nobiſcum aderant, ideſt* Auduald Ducem, *Guidual, & Gajuduald, Landoari, Auſus, & Auſrit Stratores, Senonem, Rotſrit, &* Ratbertum Major Domus: *hanc audientes veſtram allegationem, interrogavimus, & per Deum factorem Celi & Terrae, & beatum Petrum, cui Dominus ligandi ſolvendique in Celo & in Terra tribuit poteſtatem, adjuravimus ipſum Adeodatum Epiſcopum Senenſis Eccleſiae, ut nobis de hac cauſa ſine peccato finire deberemus. Qui ſtatim coram omnibus prorupit in faciem, & ita profeſſus eſt, dicens:* Coram Domino non mentior, quoniam iſtae ſaepius dictae Eccleſiae & Monaſteria cum ſuis Oraculis conſecrationem & obedientiam a Sede beati Donati Aretinae Eccleſiae Preſulis, vel ab ejus Defenſore habuerunt, & ibidem pertinuerunt. Nam ad Senenſem Eccleſiam nihil debentur, niſi contra Deum & Canonicam inſtitutionem. Dum inter Aretinae Civitatis habitatores & Senenſem Populum inimicitias de morte Godebert Judicis Conſobrini mei tempore glorioſiſſimi Ariperti Regis fuiſſet, ſic doloſe ibidem ab Anteceſſore meo unum tantummodo annum, per aliquanta Oracula intra ipſa Diocia inormiter ſacratio pervenit. Sed & anno iſto, dum incaute & contra juſtitiam cauſam promoverent, ex juſſu bonae memoriae Apoſtolici Conſtantini, & per me extra ordinem & rationem ibidem in Presbiteros duos & uno Oraculo ſacratio facta eſt. *Hanc igitur pro eſſionem noſtra Excellentia una cum jam dictis venerabilibus viris, ſeu illuſtres Judices noſtros audientes, rectum nobis paruit eſſe, ut qualiter ſupraſcriptae Eccleſiae & Monaſteria a longo tempore ad Sedem Beati Donati pertinuerunt, & in antea pertinere debeant, & omnis ſacratio in Presbiteros & in Diaconos per Preſulem Aretinae Eccleſiae, qui nunc eſt, aut fuerit, omni in tempore in eos perveniat, ſicut & prefati ſanctiſſimi Patres noſtri Teodald, Maximus, Specioſus, & Taleſperianus Epiſcopi per ſuum Judicatum ſtatuerunt. Et nulla amodo his ipſe Adeodatus Senenſis Eccleſie Epiſcopus, vel Succeſſores ejus adversùs te Lupertianum Epiſcopum, vel tuos Succeſſores de ipſis Diociis, Monaſteriis, & Oraculis faciendam ad loquendum habere, niſi veſtra in ipſis Eccleſiis aut Oraculis, qui ſunt, aut in tempore fuerint, maneat ordinatio, nullo contradicente, ſicut & antiquitus uſque actenus fuit, qualiter ipſe Adeodatus Epiſcopus Senen-*

Senenſis Eccleſiae, Warneſrit, & Agripert Caſtaldu ejuſdem Civitatis nobis profeſſi ſunt, quod veſtra manſiſſet ſemper poſſeſſio. Unde & damus in mandatis cunctis Judicibus & gentibus, atque ſub Regni noſtri dictione pertinentibus, ut nullus eorum contra hoc noſtrum Dejudicatum audeat ire quandoque Praeceptum: ſed noſtris, perpetuis, & infinitis preſens noſter Judicatus ſtabilis perſiſtat temporibus.

Ex dicto Domni Regis per Senonem illuſtrem virum ſcripſi ego Johannes Notarius.

Refert Ughellius in Catalogo Praeſulum Arretinorum Tom. I. Italiae Sacrae Diploma Caroli Magni, ubi refricatur haec eadem controverſia, & Epiſcopo Arretino cauſſa adjudicatur. At in Privilegio illo occurrunt, quae non immeritò ſuſpicionem ingerant confictae mercis, ſi tamen errores transferendi non ſunt in Ughellium, quem in deſcribendis & evulgandis vetuſtis monumentis ſaepiſſime neceſſaria diligentia defecit, quum non raro in ejus Libris Diplomata diſſentiant ab ipſis Archivorum membranis. Sed eo Diplomate dimiſſo, nunc ajo tantum eruditionis, tantumque Criticae Artis hercle non fuiſſe Seculis poſterioribus, ut confingere potuerint monumenta, quae ego nunc exero, nihil plane praeferentia, quod in Hiſtoriam pugnet, immo notas omnes germanae antiquitatis complexa. Nunquam ſuccurriſſet exempli cauſsá ſubſequutae aetatis ingeniis in Liutprandi Diplomate collocare *Auduald Ducem*, cujus heic mentio occurrit. Una veritas Magnati huic in evulgato Diplomate locum fecit. Et quidem ſepulcrale illius Elogium, Ticini adhuc vigens, ego edideram Cap. X. pag 74. Antiquitat. Eſtenſ. cum hoc exordio.

SVB REGIBVS LIGVRIAE DVCATVM TENVIT AVDAX

AVDOALD ARMIPOTENS, CLARIS NATALIBVS ORTVS &c.

Sed quis ille fuerit, quoque tempore floruerit; ne ullâ quidem conjecturâ aſſequi antea potui. Nunc palam fit, ipſum temporibus Liutprandi Regis vixiſſe; atque ex notis Chronologicis Epitaphii elucere poteſt, deſiiſſe illius vitam Anno DCCXVIII. Fatetur etiam Adeodatus Senenſis Epiſcopus Anno DCCXV. cadente, quo datum Diploma reor, ſe *ex juſſu bonae memoriae Apoſtolici Conſtantini* in Eccleſiis controverſis duos Presbyteros ordinaſſe. Et revera eo Anno Aprili Menſe e vivis ſublatus fuerat idem Romanus Pontifex. Haec impoſtores plerumque ignorant, ac veteres tabulas dum ſibi confingendas ſumunt, omnia prae inſcitia Hiſtoriae miſcent atque confundunt. Acceſſit autem ad iſta Romani quoque Pontificis, videlicet *Stephani II.* confirmatio, cujus Bullam in antigrapho, ante annos ſexcentos, ut mihi videbatur, ſcripto, ſuppeditavit in rem meam ſupra laudatum Archivum Collegii Canonicorum Arretinorum. En ejus verba.

Stephani II Papae Bulla, qua decernit contra Epiſcopum Senenſem, quaſdam Parochias ſpectare ad Eccleſiam Arretinam, Anno 752.

STephanus Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo & ſanctiſſimo fratri* Stabili Epiſcopo *Sanctae* Eccleſiae Aretinae, *& per eum in eandem Eccleſiam in perpetuum. Convenit Apoſtolico moderamine venientibus benevola compaſſione ſuccurrere, & poſcentium deſideriis congruum impertire ſuffragium, ut quae mota vel acta ſunt, atque confirmata, perpetuis temporibus maneant inconcuſſa. Igitur quia tempore precellentiſſimi bone memorie* Liutprandi Regis Gentis Longobardorum, *intentio orta eſt inter* Lupertianum *tunc* Epiſcopum *ſupraſcriptae* Eccleſiae Aretinae, & Deodatum *illo tempore* Epiſcopum *ſanctae* Senenſis Eccleſiae, *pro Dioceſi, ideſt Baſilica Beati Ampſani, cum diverſis Oraculis, atque Baptiſteriis ejuſdem Dioceſeos ſubjacentibus, quae eſſe manifeſtum eſt ſub conſecratione & regimine praefate ſanctae Aretinae Eccleſiae, Territorium verò eſt praefatae nominatae Civitatis Senenſis, ex qua intentione inter utraſque partes non parva facta eſt vexatio. Quae partes dum in preſentia prefati Liutprandi tunc Regis adveniſſent, poſt multam altercationem prenominatus Deodatus Epiſcopus ſanctae Senenſis Eccleſiae confeſſus eſt coram Sacerdotibus atque Judicibus & prefato Rege, quod ex occaſione jurgius ille proveniret, quia in tempore illo factum eſt, quo per Precepti ſui ſeriem, judiciumque ipſam Dioceſim, ut fuit a tempore Romanorum, ſanctae Aretinae Eccleſie eſſe confirmavit, & a tunc uſque ad preſentem dudum Quartam Indictionem prenominata Dioceſis cum Eccleſiis atque Oraculis, ſeu Baptiſteriis inconcuſſe poſſeſſa eſt. Ex occaſione autem tranſmigrandi intro eandem Eccleſiam Beati Ampſani Corpus, in qua altare conſtruxit Gaupertus Senenſis Gaſtaldus ex devotione dedicandi, ſine cognitione & preſentia jam dicti Stabilis ſanctae Aretinae Eccleſiae Epiſcopi de ducato* Ansfredo Epiſcopo *ſanctae* Eccleſiae Seneſis, *Sanctorum Canonum inſtituta, & beatorum Patrum traditiones tranſgreſſus ſub ſimulatione & violentiae ſibi ingeſtae praefati Sancti Ampſani Corpus tranſmigravit, & Altare intro eandem Eccleſiam dedicavit. Interpellatione autem Preceſſori noſtro ſanctae recordationis* Zachariae Papae *a ſupraſcripto Stabili Sanctiſſimo Epiſcopo predicto* Ansfredus Epiſcopo *provocationis & interdictionis Apoſtolicae miſſae ſunt Literae. Ipſe verò ſubterfugiens reatus ſui culpam apud* Aſtulfum *excellentiſſimum Regem fugam petivit. Qui praecellentiſſimus Rex a Sedis Apoſtolicae judicio illum ſubtrahere noluit. Pro quo per Apoſtolicis ortatus* Thomas Epiſcopus *ſanctae* Eccleſiae Volterrenſis, *&* Tacipertus Epiſcopus Caſtri Felicitatis, Giſulfus Cluſinae Eccleſiae Epiſcopus, *inter prefatos Epiſcopos convenit. Quod & factum eſt, & poſt multam altercationem profeſſus erat ſupraſcriptus Gusfredus Epiſcopus Senenſis, quod per nulla invaſione Corpus Beati Ampſani * tranſmigraſſet, aut Altare dedicaſſet, niſi quod volentem, nolentemque eum coegiſſet prefatus Gauſpertus Caſtaldus Senenſis in preſentia multorum virorum, quorum & nomina in Judicato emiſſo ad predicto Thomas Epiſcopo continetur aſcripta. Iteratoque Judicata confirmationis tam excellentiſſimae*

ſantiſſimae memoriae Liutprandi Regis, quamque etiam & prefatorum ſanctiſſimorum Epiſcoporum intuentes juſto libramine eſſe exaratam, & nos Apoſtolica auctoritate utramque confirmationes per hunc Apoſtolicum Preceptum decernimus omni tempore firmiter ſtabilitate perſiſtere. Et ſi quiſquam temerario auſu quandoque contraire voluerit, aut eadem Dioceſim invadere, ſciat ſe in diem futuri examinis diſtrictam reddere rationem.

✠ BENE VALETE

Data XIII. Kalendas Junias Imperante Domno *piiſſimo* Auguſto Conſtantino *a Deo coronato magno* Imperatore, *Anno Triceſimo Secundo, poſt Conſulatum ejus Anno Duodecimo, Indictione Quinta.*

Et heic habemus, unde Italiae Sacrae non unum praeſidium feramus. *Stabilis Epiſcopus Arretinus* apud Ughellium dicitur ſediſſe Anno Chriſti DCCLI. Ejus vero ſucceſſor Anno DCCLI. floruiſſe. Teſte hac Bulla, de cujus fide nulla mihi dubitatio, Stabilis Anno DCCLII. Eccleſiae Arretinae praeerat. Iiſdem quoque temporibus Senenſem Cathedram tenuit *Anſfredus*, ignotum plane eidem Ughellio nomen. *Anſifredum Epiſcopum Senenſem* Benvoglientus ſupra laudatus & ipſe detexit. Adjiciendus pariter in poſterum erit Catalogo Epiſcoporum Volaterranae Eccleſiae ad Annum DCCLII. *Thomas Epiſcopus*, hucuſque incompertus: uti & inter Cluſinos Antiſtites *Giſulfus Cluſinae Eccleſiae Epiſcopus*. Quod eſt ad *Tacipertum Epiſcopum Caſtri Felicitatis*, eum fruſtra quaeras inter *Epiſcopos Tifernates* Tom. I. Ital. Sacrae. Caſtrum quippe illud non aliud quàm Tifernum fuiſſe barbaricis Saeculis, Eruditi, neque immeritò, cenſent. Ceterum quievit controverſia haec ad tempora uſque Caroli Magni. At ſub eo refricatis praecedentibus Actis, ab ipſo pariter pronuntiatum fuit pro Arretino Epiſcopo, ut ſupra innui, & infra etiam confirmabitur. Rurſus verò, imperante Lothario I. & Ludovico II. ejus filio Auguſtis, in Romano Concilio agitata eſt eadem cauſſa; & quod mirere, pro Senenſi Epiſcopo victoria ſtetit. Tunc in Urbe verſabatur idem Ludovicus II. Imperator, atque intererat Synodo, quam Leo IV. ſummus Pontifex celebrabat. Aſſurgens ergo *Cantius Senenſis Epiſcopus*, quem Cardinalis Baronius, & ex eo Ughellius *Concium* appellant, petiit, ut ejuſmodi lis extremâ tandem ſententiâ dirimeretur. *Petrum Arretinum Epiſcopum*, qui & ipſe aderat, quod imparatus adveniſſet, inexſpectata haec querela percuſſit. Quare inducias uſque ad duodecim dies popoſcit atque impetravit, ut ex Arretio referret *Judicatum Liudprandi Regis Langobardorum, & Preceptum Caroli Regis:* quibus Eccleſiae ſuae jura jamdiu fuerant confirmata. Quem exitum cauſſa habuerit ex ſubſequenti Judicato intelliget Lector, quod ex vetuſtiſſimo antigrapho Capituli Canonicorum Arretii deſcriptum ad me olim miſit Illuſtriſſimus piaeque memoriae Falconcinus Epiſcopus (*).

(*) *Benedictus* Epiſcopus Arretinus, Patriâ Volaterris ex Falconcina Patricia Gente ſatis illuſtri ac vetuſta. Obijt Arretij Anno Reparatae ſalutis Quarto & Viceſimo Septingenteſimo ſupra Milleſimum.

Judicatum Leonis Papae IV. & Ludovici II. Imperatoris in Concilio I. Romano, pro Epiſcopo Senenſi contra Epiſcopum Arretinum, in controverſia de diverſis Eccleſiis ſive Parochiis, Anno 853.

IN *nomine Domini. Amen: Dum nos* Leo ſummus Pontifex & univerſalis Papa Quartus, *conſtitutus in beati Petri Apoſtoli Cathedra, una cum piiſſimo & glorioſiſſimo* Lodoyco Lotharii filio Imperatore Auguſto, *pluribuſque Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Synodale habentes Concilium, congregatum Romae, videlicet in Eccleſia beati Petri Apoſtolorum Principis: advenit in praeſentia Sancti Concilii* Senenſis Eccleſiae Epiſcopus *nomine* Cantius, *& retulit, qualiter jam ſaepe petierat apud jam dictum* Lotharium, *Epiſtolis* Adriani Papae *ſpecialiter conſcriptis, quatenus........ judicii cenſuram inter Senenſem Eccleſiam &* Petrum Aretinae Eccleſiae Epiſcopum *de Eccleſiis, ſeu Baptiſteriis, & Monaſteriis, quae infra Comitatum Senenſem ſunt cum eorum pertinentiis, item jam multis vicibus prolixa fuit contentio, finitivam ſecundùm Canonicam auctoritatem perciperet ſententiam. Tunc nos Leo ſummus Pontifex ita diximus: Et quoniam Sacerdotali officio, quo modò, licèt inviti* * *fugimur... ...oportet nos ſpirituali mucrone talium altercationum, quae veternoſi ſerpentis ſaevâ aguntur aſtutiâ, funditus incidere & exſtirpare radices, ne fortè diſcordia ibi vigeat, ubi inveteratae pacis debent conſiſtere bona: ſimul omne Concilium;* juſta, *inquit,* & vera Catholica & Apoſtolica definivit Cathedra. *Tunc autem Epiſcopus manibus Decretalia & Judicialia tenens, ubi finitiva ſententia Sena ſervat, & auctoritate Adriani ſummi Pontificis & univerſalis Papae, &* Conſtantini, *queritando dixit:* Frater & Coepiſcopus noſter Petrus Aretinae Eccleſiae: Senenſis Eccleſiae Parochias atque Diœceſim perverſo ordine, & contra Canonicam regulam invaſit, & per vim detinet. *Tunc nos, & Lodoicus Imperator in praeſentia magni Concilii Decretalia ab Epiſcopo Cantio oſtenſa relegi juſſimus. His igitur perlectis, nos Leo ſummus Pontifex, ſic ad univerſalem plebem loqui exorſi ſumus: Quantum enim praecellit dignitas omnium ordines dignitatum, supernâ diſpenſatione animarum nobis creditâ, tanto amplius cogimur, cuique petenti ſolvere rationes. Aliud enim eſt unumquemque ſui curam gerere, aliud Eccleſiae Dominicae curâ regimen tenere. Quapropter Canonicam ſequentes doctrinam, diſſenſiones atque diſcordias Sacerdotum Apoſtolicâ nos pertinent obviare cenſurâ, Redemptoris noſtri ſequentes praecepta dicentis:* Pacem meam do vobis. Pacem relinquo vobis. In hoc enim cognoſcent omnes, quod mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem. Pretioſi enim pedes euangelizantium bona, *gratia Sancti Spiritus inquit. Quatenus verò orta fuerit immoderata quaeſtio, ſpirituali debeat mucrone amputari, ne adoleſcat, & Chriſti concutiat plebem, & ne occaſione diſcordiae fideles delinquant, Sancti Petri Apoſtolicis monitis parentes, omni ſorde perditâ, pura frumenta in horreo Domini reſidere valeant. Igitur dum per aliquot jam lapſos terminos Longobardorum gens diverſa eripiens territoria, invaſa deſolabatur loca, contigit, ut* Diœceſes

Dieceſes Epiſcoporum alter alterius invadere, & temerario auſu immoderate eas detinere, atque in magno nunc uſque permanent errore, & ignorantes Canonum definitiones, alterutrum anelantes arripere Parochias, perjurii reatum contrahunt. Inſuper callidâ verſutiâ inter ſe dimicantes, pejora peragunt exitia, errore ita in majum incidunt piaculi facinus, dum procul abjiciunt Canonum cenſuram, transgredientes ſanctiſſimorum praedeceſſorum noſtrorum Pontificum decreta Canonicis auctoritatibus fulcita. Propterea talia inhibentes Apoſtolicâ inſtitutione, una cum glorioſiſſimo & piiſſimo Luduico, & ſanctis Epiſcopis, in corona hujus ſacri Concilii reſidentibus, Apoſtolicae Conſtitutionis privilegio promulgantes ſancimus, ut ſicut Canonice in decretis conſtituunt, ſecundùm territoria ſeu pertinentias Civitatum ſic Parochias & Dieceas ad diſponendum Epiſcopos tenere cenſemus, obſervantes Canonicam cenſuram, quae ait, Epiſcopum non licere alienam Parochiam propriâ ſettâ pervadere. *Et iterum:* Epiſcopus alienam Civitatem, quae non eſt illi ſubjecta non invadat, nec ad ullam poſſeſſionem ejus accedat, quem ad eum non pertinet, nec conſtituat Presbiteros aut Diaconos alteri Epiſcopo ſubjectos, niſi fortè ex conſenſu & voluntate regionis Epiſcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita ſit ejus ordinatio, atque coherceatur a Synodo. *Et ſicut Praedeceſſoris noſtri beati* Caeleſtini Papae *continent Conſtituta;* ut ſit contemptus unuſquiſque Epiſcopus ſuae Civitati conceſſis hominibus, alter in alterius Provincia nihil praeſumat: *ita & nos Beati Petri Apoſtolorum Principis, cujus vicem, quamvis immeriti, Dei benignitate gerimus, ſumentes auctoritatem, decernimus, ut ſicut ſtatutum eſt, unuſquiſque Epiſcopus Parochias ſeu Dieceſes, juſta limites ſuae Civitati pertinentes, imperturbate poſſideat, ſub divini Judicii obteſtatione, & anathematis interpoſitione.*

Dum igitur nos Leo ſummus Pontifex ſanctae adhortationis ſermonem claudimus, Decretalibus ſupra nominatis per ordinem oſtenſis & relectis, tunc Petrus Aretinae Eccleſiae Epiſcopus dixit Cantio Epiſcopo: Iſta tua Decretalia & Judicata, quae hìc oſtendiſti, nullam poſſunt facere jacturam meae Eccleſiae, neque diſpendia; quoniam nos & Anteceſſores noſtri Monaſteria & Baptiſteria cum eorum Oraculis ſeu pertinentiis, ſeu adjacentiis, quae intra fines Comitatus Senenſis ſunt conſtituta, unde tu, frater & Coëpiſcope, adversùs meam Eccleſiam queris, poſſeſſa habemus amplius quàm quadraginta annos. *Tunc Cantius Epiſcopus ad haec:* Semper enim (*inquit*) Monaſteria & Baptiſteria, quae infra fines Senenſis territorii ſunt, Parochiae noſtrae Eccleſiae fuerunt & ſunt. Et Criſma ibi dedimus, & Conſecrationem fecimus. Presbiteros & Diaconos ego & Anteceſſores mei ibi ſacravimus, & Eccleſias conſecravimus. Sed tu, frater, callide & fraudolenter predicta Monaſteria ſeu Baptiſteria contra ſacrorum Canonum inſtituta uſurpaſti. *Petrus verò Epiſcopus Civitatis Aretii haec audiens, dixit:* Verè iſta Monaſteria, ſeu Baptiſteria, quae intra fines tui territorii ſunt, unde adverſùs nos queritas, a tempore Longobardorum Eccleſiae Sancti Donati pervenerunt. Nam Judicatum habeo, quod tempore Liuprandi Regis Longobardorum a tuis Predeceſſoribus...... ad meae Eccleſiae utilitatem conjuncta fuerunt. Et Praeceptum etiam habeo,

habeo, quod Carolus Rex confirmavit in Eccleſia Sanƈti Donati. Sed hìc modò prae manibus non habeo: quoniam ſuper hac re altercationem hìc habere non arbitrati ſumus. Inducias & ſpatium a ſacro Concilio peto, donec Aretium celeriter petens, aſſertionis meae Judicatum atque Praeceptum, quemadmodum pollicitus ſum, in conſpeƈtu Domni noſtri ſummi Pontificis, atque Imperatoris piiſſimi, & totius Concilii, veſtriſque partibus........... *Inducias uſque ad duodecim dies contulerunt, quatenus unuſquiſque eorum in praediƈto ſpatio quicquid firmitatis per Praeceptorum ſanƈtiones ſeu Decretorum inſtitutiones haberet deferre, necnon teſtes idoneos de praediƈta Eccleſia unuſquiſque ad indagationem veritatis ſecum duceret. Finitis igitur diƈtis duodecim diebus Petrus Epiſcopus Aretinae Eccleſiae, & Cantius Epiſcopus Senenſis in praeſentia noſtri & Imperatoris Ludovici piiſſimi Auguſti perſonaliter venerunt, & in conſpeƈtu eorum Epiſcoporum, quorum nomina ſubter adnexa ſunt,* Johannes Archiepiſcopus Civitatis Ravennae, Ambroſius Epiſcopus Lucenſis Eccleſiae, Oſcheſis Epiſcopus Piſtorienſis, Donatus Epiſcopus Feſulanae Civitatis, Johannes Epiſcopus Piſae, Andreas Epiſcopus Volaterranenſis Civitatis, Taceprandus Epiſcopus Civitatis Cluſi, Otho Epiſcopus Roſellenſis, Tanimundus Epiſcopus Suanenſis, Petrus Epiſcopus Civitatis Orbevetanenſis, Johannes Epiſcopus Tuſcanenſis, Johannes Epiſcopus Centumcellenſis, Petrus Epiſcopus Spoletinus, *aliique plures. In praediƈtorum itaque praeſentia ambo Epiſcopi, hoc eſt, Cantius Epiſcopus Senenſis, & Petrus Aretinae Eccleſiae, cum ſanƈtionibus Praeceptorum, atque inſtitutionibus decretorum, idoneis teſti-*

A *bus ex utraque parte, ut impetratum fuerat, adhibitis, iterum coronâ ſanƈti Concilii in eadem Eccleſia Beati Principis Apoſtolorum, ubi prius fuerant, reſidentibus cum nobis in Concilio, & volentibus tantae altercationis litigium reƈtiſſimâ lance penſare, & libratum aequitatis trutino finire; ecce Petrus Aretinae Eccleſiae Decretalia atque* B *Precepta, juſtà quod promiſerat, in manibus retinens, ex juſſu noſtro & Auguſti Loduici piiſſimi* Joſepho Archicapellano *edita ſunt ad legendum. Cumque perleƈta fuiſſent in conſpeƈtu magni Concilii, Loduicus Imperator ſic in aures totius Eccleſiae concionatus eſt:* Et quoniam uniuſcujuſque rei poſſeſſio talis debet eſſe, ut principium C poſſeſſionis in ſe nullum habeat vitium, liquido colligere poſſumus, dum conſtat has Parochias Eccleſiam Aretinam ex tempore Longobardorum tenuiſſe tantummodo, non ſibi ſufficere poſſeſſionis oppoſitionem; dum, antequam Longobardorum gladius Italiam populando devaſtaret, Romanis Imperatoribus tranquillae pacis D felicitate Orbem regentibus, Senenſis Eccleſia, ſicut mos antiquus ſtatuit, eaſdem Parochias rexit & tenuit. *Tunc omne Concilium, verum & probabile, laudeque digniſſimum, Imperatorem protuliſſe acclamabat. Ad haec Petrus Epiſcopus Aretinus:* Et quoniam Imperatoria majeſtas, & Apoſtolica ſublimitas non ſolùm E ſcripturarum, verùm & teſtium juſſit in hoc teſtimonium adhiberi, jubeant illi, Sacerdotes teſtimonii veritatem proferre, qui in eiſdem inhabitantes Parochiis incorruptam veritatem, antiquorum relatione hominum per parentelae gradus inſigniter conſociantur.

Tunc nos Leo Pontifex univerſalis Papa, & Lodovicus Imperator juſſimus exhiberi Sacerdotes alioſque fideles.

Qui

Qui ſubitò vocati ſunt in conſpectu magni Concilii. In primis venit Giſulpherianus de Plebe Sancti Quirici in Auſinora: Aterpalianus Presbiter & Monachus de Plebe Sancti Stephani de Cinnano: Geſilarus Archipresbiter Sanctae Mariae in Pava: Malperianus Presbiter de Plebe Sanctae Mariae de Soleta: Lamfrancus Presbiter de Plebe Sanctae Mariae de Caſona: Benedictus Archipresbiter de Plebe Sancti Viti Vitaliano: Agiprandus Archipresbiter de Plebe Sancti Andreae Malcino, Leucari Presbiter de Plebe Sanctae Mariae in Sexta: Alperus Archipresbiter de Plebe Sancti Donati de Ziliano. Hii ſunt mei Archipresbiteri de jam dictis Plebibus, *dixit Petrus Aretinus Epiſcopus. Tum nos Leo Papa juſſimus, Librum Euangeliorum in medio Concilio poni, ſimulque ſanctae Crucis vexillum inibi collocari. Atque per haec ſciſcitati ſumus: Audite vos, Sacerdotes, quibus reddendi teſtimonium facultas a ſanctiſſimo Concilio tributa eſt, in virtute obedientiae, & ſub obteſtatione divini Judicii vobis praecipimus, ut in continenti nobis de hac re veritatem dicatis. In primis ergo omnium Geſolfrandus jam dictus Archipresbiter ait:* Quoniam nefarium eſt ſub tanta obteſtatione jurantem reticere, ſacrilegium eſſe arbitror in conſpectu hujus ſacri Concilii falſum teſtimonium dicere. Idcirco quod a meis parentibus didici, & ego ipſe, cum ſim fere nonagenarius, memini, abſque falſitatis colore narrabo. Scio namque ſecundùm meorum parentum relationem, Senenſem Eccleſiam uſque Longobardorum tempora praedictas Parochias inconcuſſe, & abſque ullo litigio tenuiſſe. Sed eorum iniquus gladius, cuncta diripiens, ſubjectaſque hominibus terras, multis Populis refertas, redegere in ſo-

A litudinem. Contigit denique ex illius temporis deſolatione, invaſione callidâ alter Epiſcopus alteri Parochiae nefario auſu commotare, & invaſam totis viribus detinere. Sic itaque Senenſi Eccleſiae ab Aretina accidiſſe ſcimus. Quamlibet Petrus Aretinus Epiſcopus nos huc ſui cauſsà dúxit, tamen veritatis rationem B celare nefas eſſe credimus; ita nimium re in ambiguo poſitâ, utriſque Eccleſiis parere, alteri quidem ex neceſſitate, alteri verò ex voluntate, praedictas Parochias meminimus: Senenſi quippe ex voluntate, Aretinae, ex neceſſitate. Conſtat nos Eccleſia Senenſi uſque hodie reddidiſſe Eccleſiae & conſtitutum ſervi- C tium, & Criſma ab eadem Eccleſia cepiſſe, conſecrationemque Diaconorum & Presbiterorum actenus ab ea ſumpſiſſe. Aretinae verò Eccleſiae armorum viribus concuſſos ſervitium nos coacte exhibere non negamus. Jure igitur Apoſtolica ſublimitas, & Imperatoria majeſtas nos, noſtraſque Parochias a tali periculo eripiat, & D hujus ſacri Concilii decreto ſtatuat, Eccleſiae poſthac libere & inconcuſſe ſervire nos oporteat. *Tamen hoc, ſicut unum, ſingillatim unuſquiſque eorum interrogatus, teſtimonium Geſolfrandi aſſerebat veriſſimum. Aripaldus Presbiter & Monachus de Plebe Sancti Stephani de Antiano, ut Geſolfrandus ita refert. Et Geliſarius Archipresbiter de* E *Saltu, ſimiliter confeſſus eſt. Benedictus Archipresbiter Sancti Viti ſimiliter dixit. Aliprandus de Plebe Sancti Donati ſimiliter dixit. Aliprandus de Plebe Sancti Andreae ſimiliter dixit. Laufridus Archipresbiter Sanctae Mariae de Oſona ſimiliter dixit. Laucari Archipresbiter de Plebe Sanctae Mariae de Sexta ſimiliter dixit. Omnes itaque, ac ſi uno hore, Senenſi Eccleſiae*

praedi-

praedictas Parochias pertinent, & rectiſſimo jure pariter conſtanter aſſerebant. Petrus verò haec audiens, predictos Sacerdotes, teſtimonium ferentes, perjurii reatum incurriſſe arguebat. Tunc jubentibus nobis & piiſſimo Imperatore, & univerſo Concilio juraverunt omnes praedicti Sacerdotes, quod in teſtimonium perducti ſatis vera, & probabilia narrarent, & ſicut dixerant, ſe habet veritas.

Tunc nos Leo ſummus Pontifex ſic. ad Petrum Epiſcopum & ad omne Concilium effati ſumus: Similiter oportet nos, Fratres, hujuſmodi aequitatis lance penſare, quoniam eorum affectionem, qui teſtimonio ſupradicto frater noſter Petrus juſtitiam ſuae Eccleſiae adipiſci ſperabat, Senenſis Eccleſia triumphum ſui certaminis eſt conſecuta. Ad haec univerſum Collegium dixit: Liquido patet, praenominatas Parochias Senenſis Eccleſiae eſſe, quoniam ejuſdem Comitatus limitibus pertinere probatum evidenter eſt, & teſtium veriſſimorum aſſertio clamat, & ſcripta ſanctiſſimorum Pontificum haec roborant. Jubeat ergo veſtra Sanctitas & Imperatoria Majeſtas, Senenſi Eccleſiae ea, quae ſua fuere, reſtituantur: quatenus diſcordiâ de medio ſublatâ, unuſquiſque eorum propter hoc, & ſicut in omnibus ſtatutum eſt, ſibi ſubjectas Parochias regat, nec ad vicinam Dieceſim ſui fratris nullatenus accedere praeſumat. *Tunc* Comeranus Epiſcopus *dixit omnibus:* Sunt mihi adhuc teſtes idonei, quos de mea Civitate huc duxi, quibus propoſitae altercationis patet ambiguum: qui antiqua relatione nobilium parentum quicquid inde eſt, inſigniter noverunt. Ipſi ſi introducti fuerint, veritatem nullo modo celabunt. *Tunc ingreſſus Willeradus bonae memoriae Merempridi filius, & Gunteramus filius quondam Sicheradi Ginnonis, qui erant Milites Regis; & Lamfredus Miles praedicti Epiſcopi Aretini. Et Willeradus ſutteſtatione Divini nominis a nobis interrogatus dixit:* Scimus igitur, quod praedictae Plebes & Monaſteria, juxta relationem meorum antiquorum parentum, Senenſis Eccleſiae fuerunt. Conſignationes, Rectorum Conſecrationes, & Preſbiterorum Ordinationes, Epiſcopus Senenſis Eccleſiae ibi feciſſe vidimus. Nullum inhibi fuiſſe litigium, manifeſta res docet, niſi ab ingreſſu gentis Langobardorum in Italiam. Senenſis quippe Eccleſia uſque ad eorum tempora inconcuſſe praedictas Parochias poſſederat. *Reliqui verò omnes cum ſingillatim interrogati fuiſſent, teſtimonium veritatis Willeradum protuliſſe teſtati ſunt: illi verò una voce teſtimonium veritatis proferentes, ſacroſanctis Euangeliis in medio poſitis, talis juraverunt....... praenominatae Parochiae jam Senenſis Eccleſiae ſint propriae, quod Eccleſiae Aretinae recto jure non pertinent. Hoc ſacramento expleto, nos Leo ſummus Pontifex diximus Petro Epiſcopo: Oportet te, frater Petre, jam nunc tuis tantummodo Parochiis contentum eſſe, & ab illicita praeſumptione ceſſare, & primam de hac inuſitata finire, aut ſi quid ad opponendum potes, quod utile ſit, adhibere. Nam nihil vanum neque ſuperfluum, aut quod a veritate ſit alienum, hoc ſacrum recipit Concilium. Petrus verò Epiſcopus inquit:* Juſta eſaminationes veſtras ſanctas litigium rectum penſavit, neque in ambiguo, quod a vobis hìc definitum eſt, pono. Et jam neque aliorum praeſentiam hominum, quibus vos magis credere poſſitis, exhibere valeo, neque aliorum ſcriptorum decreta, praeter quae a me hìc ſunt oſtenſa.

Ad

Ad haec Imperator: Conſtat itaque evidenter, Petrum Epiſcopum ſuperatum; quoniam teſtimoniis eorum, a quibus ſe ſalvari putabat, Senenſis Eccleſia victoriam eſt conſecuta. Juſtum eſt, *inquit*, ut propter hoc ſileat, neque amplius hujus rei altercationem adhire praeſumat. Superfluum eſt ei, ut cum ſuae Civitati Parochias ſubjectas retineat, ad alterius Epiſcopi Dioeceſim illum temerario auſu tranſire. Quapropter volumus, ut in hoc ſacrum & venerabile Concilium ita hujus litis altercationem aequiſſimo termino includat atque definiat, quatenus futuro tempore ulla poſſit inter eos ſcrupoloſitas renovari. *Tunc Imperator relictis nobiſcum Miſſis ſuis ad iſtam cauſam finiendam, ideſt* Joſeph Archicapellano, Angelberto Archiepiſcopo, Notingo Epiſcopo, & Adelcheſi Comite, *a Concilio diſceſſit. Remanſere autem Cantius cum duodecim Sacerdotibus idoneis, quorum non fuerat adhuc in teſtimonio jusjurandum receptum. Tunc juravit Cantius cum duodecim Sacerdotibus, quod in ſacramentis ſupradictorum teſtium veritas abſque ullo dolo verſata eſt. Tunc omne Concilium ſimul clamavit:* Jubeat ergo Apoſtolici culminis ſanctitas ex totius Concilii decreto, praedictarum Parochiarum, quas temere invaſit, Petrum Epiſcopum refutationem Senenſi Eccleſiae facere, ac deinceps ſuper hac re penitus ſilere. *Tunc jubente Apoſtolico, & Legatis imperatoris ac univerſo Concilio, penitus poſuit, & refutavit Petrus Epiſcopus, Senenſis Eccleſiae Parochias ſupra nominatas, quas illicite & nefario auſu invaſerat. His igitur ita expletis, nos Leo ſummus Pontifex ſic dicendo definivimus: Opportunum itaque valde reor in hujus litigii definitionem au-*

A *ctoritatem noſtram accommodare, atque ſub anathematis interpoſitione aequiſſimâ ratione finitum litigium hinc inde ſopire, ne fortè in futuro tempore aliquis pravitate plenus, quod modò juſte & Canonice a nobis definitum eſt, audeat violare. Nam firmum & ſtabile in Senenſi manere Eccleſia ſancimus quicquid per teſtium indagationem eidem* B *pertinere eſt compertum. Si quis igitur adversùs hujus noſtri Privilegii decretum aliquo tempore quilibet violare temptaverit, ſive Clericus, ſive Laicus, ſive dignitate praeditus, ſive honoribus decoratus, aut quaelibet magna parvaque perſona, ſciat ſe auctoritate Domini noſtri Petri Apoſtolorum Principis omni honore privatum, atque a-* C *nathematis maranatha vinculis innodatum, & cum Juda proditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Anania & Saffira perpetuo ſupplicio deputandum. Et quoniam in Dei ſumus nomine collecti, Dominus verè inter nos eſſe creditur, ejus auxilio quicquid agimus vel definimus, credimus eſſe fulcitum; idcirco praedictae maledictionis ſe innodat, qui-* D *ſquis violare temptaverit quicquid a nobis eſt Deo auxiliante decretum.*

Leo Dei gratiâ Catholicae & Apoſtolicae Romanae Eccleſiae Epiſcopus, hujus Judicati decretum propria manu roboravi.

Joſeph Archicapellanus Domni Imperatoris ſubſcripſi.

Johannes Archiepiſcopus Ravennae ſub- E *ſcripſi.*

Angelbertus Archiepiſcopus Mediolanenſis ſubſcripſi.

Notingus Epiſcopus Brixienſis ſubſcripſi.

Ambroſius Epiſcopus Lucenſis ſubſcripſi.

Oſchiſi Epiſcopus Piſtorienſis ſubſcripſi.

Donatus Epiſcopus Feſulanus ſubſcripſi.

Gerardus Epiſcopus Florentinus ſubſcripſi.

Johannes Epiſcopus Piſae ſubſcripſi.

Andreas Volaterrae Epiſcopus ſubſcripſi.

Taceprandus Epiſcopus Cluſinus ſubſcripſi.

Otto Epiſcopus Roſellenſis ſubſcripſi.

Tanimundus Epiſcopus Suanenſis ſubſcripſi.

Dominicus Epiſcopus Centumcellenſis ſubſcripſi.

Petrus Epiſcopus Orbivetanus ſubſcripſi.

Johannes Epiſcopus Tuſcanenſis ſubſcripſi.

Petrus Epiſcopus Spoletanus ſubſcripſi.

De horum Actorum, quamvis inter ſe pugnantium, fide non erit, ut puto, qui dubitet, quando eadem ex promtuario Arretinae Eccleſiae habemus. Arretinos verò procudiſſe ſeu confixiſſe arma in ſui perniciem, nemo ſibi perſuadeat. Deſideratur autem in Charta iſta Annus Concilii tunc Romae habiti. Sed quum Anno DCCCLIII. ſub eodem Leone IV. Papa celebre Concilium in Baſilica Vaticana habitum fuerit, cujus Acta proſtant apud Cardinalem Baronium, & in Collectionibus Conciliorum: ad eum Annum, atque ad illud Concilium, veri nimium ſimile mihi viſum eſt referendum quoque eſſe hoc Judicatum. Fieri tamen poteſt, ut ad alterum Annum, atque ad alterum Concilium, nobis hactenus ignotum, pertinere haec poſſint. Complures enim ex Epiſcopis, qui Synodo Anni DCCCLIII. interfuere, heic etiam occurrunt. Sed & alii numerantur, qui Actis Concilii illius ſubſcripſiſſe minime deprehenduntur, exempli gratiâ *Johannes Archiepiſcopus Ravennae*, *Angilbertus Archiepiſcopus Mediolanenſis &c.* Sed ii

A

fortaſſe primis interfuere Concilii Actis, non autem poſtremis. Utcumque res ſe habeat, Ughelliano Catalogo Praeſulum Cluſinorum addendus in poſterum erit *Taciprandus Epiſcopus*, uti & Ruſſellenſium, ſive Groſſetanorum *Otto Epiſcopus*. Heic etiam occurrit *Gerardus Epiſcopus Floren.....* quem *Florentinum* ego ſcripſi. Sed

B

eruditorum hominum erit, quos Florentia multos alit, membranam Arretinam accuratius inviſere, atque ſcrutari, num haec recte Amanuenſis exſcripſerit (utor enim non ſatis exacto apographo) an potius *Gerardus* iſte Faeſulanorum Praeſulum albo ſit adjungendus. Quod ſupereſt, Anno Chriſti DCCCXXXIII. in no-

C

vum incendium exarſerat eadem lis, uti monumenta oſtendunt ſupra a me edita in Diſſertatione LXX. *de Cleri immunitate*. Deinde Anno DCCCLXXXII. in Civitate Senae coram Carolo Craſſo Imperatore a *Johanne Arretino Epiſcopo* renovata eſt eadem controverſia, & pro Eccleſia Arretina ſententia ſtetit. Vide Chartam a

D

me evulgatam in Diſſertatione XXXI. *de Placitis*. Et ſane Arretini Epiſcopi earumdem Plebium poſſeſſionem retinere diu perrexerunt. Nam & Anno Chriſti MXXIX. renovatum eſt idem litigium coram ſummo Pontifice Johanne XIX. qui Benedictum Portuenſem, alioſque Epiſcopos delegavit, ut de ea quaeſtione cogno-

E

ſcerent. Chartam teſtem ex Archivo Sanctimonialium Arretinarum Sancti Benedicti exeruit, atque in ſuam Epiſtolam de Pandectis intulit celeberrimus inter Matheſeos & Eruditionis cultores Guido Grandius, Camaldulenſis Abbas, eamque uti monumentum egregium ad dignoſcendam inveteratae illius litis continuationem, ego quoque adtexere ſtatui.

Acta

Acta Benedicti Portuenſis Epiſcopi atque aliorum Epiſcoporum in cotroverſia de Parochiis inter Epiſcopos Arretinum atque Senenſem, Anno 1029.

A IN nomine Domini Dei eterni Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Dum ex juſſione Domni Johannis Apoſtolici, & univerſalis Papae conjunxiſſemus nos Domnus Benedictus Portuenſis Eccleſiae Epiſcopus, & ſanctae Sedis Apocriſiarius, & Domnus Petrus Caſtri Felicitatis, & Gonfredus Volaterenſis Epiſcopi apud Plebem Sancti Mar-
B cellini, qualiter nos Deo adjuvante diffiniremus intentionem Plebium, quas Aretina Eccleſia detinet in Senenſi Comitatu, de quibus Leo Senenſis Epiſcopus in Synodo proclamavit, repreſentavit ſe Domnus Theodaldus Aretinae Sedis Epiſcopus cum Petro Plebitano Sancti Petri in Pava, & cum Raifredo Sanctae Mariae in Sal-
C ſo, & cum Petro Sancte Agathe in Sciſſano, & Rainaldo Sancti Viti in Corſignano, & cum Lioperto & Bonizone Sancti Johannis in Veſcona, Johanne & Barocio Sancti Viti in Verſuris, & cum Donato & Martino Sancte Marie in Pacina, & cum Purizone & Liuzone Sancti Victoris, & cum Petro Sancti Quirici in Auxenna, &
D Adamo Sancti Marci in Conſona, & Liuzone Sancti Andree in Malcinis, religioſis Plebitanis; & cum nobilibus Vaſſis ejuſdem Aretine Eccleſie, ideſt cum Hubaldo & cum Rainerio filio Ildibrandi, Gottizone filio Gottizonis, Urſone filio Griſſonis, Griſſone & Saſſone filiis Ildebrandi, & Everardo filio Walcapi, Rolando filio Benzonis,
E & Ranerio Willelmi & Rainerio filio item Rainerii de Doſſena, & cum Judicibus Urſone, Anſelmo, Alberto, Johanne, Sigifredo, & Arnulfo; & ceteris compluribus Clericis ac Laycis; Domni Apoſtolici decretum, & Synodalia precepta complere paratus, ideſt fines ſue Eccleſie Dieceſis oſtendere, & poſſeſſionem Eccleſiaſticam & mundanam ad partem ſancte Aretine Eccleſie jurare, adſtantibus Ardingo & Walfredo Comitibus. Predicti vero reverentiſſimi Epiſcopi & Comites videntes prefatum Domnum Theodaldum Epiſcopum cum ſuis Presbiteris ac Laycis preceptum Apoſtolicum implere paratum, dixerunt: Si vobis placeat, inquiratur, ſi Domnus Leo Epiſcopus hoc recipere valuerit. Ad quod inquirendum predicti Epiſcopi cum irent, directi ſunt a Domno Theodaldo Epiſcopo, & ſupradicti Judices, & ſue Eccleſie Archidiaconus, qui audirent, quod prefatus Leo Epiſcopus reſponderet Epiſcopis & Comitibus, & ſibi veraciter cuncta, quae diceret, referrent. Qui vero, que dixit, audierant, & inſuper Viventius Archidiaconus Vice Domni Theodaldi ſui Epiſcopi, per prefatos Preſules & Comites invitavit eum, ut Dieceſis fines videret, & ſacramento canonice & legalis poſſeſſionis ſecundum quod preceperat Domnus Apoſtolicus reciperet. Qui penitus hoc recipere...... in hoc ſpreto Apoſtolico & Synodali decreto. Quod videntes predicti Epiſcopi & Comites, & qui a Domno Theodaldo Epiſcopo ſunt directi, reverſi, que audierunt, retulerunt, ſcilicet, quod ipſe Leo Epiſcopus nec fines Dieceſis Aretine Eccleſie videre, neque ſacramenta audire voluiſſet. Tum Domnus Petrus Sancti Quirici Archipresbiter & Aretine Canonice Prepoſitus, ante

omnes Archipresbiteros Euangeliorum Librum coram ſe habens, talem prorupit in vocem: Cum ſemper in mente mea propoſuiſſem, numquam in vita mea ſacramentum facere, tamen quia ſcio, me verum jurare, & in hoc non offendere, hoc juro, quod Aretina Eccleſia ſemper illas Plebes tenuit ab eo tempore, quo natus fui, & Eccleſiaſticam obedientiam Aretine Eccleſie facere vidi. *Item ceteri Archipresbiteri dixere* ſecundum quod & Avi noſtri dixere Patribus noſtris, & Patres noſtri dixere nobis, & nos, qui jam ſenes ſumus, neque ab his audivimus, quod illas Plebes aliquo in tempore a centum annis & ſupra Senenſis Eccleſia teneret, ſed ſancta Aretina Eccleſia tenuit, & omnem Eccleſiaſticam obedientiam a nobis & a Patribus noſtris habuit. Et hoc ſumus jurare parati. *Poſtea Ubaldus Aretine Eccleſie nobilis Vaſſus, cum Ildiprando, Rodulfo, Griffone, Saſſone, Rainerio, Heverardo, Gottizone, Rollando, Urſone, itemque Rainerio, ſibi ſimilibus, & predicte Aretine nobilibus Vaſſis, accepto Euangeliorum Libro profeſſus eſt, ſe jurare canonicam & mundanam poſſeſſionem ad partem ſancte Aretine Eccleſie. Epiſcopi autem hoc cernentes dixere:* Nos vidimus, quia vos preparati eſtis, ſed nos non recipimus, quia Senenſis Epiſcopus recipere non vult. Nos tamen hec omnia Domno Apoſtolico debemus renunciare, & Deo favente renunciabimus. Ipſe cum ſuis Epiſcopis Deo auctore inveniat, qualiter Aretina Eccleſia, ut ſemper tenuit, teneat, & ſupradictus Leo Epiſcopus, ſuique ſucceſſores in perpetuum exinde ſileant. Quia hec omnia vidimus, & ut hec nos vidiſſe credatur, manu noſtra ſubſcripſimus.

A *Hoc autem factum eſt Anno Dominice Incarnationis Mille Vigeſimo Nono, regnante* Currado Imperatore *piiſſimo, Anno Imperii ejus Tertio, Menſe Majo, Indictione Duodecima.*

Ego Benedictus Portuenſis Epiſcopus *& Apocriſiarius ſancte Apoſtolice Sedis, hec omnia vidi, & pro defenſione ſancte Aretine Eccleſie ſcribi juſſi,* **B** *& manu mea inferius ſcripſi.*

Ego Petrus Caſtellanenſis Epiſcopus *interfui ut ſupra.*

Ego Gonfredus Volaterrenſis Epiſcopus, *miſſus a Domno Apoſtolico, interfui, & ſubſcripſi.*

Albertus Judex Domni Imperatoris ſcripſit hec ac fideliter adnotavit.

Qualis tandem, & quando, con- **C** troverſiae adeo pertinacis exitus fuerit, inquirant alii. Mihi ſat fuerit praeclara in hanc rem antiquitatis fruſta e tenebris eduxiſſe. Serius autem de finibus inter Senenſem & Florentinum Epiſcopum altera controverſia viguiſſe videtur, quae utriuſque Civitatis Populum ad bella pertraxit. Subſequuta eſt deinde pax, quam A- **D** lexander III. ſummus Pontifex ratam habuit, ut ex ejus literis conſtabit, quas ex Archivo Noſocomii Senenſis Sanctae Mariae de Scala depromtas ad me miſit Cl. V. olim Hubertus Benvoglientus. Quamvis enim de Comitatus finibus inter Seculares ſuſpicari quiſquam poſſit, tunc actum fuiſſe, nihilo tamen ſecius de **E** re Eccleſiaſtica ſimul fuiſſe initam concordiam, ſatis ipſae Literae indicant, quum utriuſque Epiſcopi conſenſus praeceſſerit, ipſamque concordiam Papa confirmat. Jugurtha Tommaſius in Hiſtoria Senenſi haſce Literas Anno MCLXIII. ſcriptas affirmavit; ſed quum eo Anno Alexander in Gallia verſaretur, quomodo illas *Laterani* conſcribere potuit?

Alexandri

Alexandri III. Papae Bulla, qua confirmatur pax de finibus inter Senenſes & Florentinos, Anno 1103. ſeu potius 1106.

ALexander Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Conſulibus & Populo Senenſi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ex tenore publici Inſtrumenti nobis exhibiti, & relatione dilecti filii noſtri Plebani Sanctae Agnetis, plenius intelleximus, quod in compoſitione Pacis veſtre & Florentinorum, iidem Florentini* Ecclesiae *& Civitati veſtre reſignaverunt* quicquid infra terminos Epiſcopatus veſtri continetur, *& reſignationem ſuam juramentis & Inſtrumentis publicis roborarunt. Ut autem de terminis inter vos & eos contentio in poſterum nequeat ſuſcitari, ipſos vobis auctoritate Apoſtolicâ confirmari conſtanter & ſollicite poſtulaſtis, quos duximus propriis vocabulis exprimendos: Vallem Senenſem, Stratam Poci, Montem Biſurcatum, Aſtragum de Cagnano, ubi fuit Eccleſia Sancti Damiani, Gallianum, Caſtellum Piniungum, Foſſatum de Bolſano, Pelagus Stregai, Prunum de Campo Tatoli, Podium Sancte Marie, Piumferreum, Druove Georgii. In Ciparello duos terminos, unum juxta Eccleſiam, alium prope domum filiorum Malaveni. Et terminos Plebis Sanctae Agnetis, videlicet Donicatum in Uſpiano quondam Saſſi, Rivum Johannis, qui currit ad pedes Mortennani, & donicatum ipſius Plebis in Villole, domum quondam filii Leoli in Monte, ut fuit cornus. Fontem in Strata, & terminos ſuperius deſignatos in Ciparello, Valle Senenſe, & Stratam Poci, & Plebem Sancte Agnetis in Podio Bonizi, cum Populo ejuſdem Plebis, rebus aliis aſſignatis. Nos itaque veſtris juſtis poſtulationibus benignius inclinati, & de concordia veſtra gaviſi, compoſitionem inter vos & Florentinos de aſſenſu preſentium, &* conſentientibus venerabile fratre noſtro Florentino Epiſcopo, *&* dilecto filio Senenſe Electo, *factam, & juramentis & cartis hinc inde firmatam atque receptam inter vos ſupradictos, & quicquid intra ſe conſiſtit, ſicut Inſtrumentis publice continetur,* Eccleſie & Civitati *veſtre auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

Datum Laterani XVI. Kalendas Junii.

Ego Johannes Judex hoc exemplar, ſicuti vidi in Privilegio, ita fideliter ſcripſi, nec plus nec minus ſuperimpoſui.

Ego Buoninſegna Notarius quod totum quod ſupra legi, vidi & legi in exemplo ſupraſcripto Domni Papae Alexandri, manu dicti Johannis, & diligenter auſcultavi cum Johanne & Talomeo & Ranerio Notariis, totum quod in dicto exemplo continetur, nihil addens vel pretermittens, preter ſignum dicti Judicis, fideliter ſcripſi, ſub Anno Domini MCCXXX. Indictione IIII. Die XVII. Kalendas Aprilis.

Hiſce monumentis ſubjunctam nunc volo mentionem alterius controverſiae de finibus agitatae olim inter *Plebem Ciliani* (nunc *Ciano*) Dioeceſis Mutinenſis, & Plebem *Montis Belli*,

Belli, quam Gualterius Archiepiſcopus Ravennas & Metropolitanus diremit. En tabulas ex Archivo Reipublicae Mutinenſis depromptas.

Sententia Gualterii Archiepiſcopi Ravennatis in controverſia finium inter Plebes Ciliani & Montisbelli, Anno 1141.

IN *nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Anno Domini Milleſimo Centeſimo Quadrageſimo Primo, IV. Kalendas Madii Indictione IV. Cum rexideret* Donus Gualterius *Dei gratiâ* Ravennatis Eccleſiae Archiepiſcopus *in Urbe Parina pro cauſſa Reginorum & Capitaneorum*, Donus Ribaldus *Dei gratiâ* Mutinenſis Epiſcopus Ecclefie *rogavit eum, ut dexenderet ad partes Mutine*, ad litem ac cauſam cognoſcendam, que verſabatur inter Plebem Ciliani & Plebem Montis Bellii: *de qua jam ſaepe conqueſtus fuerat idem Archiepiſcopo aput Ravennatem Eccleſiam. Cujus precibus aſſenſum accommodavit, & ad illum locum, ſcilicet Gauzanum, in quo lix cujuſdam Capelle & Populi Gauzani conſecrate in honore ſanctiſſimi ac glorioſiſſimi Geminiani inter predictas Plebes verſabatur, pervenit. Quo reſidente & auditis allegationibus terminorum utriuſque Plebis, & viſis confiniis inter Plebem Montis Bellii & Plebem Ciliani, que ſicut per teſtes cognovimus, & oculata fide vidimus, extenduntur a fonte Cinixituli uſque ad rivum Cudituli, & dehinc uſque ad locum, in quo petra utriuſque Plebis confinia diſtinguens ſubtus domum Favatiorum fixa cernitur; & confirmatis per duodecim veridicos teſtes, jurejurando corporaliter preſtito aſtricto. Hii ſunt Ubertus Dayberti, Guido de Plebe, Albicellus, Rodulfus de Bocationo, Sigecinus de Ciliano, Azzo de Ferneta, Guiducius de Valle, Rollandus de Rivo, Ubertinus de Gauzano, Lambertus de Arviciano, Ubaldinus de Ariuliano . . . . ſua ſententia ſic judicavit in preſentia & teſtimonio bonorum hominum, quorum nomina hic ſubtus leguntur. Hii ſunt Lanfrancus de Ganazeto, & Rolandus de Tetelino, & Martinus de Teuzone, & Albertus de Savegnano, & Ugucio de Monte Belio, & Sigezo de Bazano, & Lanfrancus de Savegnano cum fratre ſuo Pazolino, & Gotolus & Guidoctus de Ciliano, & Paganus de Vignola, & Gerardus Judex de Panzano, & Guido Judex de Monteſplecho, & alii quamplures homines.*

Ego Donus Gualterius ſancte Ravennatis Eccleſie Archiepiſcopus cum aſſeſſoribus meis ejuſdem Ravennatis Eccleſie, Johanne videlicet Archipresbytero Cardinale, Presbytero Fantolino Cardinale, Presbytero Andrea Cantore, Enrico Diacono Cardinale, Buniolo Subdiacono Cardinale. Viſis confiniis inter Plebem Montisbellii & Plebem Ciliani, cujus Plebis Parochia, ſcilicet Ciliani, uſque ad eoſdem fines extenditur, ſicut juramenta ſupradictorum teſtium, & per famam, & ſentientem totius Populi revera cognovimus: judicamus, eoſdem fines ſic perpetuo inviolabiliter permanere. Eccleſiam verò infra hos fines, ab Epiſcopo Ribaldo Mutinenſi nuper edificatam, cum toto Populo Gauzani, Mutinenſi Eccleſie, & per eum Plebi Ciliani, rationabiliter judicamus pertinere. De ſententia autem, quam de veteri Eccleſia dedimus, quia appellatione Mutinenſis Eccleſie ſuſpenſam fore accepimus, ſic ſtatuimus, ut ſi Archipresbyter Montis Bellii infra hunc annum

num ad nos venerit ad infringendam appellationem Mutinenſis Eccleſie, & legitime paratus fuerit, premiſſa tam legitima ſatisfactione, tam de Eccleſie combuſtione, quàm rapinarum & Altaris violatione audiatur; alioqui expleto anno, perpetuò taceat, & eandem veterem Eccleſiam, ſicud novam Plebis Ciliani pertinere judicamus. Si verò Populus Gauzani predicte Capelle, & ad quam pertinere judicatum eſt, obedire contenſerit, excommunicationis vinculo perpetuò maneat obligatus, donec reſipuerit.

Actum in loco Saviniano feliciter.

Ego Gualterius *ſancte* Ravennatis Eccleſie Archiepiſcopus *in hac notitia a me facta ſubſcripſi.*

Ego Johannes Archipresbyter Sancte Ravennatis Eccleſie ſubſcripſi,

Ego Andreas Presbyter & Cantor ſancte Ravennatis Eccleſie ſubſcripſi.

Ego Enricus Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Boniolus Subdiaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Johannes ſacri Palatii Notarius ſcripſi.

A Juvat nunc animadvertere, Bullarum uſum noſtris temporibus familiarem, quas nempe tum Romani Pontifices, tum reliqui Epiſcopi in Eccleſiarum Parochialium, ceterorumque Beneficiorum collatione tradunt, ab ipſis remotis Seculis originem duxiſſe. Quae enim in Beneficium concedebantur Eccleſiae, ſive Parochiales forent, ſive Diaconiae, ſive etiam B Oratoria, Monaſteriola, ac Hoſpitales domus, ſine conſenſu atque ordinatione Epiſcopi tradi non poterant. Ut ergo in Beneficia Clericis aditus legitimus foret, atque iis pacifice inſiderent, procurabat ſibi unuſquiſque literas Antiſtitis, quas nunc *Bullas* appellamus, juſti videli- C cet tituli, juſtaeque poſſeſſionis idoneos ac neceſſarios in poſterum teſtes. Ante mille annos id factum fuiſſe, palam faciet Charta, vitiatae plane Latinitatis, quam ex nobiliſſimo Archivo Archiepiſcopii Lucenſis olim deſcripſi, & raram omnino cenſui, quia mihi autographa viſa fuit.

Literae Taleſperiani Lucenſis Epiſcopi, per quas Romualdo Presbytero concedit in beneficium Monaſteriolum cum Xenodochio, Anno 725.

D IN *nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chriſti. Regnante* Domno *noſtro* Liutprando *viro excellentiſſimo* Rege, *Anno feliciſſimo Regni ejus Tertiodecimo, Indictione Octaba feliciter. Conſtat me* Taliſperianus *venerabilis* Epiſcopus, *quia ſuggeſſit nobis vir venerabilis* Romuald Presbiter, *& innotuit nobis eo quod ante hos annus exiſſet de terra ſua partibus Tranſpadanis* una cum muliere ſua, *ſibi peregrinandi pro anima ſua, & conlocaſſet in loco, qui dicitur Capannule, in Monaſtirio Eccleſię Sancti Petri & Sancti Martini vel Sancti Quirici. Et dum ibidem in parvis ſubſtantiis habitaſſet, tunc cepit ſibi ibidem conquiſito facere* una cum Presbiteria ſua, *caſella in officio Ospitalis. Et conquiret ibi terra vinea cum pretio ſuo. Et petivit nos, ut pro Dei amore, & fidelia ſervitia ipſius, quam in ipſo ſancto Loco concurrere viſus eſt,* E *eum inibi in officio Monaſtiriale confermari deberemus. Quod & factum eſt: ſic ita & in ea ratione, ut dum advivere merueris, tu Romualde,* in ipſo

ſancto

ſancto Loco, tam tu, quàm etiam & Presbiteria tua, *qui eſt in ipſo Sancto Petro, remanent, &* qui preſedere debeatis, *& nulla patiatis taxatione ab alio Presbitero, qui Plevem tenuerit in ſuprascripto loco Capannule in Ecclesia Sancte Marie. Sed volo adque decerno, ut ab hanc dies ipſa Ecclesia in officio Monaſtiriale ſemper maneat: & per feſtivitate predicti Sancti Petri & Sancti Martini vel Sancti Quirici ad Ecclesia Sancti Martini in Epiſcopio luminaria, vel quod Dominus condonaverit, ſalutem* (*) *adducere debeas tam tu, quam vel quis poſtea ordinatus fuerit: & numquam nos vel poſterus noſter & de hanc dicto Loco moleſtari preſumat, ſed volo* ut cunctis diebus quietus in ipſo ſancto Loco reſidere valeas. *Quam Beneficiis Cartula Sicori Notario ſcribere juſſimus, & nos ſubter ſignum ſancte Crucis ficimus, & Sacerdotibus tradedimus roborandam.*

Actum Luca, die & Regnum & Indictione ſuprascripta feliciter.

✠ *Ego* Taleſperianus *eximius* Epiſcopus *huic Cartule Beneficii facti in Romuald Presbitero conſenſi & iſcripſi.*

Sichimund &c.

Ego Deuſdedit Presbiter huic Cartula donationis facta in Ecclesia Sancti Petri manibus meis ſubſcripſi.

Quod ſine animadverſione praetermitti nequit, *Romualdus* iſte *Presbyter una cum muliere ſua*, ideſt cum uxore ſua, poſt peregrinationem ſuſceptam *pro anima ſua* in partes tranſpadanas, collocaverat ſe in loco Capannulae in Monaſteriolo Sancti Petri, ibique exiguam erexerat hoſpitalem domum. Concedit ergo Taleſperianus Epiſcopus, qui ſe in ſub- A ſcriptione *eximium* nominat, non *exiguum*, ut uſus ferebat; concedit, inquam, ut eidem *ſancto Loco preſideat* tam ipſe Romualdus, *quàm etiam & Presbyteria* illius, hoc eſt, eadem quae ſupra nominata eſt illius conjux. Quei fieri id potuerit, percontetur aliquis, ſimulque miretur, quum continentiae votum in Latina B ſaltem Eccleſia, vel a primis Eccleſiae Saeculis, Sacerdotibus praeſcriberetur. Id quidem verum eſt; at quoties viro conjugato ad ſacros Ordines olim erat aditus, tum ipſe, tum ejus uxor caelibem exinde vitam profitebantur, illaque non *Conjux*, amplius, ſed *Soror* appellabatur, ut etiam in Tomo I. Anecdotorum La- C tinorum exemplo Sancti Paulini oſtendi. Diſciplina certe Eccleſiaſtica multis Conciliorum decretis inter hoſce contubernium quoque interdixit. Verùm uti in Diſſertatione de *Agapetis & Syniſactis* in Anecdoctis Graecis, tum ex Codice Theodoſiano, tum ex aliis antiquorum edictis oſtendi, tempora fuere, quibus D licuit Presbyteris cum uxoribus ſuis commune adhuc tectum habere, dum ab omni commercio carnis abſtinerent. Rigidiorem ſe praebet hac in re temporum noſtrorum diſciplina, & ſapientius quidem & aequius. Sed nunc quaerimus, non quid faciendum, ſed quid factum fuerit a majoribus noſtris. Bullam quoque legi E in praelaudato Tabulario haſce Notas praeferentem: *Carolus ſereniſſimus Auguſtus, a Deo coronatus, magnus & pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum, Anno Regni ejus, poſtquam Langobardiam coepit, Vigeſimo octavo, & filio*

(*) *ſalutem adducere debeas*, ideſt donum, munus, oblationem. Vide nunc moris iſtius antiquitatem, & ſi plura cupis, conſule Diſſertationem LXIII. *de Advocatis Eccleſiarum*.

& filio ejus Domno noſtro Pippino Rege, Anno Regni ejus Vigeſimo primo .... Julii, indictione Nona. Ideſt Anno Chriſti DCCCI. Ibi *Jacobus ſanctae Lucenſis Eccleſiae Epiſcopus* Marinum Clericum filium Gheriprandi Presbyteri ordinat & confirmat in Eccleſia quadam, *in loco, qui nominatur Munliniano*. Subſcribunt ipſe *Jacobus Epiſcopus, Hildiprand filio Ilprandi Abbas*, & alii. Sed alteram Bullam integram adferre placet de Oratorii collatione loquentem, quam ex ſupra laudato Archivo Archiepiſcopii Lucenſis depromſi. Heic mentio eſt *Peredei Epiſcopi*, cujus nomen Ughellio olim exciderat.

Literae Johannis Epiſcopi Lucenſis, per quas Rectorem Eccleſiae Sancti Miniati in loco Quarto conſtituit, ſive confirmat Autchis Clericum, Anno 783.

IN *Dei nomine. Regnante* Domno *noſtro* Carulo Rege Francorum & Langobardorum, *Anno, quo Langobardiam coepit, Nono, ſicque filio ejus* Domno *noſtro* Pipino Rege, *Anno Regni ejus Secundo, XVII. Kalendas Februarii, Indictione VI. Manifeſtum eſt mihi* Johanni *in Dei nomine* Epiſcopo, *quia....... cum Cartola previdimus, qualiter ante hos annos Bonushomo, Aidualdus, Roppuald, Teodilapus, Manolfus, Kalenzo, Muroaldus, Teodoſi, Autchis, Geminianus, Ferminus, Fermitianus, Tacuald, Candolus, Wilinandus, & Gundualdus, a fundamentis conſtruxerunt Eccleſiam in honore Dei & Sancti Miniati in loco Quarto, & in ipſa Eccleſia, & in omni re ad eam pertinente una cum licentia conſilii bone memorie* Balſari *hujus* Lucenſis Eccleſie Epiſcopi, *Nandolfum Cuſtodem & Guvernatorem elegerunt. Quidem & quod Bonichis Preſbiter una cum conſenſu* Walprandi Epiſcopi *in predicta Eccleſia, & in omni re pertinente, & Auſtripertum Clericum ſibi per cartulam adobtivum filium heredem & ſucceſſorem confirmavit. Poſtea verò ipſe Auſtripertus Clericus per Cartulam in prefata Eccleſia, & in rebus ad eam pertinentibus, Autchis Clericum filium ſuum Rectorem & Guvernatorem ordinavit & confirmavit, ſed abſque Epiſcopali conſenſum, pro eo quod bone memorie* Peredeus Epiſcopus deceſſor meus in Francia erat detentus in ſervitio Domni Regis. *Nunc autem petis a me tu, qui ſupra* Autchis filius ſupraſcripti Auſtriperti, *ut ſecundùm conſtituta de memoratis Cartulis, & qualiter per conſilium & conſenſum Epiſcoporum anteceſſorum meorum ipſa Eccleſia & caſa ordinata fuit, ſic tu a me ibi per meum conſilium & conſenſum ordinatus & confirmatus eſſe deberis, me ego tuam audiente petitionem & tuum conſiderante ſervitium, ipſam ſuprascriptam Eccleſiam Sancti Miniatis, una cum omnibus rebus ſuis, qualiter per noſtrum conſenſum per memoratas Cartulas pertenet ordinanda, ſic eandem Eccleſiam cum omni re ſua & tua, & de illo homine confirmo eſſe poteſtate, quem tu in ea recto ordine ordinaveris, ut diebus vite veſtre in veſtra ſit poteſtate abendi, poſſedendi, regendi, guvernandi, & uſum fructuandi ſecundùm Deum recto moderamine, & luminaria Sanctorum die ac nocte faciendi, nam non exinde aliquid naufragandi, neque alienandi, ſic tamen, ut poſt tuum, aut chiſ........ ſic de-*

beat pertenere, ſicut modo per anteriores Cartulas, cum rebus...... ationis Cartula omni tempore in predicto ordine firmiter permaneat...... & Rachiprandum Presbiterum noſtrum ſcribere commonuimus.

Actum in Domo ſancte Eccleſie.

Ego Johannes....... *Chriſti humilis* Epiſcopus *in hanc Cartula confirmationis manu propria ſubſcripſi.*

Ego Exelmi indignus Presbiter me teſte ſubſcripſi.

Ego Petrus Subdiaconus &c.

Ego Rachiprandus Presbiter poſt tradita complevi & dedi.

Eccleſia haec ſive Oratorium, quod conſtructa fuiſſet a majoribus ipſius Clerici, eiſdem jus patronatus pepererat. Attamen ſine conſenſu & confirmatione Epiſcopi, Rectorem in ea conſtituere, ut vidiſti, minime licuit. Quod ſi id exigebatur in collatione minorum Eccleſiarum, quanto magis in Parochialium? Habetur inter Langobardicas Lex 43. Lotharii I. Auguſti Part. II. Tomi I. Rerum Italicarum *de his, qui ſine conſenſu Epiſcopi Presbyteros in Eccleſiis conſtituunt &c. ut bannum noſtrum guadiare cogantur.* Id verò praecipue obſervandum fuit in Parochialibus Eccleſiis, quod longe majorem illae exigant Epiſcopi vigilantiam, & abſque ejus auctoritate & venia miniſtrare Fidelibus Sacramenta ſit nefas. Accipe ergo exemplum conlatae Parochialis Eccleſiae, deſumtum ex eodem Lucenſi Archivo, ubi autographum ipſe vidi.

Collatio Eccleſiae Baptiſmalis, ſive Parochialis Sancti Johannis Baptiſtae Lamari, facta a Petro Lucenſe Epiſcopo Gumperto Presbytero, Anno 904.

IN *Chriſti nomine. Qualiter ego* Petrus *gratia Dei, hujus ſancte* Lucenſis Eccleſie *humilis* Epiſcopus, *una per conſenſum Sacerdotum, ſeo filii ipſius Eccleſie* ordinare videor te Gumperto Presbitero *filio quondam Gumperte in eo ordine, ut ſupter adnexum fuerit*, in Eccleſia illa, *cui vocabulum eſt* beati Sancti Johanni Batiſte, *&* Sancte Marie *Dei Genitrix, ſita loco & finibus Lamari, quod eſt* Plebe Battiſmale, *pertinentes ipſius Epiſchopatui Sancti Martini, jam dicta Eccleſia Sancti Johanni & Sancte Marie inibi ordinare & confirmare videor, ut in tua ſit poteſtate diebus vite tue*, cum aliis Eccleſiis ſubjectis ipſius Plebe *& cum omnibus caſis &c. cum poteſtate uſufructuandi tantum modo diebus vite tue*, & in ipſis Eccleſiis, quas tibi dedi, per tuam diſpoſitionem officiandi. & luminarias, & Miſſarum ſolemnia fieri debeas, & mihi, qui ſupra Petrus Epiſcopus, vel poſteroſque ſucceſſoribus meis, ſingulis quibuſque annis obediendi, deſerviendi, ut mox eſt. *Sic tamen quero, ut non abeas poteſtatem neque licentia tu, qui ſupra Gumperto Presbitero, de omnibus rebus ex ipſis Eccleſiis, quas tibi dedi, pertinentibus cuilibet homini per Cartula livellario nomine, nec per nullam exſcriptionem alienare neque firmare ſine mea licentia & voluntate, vel poſteroſque ſucceſſores meos &c. Preterea hoc facimus, ut caſis & rebus ipſius Eccleſie non per fraude, neque conludioſe malo ingenio uſurpetur.*

Actum Luca.

Et hec ordinationis Cartule facte ſunt Anno Domni *noſtri* Berengarii *divina ordinante clementia* Rex *Anno Regni ejus Septimodecimo, VI. Kalendas Octubrii, Indictione Octava.*

Ego Petrus *gratia Dei, humilis* Epiſcopus *in hac ordinatione a me facta ſubſcripſi.*

Ego Viventius Archipresbiter Cardines & Vicedomino conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Criſtianus Presbiter in anc ordinatione ſubſcripſi.

Ego Sichardus Presbiter & Chardinalis & Primicerius ſubſcripſi.

Ego Guntripaldus Presbiter & Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Stephanus Presbiter & Cantor in hanc ordinatione ſubſcripſi.

Ego Raprandus Presbiter ſubſcripſi.

Ego Teofridi Presbiter & Cardinalis ſubſcripſi.

*Epo * Petrus Presbiter & Cardinalis ſubſcripſi.*

Ego Harimundus Presbiter ſubſcripſi.

Ego Eripaldus Presbiter Cardinalis & Cantor ſubſcripſi.

Ego Fridianus Diaconus ſubſcripſi.

Ego Giſalprando Presbiter & Cardinalis ſubſcripſi &c.

Ego Petrus Notarius & Schabinus poſt tradita complevi & dedi.

In Diſſertatione LXI. *de Cardinalibus* jam animadverti, non unam Eccleſiam Romanam numeraſſe inter ornamenta ſua *Cardinales*. Erant iſti & aliis Eccleſiis non paucis. En ut ſubſcribant hiſce tabulis *Cardinales* nonnulli Lucenſis Eccleſiae. Confirmatur autem Gumberto Presbytero Parochiale illud Beneficium *cum aliis Eccleſiis ſubjectis ipſius Plebe:* quo nomine ſignificantur ceterae Eccleſiae non Baptiſmales Oratoria, Capellae, & exigua Monaſteria, in quae ſuum jus Parocho Plebano competebat. Jam

A in alterâ Chartâ nuper productâ Anni DCCXXV. conſtitutum legitur: *nullam patiaris taxationem ab alio Presbytero, qui Plebem tenuerit:* quibus itidem ex verbis dignoſcitur jus Parochis Plebanis in reliquas Eccleſias intra ſuae Paroeciae fines conſtitutas. Vide conſtitutionem Plebis & Plebani Figinenſis Anno MCLXXV. fa-

B ctam a Rodulpho Epiſcopo Faeſulano, apud Ughellium Tom. 3. Ital. Sacr. in Epiſcop. Faeſulanis. Atque ejuſmodi ſubjectae Plebibus Eccleſiae, ſive *Capellae*, fonte Baptiſmali carentes, a ſuo tamen Rectore Sacerdote plerumque regebantur, qui reliqua Sacramenta, uti nunc fit, Populo miniſtrabat, ſuberatque Archi-

C presbytero, ſive Plebis Rectori. *Oratoria* etiam appellabantur, ſive *Capellae*, nunc autem *Parochiae* dicuntur & *Curae*. In Lege Langobardica *61.* Carolus Magnus haec habet: *Ut vos Epiſcopi, qui in omnibus Nonas & Decimas accipitis, in veſtra providentia ſit, quatenus Eccleſiae & Capellae, quae in veſtra Parochia ſunt* (ideſt

D Dioeceſi) *emendentur*. Burchardus etiam lib. 3. Cap. 22. ex quodam Concilio Aquiſgranenſi haec refert: *Plures Baptiſmales Eccleſiae in una terminatione eſſe non poſſunt, ſed una tantummodo cum ſubditis Capellis*. Qui nunc appellantur *Cappellani*, ſive *Capellani* ſub Parochis, nomen accepere ab iis, qui olim Oratoriis ſive

E Capellis praeerant. Scribit autem Gregorius Magnus Lib. 1. Epiſtol. 12. ad Caſtorium Epiſcopum Ariminenſem, de Oratorio, hoc eſt, de Capella intra Civitatem illam conſtructa loquens: *Praedictum Oratorium abſque Miſſis publicis ſolemniter conſecrabis, ita ut in eodem loco nec futuris temporibus Baptiſterium conſtruatur, nec Presbyterum conſtituas Cardinalem.*

Nomine *Presbyteri Cardinalis* deſignatur Presbyter ſeu Rector Parochialis, ſtabili titulo Eccleſiae illi adfixus, ut dixi in eadem Diſſertatione LXI. *de Cardinalibus*. Qui enim Oratoria, ſive Capellas, ſive Eccleſias Parochiales ſubſidiarias, temporibus iis regebant, minime eis ſtabili titulo praeficiebantur, ſed amoveri inde ad nutum Epiſcopi aut Patroni potuiſſe videntur. Itaque habemus diſtincta munera *Plebium*, & *Capellarum* vetuſtis Saeculis. Alios deinde mores invexere Secula ſubſequuta. Nam & in hiſce ſubſidiariis Eccleſiis ordinari coepti ſunt, & adhuc ordinantur Curati ſtabili titulo, quorum eſt Plebano (in paucis tamen) honorem & obedientiam exhibere. Propterea nunc patet, quid ſignificarit Donizo Lib. I. Vitae Mathildis Cap. 16. dum ſcribit:

Plebes, Capellas, pretio Clericis tribuebant.

Apud bonae memoriae nobilem virum Comitem Franciſcum Celleſium Piſtorienſem, vidi Chartam Anno MCCLXXXVII. exaratam, in qua enarratur controverſia oborta inter *Canonicos Plebis de Cellis* in Dioeceſi Piſtorienſi, & *Capellanos* ejuſdem *Plebis*, utriſque contendentibus, ad ſe ſpectare electionem *Plebani*. Ibi legitur: *Plebs de Cellis habet ſubjectas decem Cappellas. Eccleſia de Caſore eſt ſubjecta Plebi de Cellis, tamquam ſuae Plebi. Eccleſia de Momigno &c.* Qui praeerant hiſce Eccleſiis, ſive Capellis, ibi modò appellantur *Cappellani Plebatus de Celle*, modò *Rectores*. Legitur illic: *Rector de Caſore habet vocem in electione Plebani de Celle. Rector Eccleſiae de Gugliano habet vocem &c.* Proinde agnoſcimus, vocem *Cappellanus* eo tempore adhibitam ad ſignificandos etiam ejuſmodi minores Parochos. Nam quos nunc appellamus *Cappellanos*, hoc eſt Parochorum adjutores in miniſtrandis Sacramentis, antiqui fere ſemper *Subcappellanos* nominare conſueverunt. Adeo verò apud Piſtorienſes nomen iſtud invaluit, ut ſub *Cappellarum* nomine venirent Villae quaevis, quibus Eccleſia Parochialis foret, ubi Sacramenta miniſtrarentur. Vide Statuta Piſtorienſis Civitatis in hoc ipſo Opere a me edita. Sed nihil melius, quid *Cappellani* olim forent, indicare poterit, quàm Bulla Alexandri III. Papae, ſervata nobis in Tomo IV. Annalium Ferrarienſium MStorum Peregrini Priſciani.

Alexandri III. Papae Bulla confirmatoria Privilegiorum & jurium Ferrarienſis Eccleſiae, Anno 1169.

ALexander Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, venerabili Fratri* Amato Ferrarienſi Epiſcopo, *ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis imperpetuum. Fratres & Coëpiſcopos noſtros ex debito commiſſi nobis officii ſincera caritate honorare tenemur, & eis jura & dignitates ſuas diligenti ſtudio & ſollicitudine conſervare. Inde eſt, quod nos tue ſinceritatem fidei, & devotionis fervorem, qua beato Petro & nobis firmitate immobili adheſiſti, ſtudioſis meditationibus attendentes, libenter honori tuo deferimus, & peticionibus tuis gratuitum & benignum adhibemus conſenſum. Antiquas igitur & ratio-*

rationabiles conſuetudines, quas Anteceſſores tui in Canonica majori & in Eccleſiis tui Epiſcopatus habuerunt, tibi, & Succeſſoribus tuis auctoritate Apoſtolica confirmamus. Statuentes, ut nulli liceat aliquem in Eccleſia majori in Canonicum, vel in aliquam Prelationem ſine conſenſu & licentia tua ſeu tuorum Succeſſorum recipere, nec cuiquam fas ſit in ceteris Eccleſiis Capellanum abſque conſenſu tuo conſtituere, vel amovere, *ſicut a quadraginta annis retro uſque ad inicium hujus perturbacionis eſt obſervatum*. Capellanus verò qui auctoritate tua fuerit conſtitutus, de manu tua curam animarum recipiat, & debitam tibi & conſuetam reverentiam impendat. *Correctionem quoque Canonicorum Eccleſie tue libere habeas, & eorumdem ordinationem, ſicut Praedeceſſores tui habuiſſe noſcuntur, tibi concedimus & indulgemus. Preterea Hoſpitale, quod eſt ſitum ſupra Ruptam Petri Scorti, Hoſpitale omnium Sanctorum, & Hoſpitale de Caudalonga, tibi & Succeſſoribus tuis nihilominus auctoritate Apoſtolica communimus. Decernentes ergo, ut nulli omnino hominum liceat hunc Privilegium noſtrum auſu temerario infringere, aut ei aliquatenus contraire. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica Seculariſve perſona ſciens hanc noſtrae conſtitutionis paginam, contra eam temere venire temtaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi preſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubjaceat. Cunctis autem vobis juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus &* A *hic fructum bone actionis percipiat, & aput diſtrictum Judicem premia eterne pacis inveniat. Amen, Amen, Amen.*

Ego Alexander Catholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis titulo Sancte Crucis in Hieruſalem ſubſcripſi.

Ego Albertus Presbyter Cardinalis B *titulo Sancti Laurencii in Lucina ſubſcripſi.*

Ego Petrus Presbyter Cardinalis titulo Sancti Laurencii in Damaſo ſubſcripſi.

Ego Johannes Presbyter Cardinalis titulo Sancti Marcelli ſubſcripſi.

Ego Theodorus Presbyter Cardinalis . . . . . .

C *Datum Beneventi per manus Graciani ſancte Romane Eccleſie Subdiaconi & Notarii, XV. Kalendas Maji, Indictione Secunda, Incarnacionis Dominice Anno MCLXVIIII. Pontificatus verò Domni Alexandri Pape Tertii Anno . . . .*

Animadvertere verba illa: *Nec cui-* D *quam fas ſit in ceteris Eccleſiis Capellanum abſque conſenſu tuo conſtituere vel amovere &c.* Nec non & alia: *Capellanus verò, qui auctoritate tua fuerit conſtitutus, de manu tua curam animarum recipiat.* Ergo iidem *Capellani* fuere, qui nunc *Parochi* & *Curati*. Videndum tamen, an Eccleſia Ferrarienſis ſingulari aliqua con- E ſuetudine regeretur, hoc eſt, *Capellanos* tantummodo amovibiles adhiberet in regimine Populi: qua de re infra mihi ſermo erit. Redeo ad Lucenſem Chartam, ſupra a me evulgatam, quae nos docuit, fuiſſe olim in uſu non ſecus ac noſtris temporibus, Bullas teſtes Beneficii conlati. Addo nunc, viciſſim conſueviſſe Beneficiatos obligare ſe ad rectum Ec-

cleſiae

cleſiae regimen per alteram Chartam, quae penes Epiſcopum ſervabatur. Hunc uſum tempora noſtra ignorant. Locupletiſſimum Tabularium Lucenſis Archiepiſcopii & heic praeſto mihi erit, ex quo duas profero Chartas a me viſas ibi autographas.

Charta Lucerii Presbyteri, per quam Walprando Lucenſi Epiſcopo ſpondet bonum & canonicum regimen Eccleſiae Sanċti Petri in loco Moſciano, Anno 746.

IN *Dei nomine. Regnante* Domno *noſtro* Ratchis *vir excellentiſſimo* Rege, *Anno Regni ejus, Chriſto auxiliante, Tertio, Menſe Oċtubrio, Indiċtione Quintadecima. Manifeſtus ſum ego* Lucerius VV. Presbitero, *quia repromeċto & ſpondeo, atque manus meam facio tivi* Domno *venerabili* Walprand Epiſcopus, pro eo cot me *una cum filiis Eccleſie* in Eccleſia Sanċti Petri in loco Moſciano Presbiterum hordinaſti, & in omnem ris Eccleſie cunfirmaſti, cum conſenſo Ratperti & Barbula Centinariis, vel de tota Plevem congrecata, me in ipſa ſanċta Dei Eccleſia cunfirmaſti, *ut amodo ab unc die in ipſa ſupraſcripta Eccleſia deſerbire diveam caſto & juſto ordine, non ſuperve aut inique agantes, ſet ſemper in humilitatem Deo & ipſius Eccleſie ſerbientes, laus & mandatum Domini in omnibus adinplentes, & res Eccleſie bene lavorantes & guvernantes, non fraudem facientes, nec aliquid de rebus Eccleſie menuantes, aut in malis partibus nofracantes aut deportantes in proprio Monaſterio meo, aut in qualive loco peculiario facientes, niſi tantum cauſa benediċtionis pro amicos aut parentes meos, aut cui voluero de fruċtum oblatorium abſque fraude. Et ſi de hec omnia ſupraſcripta capitula leniter non cunſervavero, & ad me adinpletum non fuerit, aut ſi de ipſa Eccleſia....... & provata cauſa fuerit per duo vel tres homines Deum timentes, quas meam culpa ſid, cunpuna ego qui ſupra Luceri Presbitero tivi Domno meo Walprand Epiſcopus auri Soledus boni Lucani nomero centum. Quam meis repromeſſionis pagina Gaudentius Presbiter una cum Perteradu Clericus diſcipulu ejus iſcrivere rogavi, & deċtato ſupraſcripto Gaudentio Magiſtro meo ſcripſi ego Perteradus* ſup iſtipulationem iſponſionemque *interpoſita.*

Aċtum Luca in Domo ſanċte Eccleſie.

Ego Luceri Presbitero in hac manus mea ſuſcribſi.

Signum ✠ *manus Buciuli VV. Presbiteri teſtis.*

Signum ✠ *manus Guntelini Clerico teſtis.*

Signum ✠ *manus Auripert VV. Presbitero da Rocca teſtis.*

Signum ✠ *manus Seipert Clerico filio quondam Seifridi teſtis.*

Signum ✠ *manus Lucifridi Clerici teſtis.*

Gaudentius Presbiter propria manu mea ſuſcribſi & confirmavi.

En ut olim multis in Eccleſiis inſtituerentur Reċtores. Non unus Epiſcopus eligebat, ſed aut praecedebat eleċtio Populi, quam poſtea ſacer Antiſtes confirmabat, aut ad eleċtionem Epiſcopi accedebat conſenſus Populi ejuſdem. Heic Lucerius Presbyter ordinatum ſe fatetur a Walprando Epiſcopo *cum conſenſu Raperti & Bar-*

& Barbulae Centenariorum, vel totius Plebis congregatae. Atque hinc elucet, quinam *Centenarii* forent, videlicet minores Judices, qui Caſtellis ſeu vicis praeerant, ſubjecti Comiti ſive Praeſidi Civitatis. Oculos etiam ad ſubſcriptiones converte, ubi occurrit *ſub iſtipulatione, iſponſioneque;* A quem morem adhuc Tuſcorum Dialectus obſervat praeponendi *I.* verbis ab *S,* impuro (ut ajunt Grammatici) ideſt alterâ conſonanti conjuncto incipientibus. En alteram Chartam, ex qua etiam intelligas, jus Parochiale memoratum in minores Parochiae Eccleſias.

Urſipertus Clericus Peredeo Lucenſi Epiſcopo pollicetur rectum regimen Eccleſiae Sancti Caſſiani de Controne, Anno 772.

IN Dei nomine. Regnante Domno *noſtro* Deſiderio Rege, *& filio ejus* Domno *noſtro* Adelchis Rege, *Anno Regni eorum Sextodecimo & Quartodecimo, Pridie Nonas Septembris, per Indictionem Undecimam. Manifeſtum eſt mihi* Urſiperto Clerico *filio Wiliſridi de loco Controne, quippe qui & rogavi te venerabilem* Domnum Peredeum *in Dei nomine* Epiſcopum, *ut mihi dimiſſuriam dare juberis, qualiter ad honorem Presbiterii pervenirem ſimul, & me* Rectorem in Eccleſia beati Sancti Caſſiani in *ſupraſcripto loco* Controne ordinare juberis; *& pro tua miſericordia me audire dignatus es. Modò verò per hanc Cartulam repromittere previdio ego, qui ſupra, Urſipertus Clericus tibi venerabili Domno meo Peredeo in Dei nomine Epiſcopo, ut in omnibus obediens tibi ſecundùm Sanctos Canones eſſe debeam, ſimul & Succeſſoribus tuis, ſicut alii Sacerdotes veſtri, & neque contra vos,* neque contra Presbiterum veſtrum, quem vos in Eccleſia veſtra Sancte Julie Baptiſmale, (*) agere preſumam, neque ſine veſtra licentia, vel de ipſo Presbytero veſtro Miſſam cantare debeam in ipſa Eccleſia Sancti Caſſiani. *Et per ſingulos annos vobis & ſucceſſoribus veſtris reddere promitto duos* B *berbices bonos in Natale Sancti Gerbaſi hìc Luca. Et ſi haec omnia ſupraſcripta capitula a me adimpleta & conſervata non fuerit, ſpondeo ego, qui ſupra, Urſipertus Clericus tibi Domno meo Peredeo in Dei nomine Epiſcopo & Succeſſoribus tuis, componere auri Soledos numero quinquaginta. Et pro confirmatione Rachiprandum Clericum* C *ſcribere rogavi.*

Actum Luca.

Signum ✠ *manus Urſiperti Clerici, qui hanc Cartulam fieri rogavit.*

Signum ✠ *manus Wilifridi genitoris ejus conſentientis.*

Ego Deuſduno Presbitero rogatus ab Urſiperto Clerico in hac Cartula me teſte ſubſcribſi.

D *Ego Filippus Clericus rogatus ab Urſiperto Clerico in hanc Cartulam me teſte ſubſcripſi.*

Ego Audeprandus Clericus rogatus ab Urſiperto Clerico in hanc Cartulam me teſte ſubſcripſi.

Ego Rachiprandus Clericus poſt tradita complevi & dedi.

E Noſtris autem temporibus familiare eſt in multis Dioeceſibus, eos appellare *Archipresbyteros*, qui ab aliis *Piovani*, ſive *Plebani* dicuntur, quia Plebibus (Italice nunc *Pievi*) ſive Eccle-

(*) Notario excidit *ordinaveritis*, vel quid ſimile.

Eccleſiis Baptiſmalibus praeſunt ruri. At noris, antiquiſſimum hunc eſſe morem. In Synodo Ticinenſi habitâ circiter Annum Chriſti DCCCL. Tom. 8. Concilior. Labbeanae edition. pag. 61. Cap. 6. conſtituitur, ut Epiſcopi ſcrutentur, quam diligentiam erga plebem ſibi commiſſam Presbyteri gerant. *Oportet enim, ut Plebium Archipresbyteri curent, quatenus qui publice crimina perpetrarunt, publice poeniteant. Qui verò occulte deliquerint, illis confiteantur, quos Epiſcopi, & Plebium Archipresbyteri idoneos ad ſecretiora vulnera mentium medicos elegerint.* Infra Cap. 13. haec habentur: *Singulis Plebibus Archipresbyteros praeeſſe volumus, qui non ſolùm imperiti vulgi ſolicitudinem gerant, verùm etiam eorum Presbyterorum, qui per Minores Titulos habitant, vitam jugi circumſpectione cuſtodiant &c. Nec obtendat Epiſcopus, non egere Plebem Archipresbytero, quod ipſe eam per ſe gubernare valeat: quia etſi valde idoneus eſt, decet tamen, ut partiatur onera ſua, & ſicut ipſe matrici praeeſt, ita Archipresbyteri praeſint Plebeis* (ſive *Plebibus*) *ut in nullo titubet Eccleſiaſtica ſolicitudo.* Ex his habes, ruri fuiſſe matrices ſive primarias Parochias, *Plebis* appellatione diſtinctas, ubi Baptiſmus celebrabatur; quibus qui praeficiebantur, *Archipresbyteri* conſuevere vocari. Erant autem & aliae minores Parochiae (*minores Tituli* heic appellantur: nos nuper vidimus nuncupatas etiam fuiſſe *Capellas*) Archipresbytero ita ſubjectae, ut quoties de ibi collocando Rectore ſive Presbytero ad confeſſiones audiendas, aliaque, praeter Baptiſmum, ſacra peragenda, electio ſpectaret non ſolùm ad Epiſcopum, ſed etiam ad Archipresbyterum. Antonius Auguſtinus Canones cujuſdam anonymi Concilii evulgavit, quos Labbeus in Tomo IX. Concilior. pag. 506. ad Annum Chriſti DCCCCIV. deſcripſit. Ibi hic idem Canon paucis verbis mutatis occurrit, ut propterea locus conjecturae ſit, ſpectare eoſdem Canones ad Concilium Ticinenſe Anno, ut nuper dixi, DCCCL. habitum. Ergo uti in Cathedralibus Eccleſiis, qui Cleri princeps erant, regebantque Presbyteros eiſdem Templis addictos, *Archipresbyteri* appellati ſunt (quod munus ac nomen antiquiſſimum eſt, & occurrit in Concilio Carthaginienſi Quarto Anni CCCXCVIII.) ita quì ruri in matrice ſive Baptiſmali Eccleſia reliquis Presbyteris, ac *minoribus titulis* praeerat, Archipresbyteri appellatione frui olim coepit. Aperte in Concilio Turonenſi II. Anno DLXVII. Canone 19. memorantur *Archipresbyteri vicani*, ut alios teſtes omittam. Et ampla quidem fuit olim ejuſmodi Archipresbyterorum, ſeu Plebis Rectorum, auctoritas. Inter alia fuiſſe illis jus conſtituendi Rectores in *minoribus titulis*, ſive Parochiis Plebi ſubjectis, invenio. In Lucenſis Archiepiſcopii Chartophylacio pergamena adſervatur, ſcripta *Anno XIII. Ludovici Imperatoris, & Quarto Lotharii Auguſti ejus filii, XII. Kalendas Aprilis, Indictione IV.* ideſt Anno Chriſti DCCCXXVI. Ibi *Gumprandus Presbyter filius quondam Peritei Presbyteri* (tum heic tum alibi animadverte, quàm ſaepe in Chartis Lucenſibus occurrant *Prebyteri*, quibus pater fuit Presbyter) a Rectore Eccleſiae Baptiſmalis Sanctae Mariae de Sexto ordinatur Rector Eccleſiae Sancti Georgii de Vulſignana, cum obligatione Officii divini, Luminarium diu noctuque, & ut quotannis penſionem Rectori ejuſdem Plebis perſolvat

ſolvat *denarios XXX. & dimidium oblationum*. Neque mirere, cenſum a Plebano impoſitum minori Eccleſiae. Uti in Diſſertatione XXXVI. *de Precariis* oſtendi, cogebantur & ipſi Plebani, immo & reliqui minores Parochi, cenſum Epiſcopis reddere pro more eorum temporum, quibus Beneficia Eccleſiaſtica mercaturae legibus obnoxia evaſerant. Uti ex altera Charta Anni DCCCXLV. conſtat, *Gunthelmus Clericus ab Ambroſio Lucenſi Epiſcopo* ordinatur Rector Eccleſiae Sancti Hippolyti ſecus fluvium Arnum, & Eccleſiae Sanctae Mariae in Monte, pollicendo ſe annis ſingulis LX. Solidos argenteos eidem Praeſuli perſoluturum. At inquies: en Penſiones noſtrorum temporum. Non abnuo. At non parum diſcriminis inter has & illas intercedit. Hae inſtitutae, ut Clericis dignis & egentibus ex aliorum ubertate ſubveniretur; at illae in marſupium unius Epiſcopi confluebant. Verùm Seculis poſterioribus erepta eſt Archipresbyteris, immo & Epiſcopis tanta auctoritas atque licentia.

Supra innui, nomine *Capellarum* donatos fuiſſe *minores Titulos*, ſive Eccleſias Plebibus ſubjectas. De hujus nominis origine conjecturam ſuam mihi ſignificavit quondam Hubertus Benvoglientus Patricius Senenſis, cujus raram erga me, dum vixit, benevolentiam, nunquam ſatis depraedicare potero. *Uti enim* (ſic ille ad me ſcribebat) *Capellae, ſive Sacella, ſunt Eccleſiis, hoc eſt Templis connexae, earumque pars; ita Parochiae minores, quod Eccleſiae majoris ſive Plebis partes eſſent, Capellae videntur appellatae.* Haec ingenioſe. Attamen quae nunc Sacella in Templis *Capellae* nomine donantur, ſerius hanc

A appellationem conſequuta reor. Antiquis nempe Seculis *Cubicula* nuncupabantur, ut oſtendi in Diſſertatione VII. Tomi Primi Anecdotor. Latinor. aut *Oratoria*, ut Anaſtaſii Bibliothecarii loca quaedam fidem faciunt, aut *Monaſteria*, ut eſt apud Agnellum in Vitis Epiſcopor. Ravennat. ad Vitam Sancti Maximiani.
B Quare veri videtur ſimilius, minores Parochias ideo *Capellae* nomen fuiſſe adeptas, & *Capellanos* nuncupatos iis praefectos, quod *Capellae* appellarentur olim Aediculae ſacrae in privatorum uſum, praecipue in agris, conſtructae: iſtis verò in publicum uſum converſis praeficerentur Sacerdotes, qui ſacra ibi Populo miniſtrarent.
C In Concilio Pariſienſi Sexto, Anno DCCCXXIX. Lib. 3. Cap. *6.* haec habentur: *Admonemus, ut poſthabitis Aediculis, quas uſus inolitus Capellas appellat, Baſilicae Deo dicatae ad Miſſarum celebrationem audiendam, & Corporis & Sanguinis Dominici perceptionem ſumendam, aſſidue, devoteque adeantur.* Suberant autem ejuſmodi *Capel-*
D *lae* ſecundùm Canones Plebi, in cujus agro conditae erant. Atque haec cauſſa fuit, cur Epiſcopi petentes ſuorum jurium ac bonorum confirmationem a Romanis Pontificibus atque Imperatoribus, *Plebium* tantummodo facere ſolerent mentionem, quas etiam ſigillatim enumerandas curabant. Exempla adferam. Antiquis ſuis mo-
E numentis Eccleſia Mantuana caret; at quando potiora illius Privilegia ſervavit nobis Eſtenſis Bibliotheca in Collectaneis MStis Peregrini Priſciani, ea identidem proferre me poſſe gaudeo. Itaque duo Praecepta ad eamdem Eccleſiam ſpectantia heic accipe, in quibus Plebes ei ſuppoſitas recenſitas videbis.

Confirmatio Privilegiorum & jurium Mantuanae Eccleſiae facta ab Henrico III. Germaniae & Italiae Rege, Anno 1045.

IN *nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Henricus *divina favente clementia* Rex. *Si in ſacratis omnipotenti Deo locis a quibuslibet deſolatis recuperationis augmentum pio favore largimur, id nobis & ad Imperii noſtri ſtabilimentum atque ad aeternae remunerationis emolumentum credimus profuturum. Quapropter omnium Sanctae Dei Eccleſiae, noſtrorumque fidelium, praeſentium ſcilicet ac futurorum noverit univerſitas, quod* Marcianus *ſanctae* Mantuanae Sedis Epiſcopus, *noſtram adiit clementiam poſtulans, ut pro Dei amore, noſtraeque animae remedio, ad confirmationem vel reſtaurationem omnium ſuorum bonorum, noſtrae auctoritatis Praeceptum ſuae Eccleſiae concedere dignaremur. Cujus precibus inclinati, per interventum quoque* Herimanni *noſtri dilectiſſimi* Archiepiſcopi *&* Archicancellarii, *&* Brunonis *noſtri amantiſſimi* Epiſcopi, *libenter acquieſcentes: & quoniam dignum eſt, ne res Eccleſiarum Dei a quibuslibet depraedentur, ut ab earum ditione, quod nequam eſt, auferantur, decrevimus eidem Mantuano Epiſcopatui omnes res, quas modò de donis Regum ſeu Imperatorum Praedeceſſorum noſtrorum, vel alio quolibet modò tenet, vel quas ſine lege poteſtative, vel cum virtute perditas habere videtur. Videlicet Monaſterium, quod factum eſt in honore Sanctorum Memoris, Probi, & Ruffini, cum omnibus ſuis adjacentiis, ſcilicet cum aqua, quae dicitur Mulinelles, cum ſuis decurſibus de illo loco, unde eadem aqua originem ſumit, uſque in Mincii amnem, & ex utraque lectuli parte duodecim pedes, cum omnibus per-*

A *tinentiis ejuſdem Monaſterii, cum Curtibus etiam in* Veronenſi, Vicentino, Mantuano, Briſiano, Placentino, Mutinenſi, *atque* Cremonenſi Comitatibus *ſitis, quae ita nominantur, Bagniolo, Colonia, & in circuitu fluminis, quod dicitur Capud Alponis, Puliana, Alonte, Leonigo, atque Sablone; ſeu in Gardinenſi Judiciaria, cum* B *ſervis & ancillis ibidem pertinentibus, & omnes alias res ejuſdem Monaſterii, quae ſunt in praedictis Comitatibus, vel infra noſtrum Ytalicum Regnum, ſeu quas ceterorum hominum conceſſionibus, traditionibus, offenſionibus, comparationibus, commutationibus, libellorum quoque vel qualicumque legalium Cartarum conſcriptionibus, ſeu pheothe-* C *cariis vel emphiteoſi ipſe ſanctus Locus obtinuit. Confirmamus itaque ſibi* Plebem Mantuanae Civitatis *cum* Plebe Saſſelli, *quae eſt in Porto*, Plebem de Suave, Plebem Mauri, Plebem Sancti Metri, Plebem de Octavo, Plebem de Riverſo, Plebem de Goti, de Volta, de Bonago, de Corte de Cauriana, de Galziago, de Guſſe- D nago, de Capite Tartari, de Margareja, de Ludolo, *quae eſt in Scorzarolio*, de Turiſelle, de Saviola, de Caſtellione Mantuano, de Boneficio, de Bigarello, de Sancto Georgio de Ponterioli, de Barbaſio, de Cariſedolo, de Sancto Caſſiano, de Sancto Martino, *de Caſale Barbaſi*, de Sancto Laurentio *in Caſale*, de Guber- E nale, de Septingenti, de Sermite, de Sancta Maria de Baniolo, de Caſtellucchio, de Campedello, de Radaldeſcho: *itemque* Plebem in Flumine novo, Plebem de Pletule, cum omni-

omnibus aliis Plebibus & Capellis, *cum terris cultis & incultis, cum ſilvis & venationibus, Decimis, ſeu Curtibus, Manſis etiam veſtitis atque abſentibus, campis, pratis, paſcuis, & cum omnibus Inſulis, quae ſunt in Flumine Padi, de Zara uſque in Burana, & uſque in Vizanum, ſicut Padus antiquitus decurrebat: cum piſcationibus, caretis, paludibus, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, ripis, omnia omnino in integrum quaecumque dici vel nominari poſſint, unde eadem Sancta Mantuanenſis Eccleſia inveſtita fuiſſe dignoſcitur, quocumque ordine vel qualibet legitima auctoritate. Inſuper renovamus ſcriptum Sancti Caſſiani Abbatiae, a Paganis devaſtatae, per hos fines terminatae, de Agritia Majore uſque in viam, quae vulgo dicitur Viſcovilis, uſque in Agritiam Minorem; inde decurrit terminatio uſque in Verenſcula; inde derivatur per foſſas Paluti in Lacum Mantuae, inde Fiſſaro, & per Fiſſarum uſque in Agritiam Majorem, ubi terminationis exordium ſumſit, cum omnibus pertinentiis & adjacentiis, quae ad ipſam Abbatiam pertinere videntur, quatenus idem Martianus Praeſul, ejuſque Succeſſores haec omnia ad utilitatem ſui Epiſcopii abſque alicujus impedimento & contradictionis moleſtia perpetualiter valeant poſſidere. Verùm etiam confirmamus eidem Eccleſiae omne teloneum, ripas, & ripaticum, & fixuras palorum ripae Mantuanae Civitatis & Porti, & totam publicam functionem, atque Inſulam Reveris & Curtem Regalem, necnon & Inſulam, quae dicitur Suzaria &c.* (*)

Signum (✠) *Domni Henrici Tertii Regis invictiſſimi.*

Adelberius Cancellarius vice Herimanni Archicancellarii recognovi.

Data Anno Dominicae Incarnationis MXLV. Indictione XIII. Anno verò Domni Henrici Tertii Ordinationis ejus XV. Regnantis verò VI.

Actum Auguſta, feliciter. Amen.

Quum verò Anno MLV. Henricus idem Mantuae verſaretur, defuncto jam Epiſcopo Conone Marciani Succeſſore, curavit Clerus, ut eidem Eccleſiae Privilegia confirmarentur. Quod & impetrarunt, uti ſubſequens Diploma oſtendet, in quo *Plebes* enumerantur ad *Plebem*, id eſt Dioeceſim *Mantuanam*, pertinentes.

Henricus Rex III. Imperator II. Eccleſiae Mantuanae omnia illius jura ac Privilegia firmat, Anno 1055.

I*N nomine Sanctae & individuae Trinitatis.* Henricus *divina favente clementia* Romanorum Imperator Auguſtus. *Si illis, qui ad loca ſacra deſtinati divinis officiis inſerviunt, noſtrae Imperialis munificentiae benevolentiam in ſuis petitionibus clementer ac benigne demonſtramus, a Deo omnium rerum inſpectore meritam & condignam retributionem nos recipere ſperamus. Unde omnium ſanctae Dei Eccleſiae noſtrorumque fidelium tam futurorum quam praeſentium diligens induſtria noverit, qualiter pro remedio animae noſtrae, & ob interventum* Conjugis noſtrae *dilectiſſimae* Imperatricis Agnetis, *necnon propter incrementum* Filii noſtri *cariſſimi* Henrici Quarti Regis, *Mantuano*

(*) Habes reliqua in Privilegio Ottonis Tertii, An. Ch. DCCCCXCVII. in hoc ipſo Opere alibi evulgato.

tuano *Epiſcopo* Plebem Mantuanae Civitatis *cum Canonicis & omnibus Clericis ejuſdem Civitatis*, Plebem Saſſelli, *quae eſt in Portu, cum decimis & omnibus Clericis ejuſdem Caſtri*, Plebem de Suane, Plebem Mauri, Plebem Sancti Metri, Plebem de Octavo, Plebem de Riverſo, Plebem de Goiti, de Volta, de Lonigo, de Capriana, de Galcacho, de Griſenago, de Capite Tartari, de Marcaregia, de Ludolo, *quae eſt in Scorzarolo*, de Marmirolo, de Caſtellione Mantuano, de Boneficio, de Bigarello, de Sancto Georgio, de Pontariolo, de Burbaſſio, de Gaſſatulo, de Sancto Caſſiano, de Sancto Martino in Caſale Barbato, de Sancto Laurentio in Caſale, de Gubernulo, de Settingenti, de Sermado, de Sancta Maria de Bagniolo, de Caſtelluclo, de Campitello, de Radaldiſco, de Curte Attonis, Plebem in Flumine novo, Plebem de Pletule, cum omnibus aliis Plebibus & Capellis ad ſupraſcriptam Plebem Mantuanae Civitatis pertinentibus, *& cum omnibus Clericis totius Epiſcopatus, & decimis confirmamus & damus, ita ut ab omni Reipublicae functione ſint abſoluti. Nihil ab eis quiſquam publicus Miniſter exigat, ut ſecurius ac diligentius divinum Officium perficere poſſint. Praecipimus etiam, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, nullaque noſtri Regni magna vel parva perſona de rebus omnium ſupradictarum Eccleſiarum placitum tenere, neque in domibus Clericorum vel Laicorum ſuorum aliquod manſionaticum poteſtative tollere, aut fodrum vel aliquod tributum, neque homines ejus Clericos vel Laicos, Liberos, commendatitios, libellarios, & cartulatos, vel ſuper terras ipſius Eccleſiae reſidentes, neque ſervos vel ancillas ad Placitum ducere, nec pignorare, aut moleſtare, aut flagellare praeſumat, vel de omnibus rebus omnium Clericorum totius Mantuani Epiſcopatus, vel ſuper terras ipſius reſidentium, aut de omnibus Eccleſiis totius Epiſcopatus aliquo ingenio ſe intromittere audeat; ſed omnia integre in poteſtate Epiſcopi permaneant. Inſuper per hoc noſtrum Praeceptum confirmamus & corroboramus ſibi Curtem de Volta cum Caſtro, &* Capella, *& omnibus pertinentiis ejuſdem Caſtri. Si quis hoc violaverit, centum Libras auri optimi componet, medietatem Camerae noſtrae, & medietatem praedicto Epiſcopo. Quod ut verius credatur, hanc Cartam inde conſcriptam, manu propria corroborantes, Sigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.*

Signum (✠) Domni Henrici Tertii Regis & Imperatoris Secundi.

Guntherus vice Herimanni Archicancellarii recognovi.

Data XIII. Kalendas Novembris Anno Dominicae Incarnationis MLV. Indictione VIII. Anno autem Domni Henrici Regis Tertii, Imperatoris autem Secundi, Ordinationis ejus XXVII. Regni quidem XVII. Imperii verò IX.

Actum Mantuae in Regio Palatio in Dei nomine feliciter. Amen.

In ambobus hiſce Diplomatis dinumeratas vides regimini Mantuani Antiſtitis Plebes omnes ſubjectas. Id ſatis erat; nam qui *Plebes* confirmabat, Eccleſias quoque eiſdem Plebibus ſubjunctas confirmaſſe intelligebatur. Quanquam de iſtis aliqua heic eſt mentio in iis verbis, *cum omnibus aliis Plebibus, & Capellis*. Contra de his ipſis *Capellis* commemoratio aliqua occurrit in Bulla Eugenii III. Papae, quam e Tabulario Capituli Canonicorum Regienſium deſcripſi.


Eugenii

Eugenii III. Summi Pontificis Bulla, qua Epiſcopo & Eccleſiae Regienſi omnia illius jura ac Privilegia confirmat, circiter Annum 1146.


EUgenius Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri* Alberoni Regino Epiſcopo, *ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Pia poſtulatio effectu debet proſequente compleri, ut & ſinceritas devotionis laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter, venerabilis frater Albero Epiſcope tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Reginam Eccleſiam, cui Deo auctore preeſſe dignoſceris, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti Privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona in preſentiarum juſte & canonice poſſides, aut in futurum rationabilibus modis Deo propitio poteris adipiſci, firma tibi, tuiſque Succeſſoribus, & per vos eidem Eccleſie illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Monaſterium Sancti Proſperi: Canonicam Sancti Geminiani:* Capellam Sancti Stephani, & ceteras Capellas ejuſdem Civitatis: *Monaſterium Sancti Thomae: Monaſterium Sancti Raphaëlis:* Plebem de Mirotio: Capellam Sancti Jacobi de Inſula de Bibio, cum aliis Capellis ejuſdem Plebis: Plebem de Thoano: Capellam Hoſpitalis de Ponte de Cavella, *cum ſuis poſſeſſionibus, &* aliis Capellis ejuſdem Plebis: Plebem Sancti Vitalis cum Capellis ſuis, *& omnibus ad eam jure pertinentibus:* Plebem de Campioli: Capellam Sancti Venancii de Buffina: Capellam de Valveſneria: Capellam de Sancto Vito, cum aliis Capellis ejuſdem Plebis:

A Plebem de Bayſio, cum ſuis Capellis: Plebem de Caſtro Ariano, cum ſuis Capellis: Plebem Sancti Eleucadii, cum ſuis Capellis: Plebem de Albineto, cum ſuis Capellis: Plebem de Polianello, cum ſuis Capellis: Plebem de Lezulo cum ſuis Capellis: Plebem de Caviliano: Capellam de Fano: Capellam Cirezula: B Capellam Sancti Proſperi de Graxiano, cum aliis Capellis ejuſdem Plebis: Plebem de Bibiano: Capellas de Bibianello cum aliis Capellis ejuſdem Plebis: Plebem de Mutilena: Capellas de Curviaco: Plebem de Rivalta: Plebem de Foliano: Plebem de Cereto: Plebem de Banio: Plebem Herberie: Plebem de Prato, cum C Capella Sancti Martini de Rivo, & aliis ſuis Capellis: Plebem de Bagnolo: Plebem de Camporotondo cum Capella de Corrigia &c. Plebem de Curte Nova: Plebem de Nuvelaria: *Eccleſiam de Campagnola:* Plebem de Fabrica, cum Capella de Razolo: Plebem Sanctae Mariae de Novis: *Eccleſiam de Gargatella:* Plebem de D Sancto Stephano, cum Capella Sancti Poſſidonii &c. Plebem de Quarantula: Plebem Sancti Martini in Spina, cum Capellis de Gavello, & de Maneronta: Plebem de Ceriano, cum Capella de Mulla: *Eccleſiam de Gonzagha:* Plebem de Villula: Plebem de Pigugnaca: Plebem de Bondeno de Runculis: Plebem de Bon- E deno Arduini: Plebem de Suzaria: *Eccleſiam de Lettobenano: Eccleſiam de Poliſino: Eccleſiam de Cizola:* Plebem de Luzaria, cum Capella de Satta, & aliis

& aliis ſuis Capellis: Plebem de Guardeſtalla, cum ſuis Capellis: Monaſterium de Marola: Monaſterium de Canuſio. *Preſentis quoque decreti auctoritate ſancimus, ut univerſi Regini Epiſcopatus fines quieti deinceps omnino & integri tam tibi quàm tuis Succeſſoribus conſerventur. Predeceſſoris quoque noſtri bone memorie* Urbani Epiſcopi *veſtigiis inherentes ſancimus*, ut in Parochialibus Eccleſiis, quas te- (A) nent Monachi in tuo Epiſcopatu, veſtro aſſenſu Presbyteros collocent, qui ſi ydonei fuerint, a vobis animarum curam ſuſcipiant, & de Plebibus quidem coram vobis rationem reddant: *Monachis verò pro rebus temporalibus debitam ſubjectionem exhibeant, ſalvâ in omnibus Apoſtolicae Sedis auctoritate. Si quis igitur in futurum Eccleſiaſtica &c.* (B)



Ego Eugenius Catholice Eccleſie Epiſcopus *ſubſcripſi*.



Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Gregorius Presbyter Cardinalis titulo Caliſti ſubſcripſi.
Ego Guido Presbiter Cardinalis titulo Sanctorum Laurentii & Damaſi ſubſcripſi.
Ego Albertus Presbiter Cardinalis titulo Sancte Anaſtaſie ſubſcripſi.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii & Bacchi ſubſcripſi.
Ego Petrus Diaconus Cardinalis Sanctae Mariae in Porticu ſubſcripſi.
Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Sancti Angeli ſubſcripſi.
Ego Cinthius Diaconus Cardinalis Sancte Romane Eccleſie ſubſcripſi.

Eſt mihi & altera Bulla, quam ex Senenſibus membranis eduxit, & ad me miſit Hubertus Benvoglientus. Ibi referuntur *Plebes* quaelibet Cluſino Epiſcopo ſubjectae: tum quaedam (C) *Capellae*, ſed non omnes, uti legenti patebit. Et ſane olim latius excurrebat Cluſini Epiſcopi Dioeceſis, quam variis temporibus Romani Pontifices attenuarunt.

Coele-

Coeleſtini Papae III. Bulla, qua Theobaldo Epiſcopo Cluſino, ejuſque Eccleſiae, omnia bona, & jura confirmat, Anno 1191.


CEleſtinus Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei*, *dilecto fratri noſtro* Theobaldo Epiſcopo Cluſino *ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Miſerati inopiam commiſſae tibi Eccleſiae Cluſinae & Predeceſſorum noſtrorum felicis memoriae* Honorii, Eugenii, Anaſtaſii, & Adriani Romanorum Pontifi cum *veſtigiis inhaerentes, Eccleſiam ipſam, cui adjutore Domino praeſides, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, ut Clericos ordines, quaſcumque poſſeſſiones & bona in praeſentiarum tua Eccleſia poſſidet, aut in futurum poſſidebit, firma tibi tuiſque Succeſſoribus & illibata permaneant. In primis Cathedralem Eccleſiam Sancti Secundiani, & Eccleſiam Sanctae Muſtiolae, Hoſpitale Sancti Herenei*, Plebem Sanctae Mariae de Balneo; Plebem Sancti Donati de Radicofano; Plebem Sancti Johannis de Queneto; Plebem Sanctae Mariae de Spino, cum Cappella Sancti Johannis, *& maſſaritiis;* Plebem Sancti Martini de Fabrica, *cum omnibus ſuis pertinentiis;* Plebem Sancti Johannis de Pupille; Plebem Sancti Donati; Plebem Sancti Martini, cum Cappella Sancti Quirici de Caſtello Algiſi; Plebem Sancti Eleutherii; Plebem Sanctae Mariae de Peretulo; Plebem Sanctae Mariae de Runcano; Plebem Sancti Donati; Plebem Sancti Cervaſii; Plebem Sancti Severi de Verlano; Plebem Sancti Terentiani de Materno; Plebem Sanctae Mariae de Figline, cum Cappellis ſuis; Plebem Sancti Caeſarii; Plebem Sanctorum Coſmae & Damiani; Plebem Sancti Silveſtri; Plebem Sancti Victorini cum Cappella Sancti Martini; Plebem Sancti Philippi; *Heremum de Vivo;* Plebem Sanctae Florae, *cum omnibus ſuis pertinentiis;* Plebem Sancti Petri de Auliano cum Cappella de Lugnole: *Et quicquid habetis in Eccleſia Sancti Leonardi de Caſtello de Plano:* Plebem Sanctae Mariae de Muſcia, cum Cappella de Caſtellione Ugonis; Plebem Sancti Laurentii. *Curtes etiam ejuſdem Epiſcopii, videlicet Curtem Sanctae Florae de Noceto, Curtem de Bugnano, cum Caſtello de Potentino & Turre ſua, ſita ſuper flumen Vivo, Curtem Sancti Clementis;* Cappellam Sancti Pauli de Moterlo, & Plebem Sancti Anſani; *Curtem de Montealtulo, Curtem de Capitino, & de Lojano, & Corvaja, cum* Cappella ſua: *Montem de Torino; Curtem de Bruſcaja, cum Caſtello Ceculo; Curtem de Raſarone, cum* Cappella Sancti Adriani: *Monaſterium Sancti Petri in Campo; Curtem Sancti Angeli de Cervinaja;* Plebem Sancti Mamiliani in Cignano, *cum ſuis pertinentiis: Curtem Sancti Quirici de Pulſignano;* Cappellam Sancti Pauli; *Curtem de Puteolo, cum* Cappella Sancti Petri; *Curtem de Caſa Majore*, cum Cappella; *Curtem Sancti Salvatoris; Curtem de Caliano; Curtem de Mugnano: Monaſterium Sancti Benedicti, ſitum juxta fluvium Treſiani; Eccleſiam Sancti Pauli de Materno; Eccleſiam Sancti Andreae de Fracta:* Cappellam Sancti Angeli de Rivo: Cappellam Sancti Criſanti *& Tavernelle cum Roſo: Eccleſiam Sanctae Honoratae, cum omnibus ſuis pertinentiis: Curtem de Petrognano: Montem Veneris: Curtem de*

Raſi-

Raſpiſta: Curtem de Campilli, Curtem Sancti Johannis de Terninano, Curtem de Valcalla, Curtem de Martiniano, Curtem de Reſignano, Curtem de Fabrica: Cappellam Sanctae Mariae de Flojano: *Eccleſiam Sanctae Mariae de Fortunula: Curtem de Tilliano, Curtem de Piſtulla, Curtem de Valliano: Caſtellum de Carriolo, cum tota Curte ſua;* Cappellam Sancti Juſti, *cum pertinentiis ſuis: Curtem de Cignano: Eccleſiam Sancti Petri, Eccleſiam Sancti Laurentii; Montem Luculi; Quartam partem Caſtelli de Aſciano ex teſtamento* Comitis Manentis: *Caſtellum de Montolla, cum toto diſtrictu ſuo, & medietatem omnium eorum, quae habuit a Serra de Sarthiano uſque ad flumen Clanii, excepto eo, quod habuit in Colle Franculi. Praeterea Eccleſiam Sancti Petri, Eccleſiam Sancti Silveſtri, Eccleſiam Sancti Pantaleonis,* Cappellam Sancti Dominici, *Eccleſiam Sancti Savini, Eccleſiam Sancti Johannis de Guerneto, Eccleſiam Sancti Hilarii, cum omnibus ſuis pertinentiis; Curtem de Murelle cum omnibus pertinentiis ſuis. Inſuper etiam Piſcarias, quas habetis in Portu de Caſali, in Plano de Lignallia, in Vena de Arrone, & circa Pontem Clanis ſuperius & inferius, in Ulma & in Velatu. Decernimus ergo, ut nullus Archiepiſcopus in praedicta Parochia abſque Cluſini Epiſcopi licentia Eccleſias conſecrare, Chriſma conficere, Clericos ordinare, aut publicam poenitentiam dare praeſumat. Nullus etiam Epiſcopale jus Cluſini Epiſcopatus, quartam videlicet partem Decimarum & Oblationum tam vivorum quàm mortuorum, & alia, quae ſecundùm ſtatuta ſacrorum Canonum ei debentur, irrationabiliter audeat impedire, vel ipſam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quomodolibet moleſtiis fatigare; ſed omnia integra conſerventur tam Clericorum, quàm Pauperum uſibus profutura: ſalvâ Sedis Apoſtolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Seculariſve perſona &c.*



Ego Celeſtinus Catholicae Eccleſiae Epiſcopus *ſubſcripſi*.



Ego Pandulfus Baſilicae XII. Apoſtolorum Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Melior Sanctorum Johannis & Pauli Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Johannes Titulo Sancti Clementis Cardinalis, Tuſculanus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Hugo Presbyter Cardinalis Sancti M...... titulo Equitii, ſubſcripſi.

Ego

Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Octavianus Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Johannes Praeneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Gratianus Sanctorum Coſmae & Damiani Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Joffredus Sanctae Mariae in Vialata Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Bernardus Sanctae Mariae Novae Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Egidii Sancti Nicolai in Carcere Tulliano VI. Kalendas Januarii, Indictione XI. Incarnationis Dominicae Anno MCXCI. Pontificatus verò Domni Celeſtini Papae III. Anno Primo.

Ex his Ughellium corrige, qui Tom. 3. Italiae Sacrae, inter (*) Clericos Epiſcopos ad Annum MCC. commemorat *Gualfredum*; tum ait *Theobaldum* floruiſſe Anno MCCXX. Praeeunte hac Bullà ediſcimus, Theobaldum Cluſinum Epiſcopum ſediſſe Anno MCXCI. Quum verò Plebani ab Apoſtolica Sede Bullas patrocinii ac tutelae impetrabant, tunc ſtudioſe curabant, ut ſingulae ſuppoſitae Eccleſiae, ſive Cappellae, recenſerentur.

A Moris hujus exemplum exhibeo ex Hiſtoria MSta Garfagnanae Provinciae, quae ultra Apenninum Mutinenſium Sereniſſimorum Ducum imperio ſubeſt in Lucenſium finibus. Ibi antiquiſſima eſt *Plebs Foſciana*, multaſque adhuc ſub ſe Eccleſias habet, plures tamen vetuſtis Seculis habuit. Quae autem illae forent olim, B ex literis nunc mihi edendis agnoſces.

Bulla Alexandri III. Papae, confirmantis Plebano de Foſciano ſingulas Eccleſias ſuae Plebi ſubjectas, Anno 1168.

ALexander Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilecto filio* Jacobo Plebano *Sanctorum Hippolyti & Caſſiani, Sancti Joannis Baptiſte* de Foſciano, *ejuſque Succeſſoribus canonice in perpetuum ſubſtituendis. Pia poſtulatio voluntatis effectu debet proſequendo compleri, ut fidelis devotio laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter, dilecte in Domino, tuis juſtis poſtulationibus libenter annuimus, & prefatam Eccleſiam, cui auctore Deo preeſſe dignoſceris, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcepimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut* C *quaſcumque poſſeſſiones, quaecumque bona, quae eadem Eccleſia in preſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum Pontificum largitione, Regum, vel Principum oblatione, vel aliorum Dei fidelium, ſeu aliis juſtis modis, praeſtante Domino, poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. in quibus haec propriis* D *duximus exprimenda vocabulis. Terras omnes, & homines, quos habet prenominata Eccleſia in Villa de Baſilica, & in Caſtro de Foſciano, & in eorum confiniis; & quidquid de jure in Villa*

(*) Lege *Cluſinos*.

de Fabrio, & de Marcione, & in Monte de Silico, & in Curte de Socrajo poſſidet. Eccleſiam Sancti Georgii juxta memoratam Eccleſiam de Campo Foſcianenſe; *Sanctae Mariae Cappellam* de Foſciana; *Eccleſiam Sancti Petri, Eccleſiam Sancti Michaëlis* de Caſtilione; *Eccleſiam Sancti Quirici* de Fabrio; *Eccleſiam Sancti Martini* de Montepigulo; *Eccleſiam Sancti Jacobi* de Verucola; *Eccleſiam Sancti Bartholomei* de Cloja; Hoſpitale Sancti Peregrini *de Alpibus; & Hoſpitale* Sanctae Mariae de Alpe; *Eccleſiam Sancti Michaëlis* de Saxorubeo; *Eccleſiam Sancti Sixti* de Villa; *Eccleſiam Sanctae Mariae* de Maniano; *Eccleſiam Sancti Laurentii* de Corfino; *Eccleſiam Sancti Martini* de Sericagnana; *Eccleſiam Sancti Laurentii, Eccleſiam Sancti Pantaleonis* de Bacciano; *Eccleſiam Sancte Felicite* de Pontequoſi; *Eccleſiam Sancti Reguli, & Eccleſiam Sancti Laurentii, & Eccleſiam Sancti Jacobi* de Monteſerico; *Eccleſiam Sancti Andree, & Eccleſiam Sancte Marie* de Milano; *Eccleſiam Sancti Martini* de Paleroſo; *Eccleſiam Sancti Michaëlis* de Perporo; *Eccleſiam Sancti Petri* de Fiattono; *Eccleſiam Sancti Jacobi* de Montealtiſſimo; *Eccleſiam Sancti Frediani* de Saxo; *Eccleſiam Sancti Petri* de Caſtronovo; *Eccleſiam Sancte Marie* de Campocaſtellano; *Eccleſiam Sancti Nicolai, & Eccleſiam Sancti Juſti* de Calabaroti; *Eccleſiam Sancti Pantaleonis* de Monte; *Eccleſiam Sancti Proſperi* de Antiſorano; *Eccleſiam Sancti Donati* de Rontano; *Eccleſiam Sancti Michaëlis* de Colle; *Eccleſiam Sancti Bartholomei* de Graniano; *Eccleſiam Sanctorum Philippi & Jacobi* de Filicaja; *Eccleſiam Sancte Marie* de Rotano; *& Sancti Nicolai* de Silicano. *Ad haec ſtatuimus, & auctoritate Apoſtolica prohibemus, ut nec Epiſcopo,*

A *qui pro tempore fuerit, nec Canonicis Lucanis liceat, tibi &* Plebi tue, *onera & gravamina importabilia imponere, aut novas vel indebitas exactiones ſuper vos aliquatenus exercere. Decernimus ergo, ut nulli hominum omnium liceat prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare, ſed omnia*

B *illibata & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalvâ Sedis Apoſtolicae auctoritate, & Epiſcopi Dioeceſani canonicâ juſtitiâ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, Seculariſve perſona, hanc noſtre Conſtitutionis paginam ſciens, con-*

C *tra eam temere venire tentaverit, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & ſacratiſſimo Corpore & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubja-*

D *ceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus ex hoc fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem premia eterna pacis inveniant. Amen. Amen.*

Ego Alexander Catholicae Sedis Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ego Bernardus Portuenſis Sancte Ruf-

E *fine Epiſcopus ſubſcripſi.*

Ego Conradus Magontinus Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis titulo Sancte Crucis ſubſcripſi.

Ego Johannes Presbyter Cardinalis titulo Sancti Anaſtaſii ſubſcripſi.

Ego Albertus Presbyter Cardinalis titulo Sancti Laurentii in Lucina ſubſcripſi.

Ego

Ego Petrus Presbyter Cardinalis titulo Sancti Laurentii in Damaſo ſubſcripſi.

Ego Johannes Presbyter Cardinalis titulo Sancti Marci ſubſcripſi.

Ego Teodorus Presbyter Cardinalis Sancti Vitalis ſubſcripſi.

Ego Andreas Diaconus Cardinalis Sancti Theodori ſubſcripſi.

Ego Ugo Diaconus Cardinalis Sancti Euſtacbii juxta Templum Agrippe ſubſcripſi.

Datum Beneventi, per manus Gratiani Sancte Romane Eccleſie Subdiaconi & Notarii, X. Kalendas Januarii, Indictione Prima, Incarnationis Dominice Anno MCLXVIII. Pontificatus vero Domni Alexandri Pape Tertii Anno Decimo.

A Atque heic exercere non incongruum puto exemplum perquam rarum in Eccleſiaſtica Diſciplina, hoc eſt, quid egerit *Immo, qui & Irmenfredus* (non *Haymus*, ut Ughellius ſcripſit) *Epiſcopus Arretinus*, quum a regimine ſuae Eccleſiae illum averteret ſeneſcentis corporis nimia aegritudo. Chartam ad eum ſpectantem miſit ad B me praelaudatus olim Hubertus Benvoglientus. In ea obvium habebis *Albizonem Eremitam Camaldulenſem*, nempe illum ipſum ſumme pium virum, Sancto Petro Damiani comitem & cariſſimum, ut ejus Opera teſtantur, & quem Cl. V. Guido Grandius Abbas, Ordinis Camaldulenſis inſigne nunc ornamentum, commemo- C ravit in Diſſertatione Camaldulenſ. IV. num. V.

Immo, qui & Irmenfredus, Epiſcopus Arretinus Dioeceſim ſuam prae corporis aegritudine adminiſtrare non valens, eam in quatuor partes diſtributam, quatuor prudentibus viris Eccleſiaſticis regendam committit, circiter Annum 1045.

IN *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Immo, qui & Irmenfredus, Aretinus Epiſcopus. *Notum ſit omnibus Dei fidelibus, quia ex quo Preſulatus ſancte Aretine Eccleſie mihi conceſſus eſt, ſemper maxima cura fuit, Eccleſias noſtri Epiſcopii protegere & ſublimare, & Populum mihi commiſſum pie regere & benedicere. Sed nunc in firmitate & dolore pedum, qui me valde opprimit, non valeo perficere, quod volo, maxime quia Viventius Archidiaconus, qui mihi erat quaſi brachium dexterum, defunctus eſt. Ideo ſolus non poſſum ferre onus Sancte Eccleſie. Propter hoc accerſivi* Petrum Prepoſitum .... Canonice, *virum prudentem, &* Domnum Rodulfum Abbatem de Monaſterio Sancte Flore, *&* Teuzo- D nem Abbatem de Monaſterio Sancti Martini *ſito al Pino, &* Albizonem Heremitam Camaldulenſem, *& plures alios Clericos, & aliquantos Capitaneos de noſtro Comitatu, ſcilicet Ungarum filium Radulfi, & Griſonem filium Ildibrandi, & Ubaldum filium Ildizonis, & alios plures. Dixi ad illos:* Fratres & filioli mei, date mihi conſilium, E quid mihi faciendum ſit de Plebibus & Eccleſiis noſtri Epiſcopii, quia ſolus, ſicut predixi, non poſſum totum onus portare. *Tunc illi omnes inito conſilio dixerunt:* Domne Pater, non poſſumus tibi dare melius conſilium, quàm quod Jethro dedit cognato ſuo Moyſi. Partite onus, & committite curam Eccleſiarum melioribus & ſapientioribus Eccleſie, ut

& ipſi dijudicent....... ante faciem veſtram preſentent, ut divinum onus levius portetis....... *Epiſcopus accerſito conſilio commiſit unam partem* de Plebibus *Gerardo Primicerio & Archipresbytero; aliam partem Lodoyco.....; tertiam verò partem commiſit Marinetrico..... Presbitero; quartam denique partem commiſit. Scilicet* Plebes omnes, *que..... commiſit* Domno Petroni Prepoſito Canonice....... *Eccleſie, & omnibus Succeſſoribus Prepoſitis ejus, videlicet* Plebem Sancti Marc........ *lo, Sancti Felicis* in Brolio; *Sancte Marie* in Pa.......... *Sancti Viti* in Verſure; *Sancti Johannis* in Veſcona; *quam* Domnus Teudaldus Epiſcopus *in antea nobis inter alia bona in ſuo Privilegio conceſſit; Sancte Agathe* in Sciſciano, *que antea vocabatur Sancti Ypoliti; Sancti Victoris* in Rapolano; *Sancti Andreae* in Malcino; *Sancti Stefani* in Cinano; *Sancti Petri* in Miſole; *Sancti Conſtantii, Sancti Valentini, Sancti Donati* in Bibiano; *Sancte Marie* in Monte Policiano; *Sancte Marie* in Coſona; *Sancte Marie* in Pava; *Sancte Marie* in Saltu; *Sancte Marie* in Sexta; *Sancte Reſtitute, Sancti Viti* in Curſignano; *Sancti Quirici* in Oſenna; *quam anteceſſor noſter* Domnus Albertus Epiſcopus *cum omnibus aliis bonis nobis conceſſit, & in ſuo Privilegio confirmavit. Has omnes* Plebes cum Cappellis ſuis *conceſſit & commiſit per Privilegii paginam, ſicut ſupra dictum eſt, Petroni Prepoſito, & Succeſſoribus ſuis, ut ſemper habeant & teneant & cuſtodiant, & per ſe, & per Canonicos ſuos, ut Deus & Sanctus Donatus retribuat illis mercedem. Si quis igitur noſtri Privilegii atque ſanctionis modernis ſive temporibus futuris temerarius violator extiterit, ſi ad quindecim dierum ſpatium non emendaverit, quicumque fuerit, ſit*

A *maledictus a Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto, etiam in Cena Domini.... fugiat in...... Quod ſi nos...... aut aliquis ex Succeſſoribus noſtris..... noſtre pagine...... conſervaverit, centum Libras auri optimi....... Canonicis, eorumque Succeſſoribus perſolvere.... itum, ut omnibus fidelibus Chriſtianis certius fiducialius..... Succeſſoribus noſtris Coëpiſcopis in poſterum &* B *inviolabilius obſervetur, manu noſtra propria ſubſcribendo corroboravimus, & ad extremum noſtri Sigilli impreſſione..... Sancti Donati figurati funditus certificandum inſigniri curavimus.*

Ego Immo, qui & Irmenfredus, *ſancte Aretine Sedis proviſor humillimus, in hujus Privilegio, ſpontaneâ* C *mente facto, manu propria voluntarie ſubſcripſi.*

Petrus Prepoſitus Sedis & Preceptor hujus Privilegii propria manu ſubſcripſi.

Ego Teuzo Vicedominus ſubſcripſi.

Ego Rainerius Presbiter laudando ſubſcripſi.

Ego Sigizo Major Scole laudando ſubſcripſi.

D *Ego Cuſo Diaconus ſubſcripſi.*

Ego Rentius Presbiter ſubſcripſi.

Ego Ludovicus Clericus ſubſcripſi.

Ego Ildebrandus........

Animadverte verba illa: *Has omnes Plebes cum Cappellis ſuis &c.* Nihil opus fuit, recenſitis *Plebibus*, hoc eſt, matricibus Eccleſiis, reliquas Ca-E pellas, ſive minores Eccleſias Plebibus ſubjunctas referre. Ita Poppo Patriarcha Aquilejenſis Tom. V. Ital. Sacr. Anno MXXXI. Sacerdotibus ſuis quaſdam Villas ſigillatim enumeratas dono dedit, itemque eorum *Eccleſias Baptiſmales, cum Capellis ſibi pertinentibus.* Hanc formulam dicendi familiarem videas in antiquis Bullis ac Diplomatis. Ceterum varia fuit Eccleſiarum

A cleſiarum diſciplina in Civitatibus, quod eſt ad Parochos. Alicubi enim intra ipſas Urbes, uti nunc in pluribus videmus, praeter Cathedralem aliae Eccleſiae erant Baptiſmales, erant & Eccleſiae, *Plebis* nomine inſignitae, quibus aliae circumſtantes ſuberant. Illuſtris nunc eſt Lucenſi in Urbe Eccleſia Sanctorum Johannis & Reparatae, Collegio etiam Canonicorum decorata. Ad ipſam, ni fallor, ſpectat Charta, quam autographam vidi in inſigni Tabulario Archiepiſcopii Lucenſis.

Teudigrimi Epiſcopi Lucenſis Bulla, per quam Andreae Presbytero dimidium confert Eccleſiae Baptiſmalis Sancti Pantaleonis, ſeu Sanctae Reparatae, Anno 984.

B IN *Chriſti nomine. Qualiter ego* Teudigrimus...... *una per conſenſum Sacerdotum meorum, ſeu filii ipſius Eccleſie*, ordinare..... Andreas Presbitero *filio bone memorie Ultiprandi in eo ordinem, ſicut ſubter adnexum fuerit, in* Eccleſia *illa, cui vocabulum eſt beati* Sancti Pantaleoni, & Sancte Reparate, & Sancti Johanni Baptiſte, quod eſt Plebem Battiſmale, *que eſt fundata* hic infra Civitate *iſta* Lucenſe, *que eſt de ſub poteſtatem ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui noſtro Sancti Martini. De jam dicta Eccleſia Sancti Pantaleoni & Sancte Reparate & Sancti Johanni Baptiſte, te ibi ordinare & confirmare videor, ut in tua, qui ſupra Andrea Presbitero ſint poteſtate* medietatem de predicta Eccleſia Sancti Pantaleoni & Sancte Reparate & Sancti Johanni Baptiſte, una cum medietate de Eccleſia illa, cui vocabulum eſt beati Sancti Petri, *que dicitur ad Vincula, ſubjecta ipſi Eccleſie Sancte Reparate & Sancti Pantaleoni, & Sancti Johanni Baptiſte, que eſt fundata prope eadem Eccleſia; ſive* cum medietate de omnibus caſis & ſubdite in circuitu ipſis Eccleſiis pertinentibus; atque cum medietate de omnibus caſis & rebus domnicatis, quam & maſſaritiis ad eadem Eccleſiis pertinentibus; *cum fundamentis, & omne edificiis vel univerſis fabricis ſuis, ſeò de Curtis, ortis, terris, vineis, olivetis, ſilvis, virgareis, pratis, paſcuis, cultis rebus vel incultis, ſive de movile vel immovile, ſeoque ſemoventibus, de omnia & in omnibus rebus quantis ubique in qualibet locis vel vocabulis ad ſuprascriptis Eccleſiis ſunt pertinentibus vel adſpicientibus,* C *adque in antea ibidem pertinens fuerit. Ut dictum eſt, medietate exinde ex integra tibi eas dare videor, excepto & antepono exinde una petia de terra cum caſa ſuper ſe abentes, que eſſe videtur hic infra hanc Urbem Luce juſta ſupraſcripta Eccleſia Sancte Reparate & Sancti Pantaleoni, quas Soffridi Presbitero ad manus ſuas abere* D *videtur, quas tibi minime dare videor; nam de illis aliis omnibus caſis & rebus ſuperius dictis, ut dictum eſt, medietatem exinde ex integra tibi dare videor tali ordine; ut ab odierna die in tua, qui ſupra Andrea Presbitero ſint poteſtate diebus vite tue, eas abendi, tenendi, inperandi, gubernandi, laborare faciendi, & eas privatum* E *nomen uſufructuandi diebus vite tue, & in ipſis Eccleſiis, quas tibi dedi, per te aut per tua diſpoſitionem Officium Dei, & luminaria, ſeu Miſſarum continuo, atque incenſum fieri debeant; & mihi, qui ſupra* Teudigrimus *Epiſcopus,*

ſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus meis, ſingulis quibuſque annis obediendi & ſerviendi, ut mos eſt. Sic namque vero ut non abeas poteſtatem neque licentia tu, qui ſupra Andreas Presbitero, de omnibus caſis & rebus ipſius Eccleſiis pertinentibus, quas tibi dedi, cuilibet homini per cartula livellario nomine, nec per nullum ſcriptionis firmitatis dare nec emittere neque infirmare ſine mea licentia & voluntate, vel de poſteriſque ſubceſſoribus meis: qua licentia & voluntate noſtra ut nos in illo libello vel firmitate, quas tu in qualibet homines feceris vel emiſeris, munienda ſcribamus. Propterea hoc facimus, ut caſis & rebus ipſius Eccleſiis non per fraude neque per conludio nec ullo ingenio uſurpetur. Et ſi forſitans tu, qui ſupra Andreas Presbitero, in alio modo in aliqua ex ipſis Caſis & rebus feceris vel dederis, niſi quomodo ſupra legitur hanc ſtatuta mea ordinationis Cartula, & illa firmitatis ſcriptionis, quas tu exinde feceris vel dederis, inanis & vacua adque incapſata permaneant, quot ...... nullum obtineat roborem nec firmitatem. Et neque ad me, neque ad nulloſque poſteros ſubceſſoribus meis, hanc ordinationis Cartula aliquando tempore, dum vita tua fuerit, poſſimus diſrumpere, nec infringere, ſi tu, qui ſupra Andreas Presbitero ſic feceris & adimpleveris eo modo, ſicut ſupra legitur, & in ſupraſcripto ordinem hanc ordinationis Cartula, dum vita tua fuerit, in ſua permaneat firmitate. Unde repromitto ego, qui ſupra Teudigrimus Epiſcopus una cum poſteriſque ſubceſſoribus meis tibi, qui ſupra Andreas Presbitero, dum vita tua fuerit, ut ſi aliquando tempore medietatem de ſupraſcripta Eccleſia Sancti Pantaleoni & Sancte Reparate & Sancti Johanni Baptiſte, ſive de predicta Eccleſia Sancti Petri, que dicitur ad Vincula, ſive predicta medietate de jam dictis caſis ſubdite in circuitu ipſis Eccleſiis pertinentibus in aliquo tangere aut cauſare vel intentionare ſeo diſrumpere queſierimus pro quolibet ingenio preter illa, quo....... exceptas, tunc ſpondeo ego, qui ſupra Teudigrimus Epiſcopus, una cum poſteroſque ſubceſſoribus meis, componere tibi, qui ſupra Andreas Presbitero, dum vita tua fuerit, pena argentorum Solidos ſexcentos. Unde duos ordinationis Cartule uno tinore ſcrite, una ad pars ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatui noſtro abendi & oſtendendi, & illa alia in tua, qui ſupra Andreas Presbitero abendi & oſtendendi, Petrum Notarium Domni Imperatoris ſcribere rogavi.

Actum Luca.

Et hec ordinationis Cartule facte ſunt Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Nongenteſimo Octuageſimo Quarto, XIV. Kalendas Aprili, Indictione Duodecima.

Ego Teudigrimus gratia Dei, umilis Epiſcopus in ac hordinationis Cartula a me facta ſubcripſi.

Ego Roffredus Archidiaconus in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Stefanus Archipresbiter in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Gottefridus Subdiaconus & Primicerius in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Johannes Presbiter & Cantor in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Petrus Diaconus & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Dominicus & Presbiter & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Petrus Clericus in hac ordinatione conſenſi.

Ego Benedictus Presbiter & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego

A *Ego Liutprandus Diaconus & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.*

Ego Johannes Diaconus & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Johannes Presbiter & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Leo Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.

Sigefredus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.

Petrus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.

Petrus Notarius Domni Imperatoris, teſtis ſubſcripſi.

Petrus notarius Domni Imperatoris poſt traditas complevi & dedi.

En tibi *Eccleſiam Sancti Pantaleonis & Sanctae Reparatae & Sancti Johannis Baptiſtae, quod eſt Plebem Battiſmale, que eſt fundata hic infra Civitate iſta Lucenſe*. Neque inſalutatum dimittendum illud eſt, videlicet, non integram Eccleſiam conlatam fuiſſe Andreae huic Presbytero, *ſed medietatem* duntaxat, *cum medietate* om-
B nium fundorum ad eamdem Eccleſiam pertinentium. Hoc non tam obvium alibi. Quod etiam rarius, immo peregrinum videatur, interdum *quarta portio* conferebatur unius Eccleſiae Baptiſmalis. Id ex altera Charta hauries, quam e praelaudato Chartophylacio Lucenſis Archiepiſcopii deſcripſi.

Collatio quartae partis Eccleſiae Baptiſmalis Sancti Petri de Cappiano, facta Arnolfo Presbytero ab Adalongo Lucenſi Praeſule, Anno 975.

C IN *Chriſti nomine. Qualiter ego* Adalongus *gratia Dei hujus ſancte* Lucane Eccleſie *humilis* Epiſcopus, *una cum conſenſu Sacerdotum meorum, ſeu filii ipſius Eccleſie, ordinare videor, ut* Arnolfo Presbitero *filio bone memorie Ropperti, qui Toto vocabatur, in eo ordine, ſicut ſupter anexum fuerit, in* Eccleſia *illa, cui vocabulum eſt beati* Sancti Petri & Sancti Johannis Baptiſte, quod eſt Plebe Baptiſmale, *ſita loco & finibus* Cappiano, *pertinentes ſupraſcripte Eccleſie Epiſcopatus noſtri Sancti Martini. Jam dicta* Eccleſia Sancti Petri, & Sancti Johanni in quartam portionem re ibi ordinare & confirmare videor; ut *in tua ſint poteſtate*, cum quartam portionem de aliis Eccleſiis ſubjectis ipſius Plebe, ſive cum quartam portionem de omnibus caſis & rebus *tam domnicatis quàm & maſſariciis ad eadem Plebe pertinentibus, cum fundamentis, & omnem edificiis, vel univerſis fabricis ſuis, ſeo curtis, ortos, terris &c. eo ordine ut ab odierna die in tua, qui ſupra Arnolfo Presbitero, ſint poteſtate diebus vite tue, eas abendi, tenendi, inperandi, gubernandi, laborare faciendi, & tibi eas privatum nomen uſufructuandi diebus vite tue, & in ipſis Eccleſiis, quas tibi* D *dedi per te, aut per tuam diſpoſitionem officiandi, & luminaria, ſeo Miſſarum ſolemnia, atque incenſum fieri debeat; & mihi, qui ſupra Adalongus Epiſcopus, vel ad poſteriſque ſubceſſoribus meis, ſingulis quibuſque annis obediendi & deſerviendi, ut mox eſt. Sic namque verò, ut non abeas poteſtatem neque licentia tu, qui ſupra Ar-* E *nolfo Presbitero, de jam dicta quartam portionem de omnibus caſis & rebus ipſius Eccleſie pertinentibus, quas tibi dedi, cuilibet homini per Cartula livellario nomine, nec per nullum ſcri-*

ptionis

ptionis firmitatis dare nec emittere, neque firmare ſine mea licentia & poteſtatem vel de poſteriſque ſubceſſoribus meis; qua licentia & voluntate noſtra ut nos in illo libello vel firmitate, quas tu in quolibet homines feceris vel emiſerit, ut nos in illo libello vel firmitate manus noſtra ſcribamus. Propterea hoc facimus, ut predicta quartam portionem de jam dictis caſis & rebus ipſius Eccleſie non per fraude neque per conludio, nec per malo ingenio utſurpetur. Et ſi forſitans tu, qui ſupra Arnolſo Presbitero in alio modo in aliquit ex ipſis caſis & rebus feceris vel dederitis, niſi quomodo ſuperiu legitur hunc ſtatuta mea ordinationis cartula, & illa firmitatis ſcriptionis, quas tu exinde feceris vel emiſeris, inanis & vacua adque incapſata permaneat, quod in ſe nullum obtinet robore nec firmitatem; & neque vel me vel nullos poſteroque ſubceſſoribus meis hanc ordinationis cartula aliquando tempore, dum vita tua fuerit, poſſumus diſrumpere nec infrangere, ſi tu, qui ſupra Arnolſo Presbitero ſic feceris & adimpleveris eo modo, ſicut ſupra legitur, & in ſupraſcripto ordine hanc ordinationis Cartula, dum vita tua fuerit, in ſua permaneant firmitatem. Unde duas ordinationis Cartule uno tinore ſcripte una apud ſupraſcripti Epiſcopatus noſtri abendam & oſtendenda, & alia in tua, qui ſupra Arnolſo Presbitero, abendi & oſtendendi, Petrum Notarium Domni Imperatori ſcribere rogavi.

Actum Luca.

Et hec Ordinationis Cartule facte ſunt Anno Regni Domni Ottoni *quondam .... Imperatoris* Auguſto, *filio bone memorie item* Ottoni Imperatoris, *Anno Imperii ejus in Italia Octavo, XIII. Calendas Julii, Indictione Tertia.*

A *Ego* Adalongus *gratia Dei, humilis* Epiſcopus *in ac ordinationis Cartula a me facta ſubſcripſi.*

Ego Roffredus Archidiaconus, in ac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Gotefredus Subdiaconus & Primicerius in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Andreas Presbitero & Vicedomino in hac ordinatione conſenſi & B *ſubſcripſi.*

Ego Silveradus Presbiter & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Benedictus Presbiter Cuſtode & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Ildebrandus Diaconus & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & C *ſubſcripſi.*

Ego Anſualdo Presbitero & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Richimundo Presbitero & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Alboni Presbitero & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi. D

Ego Urſo Presbitero & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Oprando Diacono & Cardinalis in hac ordinatione conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Goffridi Notarius Domni Imperatoris rogatus teſtis ſubſcripſi. E

Ghiſalprandus Judex Domni Imperatoris ſubſcripſi.

Ego Teuperto rogatus teſtis ſubſcripſi.

Ego Leo rogatus ab Adalongus Epiſcopus teſtis ſubſcripſi.

Ego Petrus Notarius Domni Imperatoris poſt tradita complevi & dedi.

Ad haſce inuſitatas Eccleſiarum collationes nihil aliud mihi dicen-

dum

dum ſuccurrit, niſi videri Epiſcopos illos praefeciſſe quidem Rectorem iis Eccleſiis, ſed ſimul retinuiſſe ſibi aut ſemiſſem, aut duos quadrantes redituum ex ipſis Eccleſiis fluentium. Quae mea conjectura ſi vera eſt, (& veram puto, nam ſupra ex Ticinenſi Concilio didicimus, fuiſſe Epiſcopos, qui ſibi regendas ipſas retinebant Plebes, nullo ibi Archipresbytero conſtituto, ut earum reditus ad ſe traherent) certe adverſabantur ſacri Canones ejuſmodi Praeſulum conſilio, ſeu potiùs aviditati. Porro aliae erant Civitates, intra quas, uti jam memini, praeter Cathedralem Eccleſiam, nulla alia erat Baptiſmalis, ac nulla *Plebis* titulo diſtinguebatur. Eâ de cauſsâ factum ſuſpicor, ut Parochi Ferrarienſes olim *Capellani* appellarentur, quo nomine ſupra vidimus donatos fuiſſe Parochos in Eccleſiis non Baptiſmalibus conſiſtentes. Non ingratum erit Lectori accipere, quibus Conſtitutionibus iidem Parochi Anno MCCLXXVIII. ſeſe conſtrinxerint, quas ad noſtros uſque dies accuratiſſime obſervarint: eas enim exerere poſſum deſcriptas per amiciſſimum virum, atque alibi laudatum, Joſephum Antenorem Scalabrinium, Rectorem Eccleſiae Ferrarienſis Sanctae Mariae in Bucca, ſive de Bucho.

Conſtitutiones factae a Parochis Civitatis Ferrarienſis pro ſuae Congregationis regimine, Anno 1278.

IN honorem perpetuum & gloriam ſempiternam ſanctiſſimae atque individuae Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, beatae & glorioſae Virginis Dei Genitricis Mariae, Patronumque noſtrorum Sanctorum Martyrum Georgii & Maurelii, atque omnium ſimul Sanctorum & Sanctarum, Dei Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, ac Virginum, quorum, quarumque ſuffragia in felici proſecutione hujus noſtri operis inchoati ſuppliciter imploramus, & ipſorum interceſſionibus glorioſis ſecundùm Sacerdotalis, qua licèt indigni fungimur, dignitatem, pie in hoc Seculo vivere, ceteriſque recte vivendi praebere meremur exemplum: & ad honorem & reverentiam venerabilis Patris, Domini, ac Paſtoris noſtri Domini Guillielmi *miſeratione divina* Epiſcopi Ferrarienſis, *infraſcriptis Conſtitutionibus noſtris paternum exhibentis aſſenſum, ac ejus etiam Succeſſorum: & ad ſalutem animarum, & corporum honeſtatem. Cleri Conventus Civitatis Ferrariae, nos* Petrus Capellanus Eccleſiae Sancti Stephani Ferrarienſis, Archipresbyter Capellanorum omnium Civitatis Ferrariae, & Presbyter Johannes Capellanus Eccleſiae Sancti Blaxii; *Presbyter Bonaventura* Eccleſiae Sanctae Mariae Novae; *Presbyter Nicolaus* Eccleſiae Sanctae Crucis; *Presbyter Bonifacius* Eccleſiae Omnium Sanctorum; *Presbyter Nicolaus* Eccleſiae Sancti Juliani; *Dompnus Bonapax Prior Hoſpitalis Sancti Leonardi; Presbyter Righetus* Capellanus Eccleſiae Majoris Civitatis Ferrariae; *Presbyter Andreas* Eccleſiae Sancti Jacobi; *Dompnus Guido Prior* Eccleſiae Sanctae Agnetis; *Dompnus Zunta Presbyter* Eccleſiae Sancti Clementis; *Presbyter Bonalbergus* Eccleſiae Sanctae Mariae de Bucho; *Presbyter Bonus* Eccleſiae Sancti Gregorii; *Presbyter Petrus* Eccleſiae Sancti Petri; *Presbyter Cixius* Eccleſiae

cleſiae Sancti Salvatoris; *Presbyter Johannes* Eccleſiae Sancti Nicolai de Curtili; *Presbyter Gerardus* Eccleſiae Sancti Alexii; *Presbyter Rangerius* Eccleſiae Sanctorum Simonis & Judae; *Presbyter Albertus* Eccleſiae Sancti Martini; *Presbyter Martinus* Eccleſiae Sancti Apollenaris; *Presbyter Ugutio* Eccleſiae Sancti Vitalis; *Presbyter Bonaventura* Eccleſiae Sancti Thomaſii; *& Dompnus Ruffinus* Eccleſiae Sancti Laurentii; *& Presbyter Guizardus* Eccleſiae Sancti Johannis de Burgo inferiori: *convenientes in unum ad infraſcriptas Conſtitutiones edendas unanimiter & concorditer ſtatuentes, conſtituimus & ordinamus.*

In primis, quod omnes Sacerdotes & Clerici ſupradicti Conventus noſtri diebus Kalendarum cujuslibet Menſis cum Archipresbytero, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit in ipſo Conventu, convenire ſimul de cetero teneantur & debeant ad defunctorum officia celebranda, & qui contrafecerit, ſex Venetos parvos componere teneatur in manibus Camerarii praetaxati Conventus, per ipſum Camerarium aſſenſu dicti Archipresbyteri in uſus pauperum erogandos, niſi juſtâ cauſsâ fuerit excuſatus.

Item ſtatuimus, quod licitum ſit Archipresbytero & Conventui nominato, quandocumque in unum convenerint in qualibet Eccleſia Civitatis Ferrariae vel ſuburbium, quam duxerint eligendam, Miſſas Conventuales & Officia ſolennia celebrare.

Item ſtatuimus & volumus, quod ſi aliquem ex Sacerdotibus dicti Conventus contigerit infirmari, Archipresbyter & Fratres illum, qui infirmabitur, teneantur & debeant aegritudinis tempore viſitare. Et ſi Sacerdos aegrotans adeo indigens fuerit, quod in ipſa aegritudine ſibi non poſſit neceſſaria miniſtrare, teneatur Archipresbyter per Camerarium praetaxati Conventus dicto Sacerdoti aegrotanti de bonis dicti Conventus, ſecundùm facultates ipſius Conventus in eadem aegritudine ſubvenire.

Item ſtatuimus, quod ſi aliquis ex Sacerdotibus dicti Conventus, viam carnis ingreſſus fuerit univerſae, omnes de dicto Conventu Presbyteri in Eccleſia, ubi defunctus Sacerdos debuerit ſepeliri, debeant convenire, & pro anima Sacerdotis defuncti, Miſſas altâ voce ſolemniter celebrare & ipſius Sacerdotis defuncti corpus cum incenſo & aquâ benedictâ, prout moris eſt, tradere ſepulturae, & oblationes ſpeciales afferre per Camerarium dicti Conventus pro anima Sacerdotis defuncti, Chriſti Pauperibus conſilio praedicti Archipresbyteri erogandas. Sed ſi defunctus Sacerdos ſepeliretur apud aliquod Hoſpitale, praefatae oblationes tantùm ad pauperes Hoſpitalis praedicti debeant pervenire.

Item ſtatuimus, quod ſi alicui Fratrum, vel Sororum noſtri Conventus placuerit, unum ex indumentis ſuis legare Conventui ſupradicto, illud diſtribui volumus pro mercede Nuntii Conventus ipſius, & pro anima Fratris & Sororis praedictorum etiam defunctorum.

Item ſtatuimus, quod ſingulis ſeptem dierum proxime ſubſequentium a die obitus Sacerdotis Conventualis, duo de Presbyteris Conventus, quibus per Camerarium injunctum fuerit ſupradictum in Eccleſia, penes quam defunctus Sacerdos ſepultus fuerit, Miſſarum mortuorum ſolennia debeant celebrare, ſepulturam ipſius cum incenſo & aqua benedicta, & Miſerere mei Deus, *quolibet ipſorum ſeptem dierum nihilominus viſitando. Et qui contrafecerit, niſi juſte fuerit excuſatus, quatuor Imperiales exſolvat.*

Item

Item ſtatuimus, quod quilibet Sacerdos dicti Conventus a die mortis Sacerdotis defuncti uſque ad XXX. dies tunc proxime ſubſequentes, pro ipſius defuncti anima Septem Miſſas decantet; quibus elapſis poſtea uſque ad unum annum triginta Miſſas pro anima ipſius defuncti, Sacerdos quilibet debeat celebrare. Et quum ab aliquo Sacerdote Conventus per totum primum annum ipſius defuncti Miſſa cantabitur mortuorum, pro anima ipſius Sacerdotis defuncti Oratio per ipſum dici debeat ſpecialis.

Item ſtatuimus, quod quilibet Sacerdos hujus ſacri Conventus omni anno unum Pſalterium pro animabus omnium fidelium defunctorum legere teneatur. Quod ſi non fecerit, oneri ipſius animae imputetur.

Item ſtatuimus, quod ſi aliquis vir vel mulier hujus ſacri Conventus, neceſſitatem patietur, de bonis dicti Conventus, ſecundùm facultatem Conventus ejuſdem ipſorum neceſſitati debeat provideri.

Item ſtatuimus, quoties Archipresbyter dicti Conventus cum Sacerdotibus Conventus predicti conventum apud Eccleſiam aliquam ad Miſſarum ſolemnia celebranda pro animabus fidelium defunctorum .... ipſius Eccleſiae Capellanus *campanas .... ſolemniter pulſare.*

Item ſtatuimus, quod ſi aliquis Sacerdos requiſitus per Nuntium Camerarii non venerit ad conventum, ſi juſtâ causâ non fuerit excuſatus, ſolvat duos Imperiales, per manus Camerarii de conſilio Archipresbyteri in pauperum neceſſitatibus erogandos.

Item ſtatuimus, quod quum praeceptum fuerit per Nuntium Camerarii, quod Sacerdotes Conventus debeant certo die apud Eccleſiam aliquam intereſſe pro divinis Officiis celebrandis, ipſius Eccleſiae Capellanus *in mane ad Miſſam debeat ſuo Populo nuntiare; in qua Miſſa omnes Sacerdotes ſummiſsâ voce bene & integre infraſcriptos Pſalmos ſcilicet* Verba mea: Domine, ne in furore: Credidi: & De profundis, *dicere teneantur.*

Item ſtatuimus, quod ſi aliquis Sacerdotum vel Clericorum noſtri Sacri Conventus .... ctu in Civitate obierit, cuſtodiatur a quatuor Sacerdotibus dicti Conventus, quibus injunctum fuerit per Camerarium Conventus ejuſdem, ſeu Archipresbyterum, tota nocte praedicta. Qui Sacerdotes Pſalterium legere, & alias orationes facere teneantur pro anima memorati defuncti. Et ſi de bonis ejuſdem labori dictorum Sacerdotum nequiverit provideri, quod per Camerarium dicti Conventus de facultatibus Conventus ipſius competenter provideatur eiſdem. Et quicumque Sacerdos praeceptum de hoc ſibi factum neglexerit adimplere, niſi juſte fuerit excuſatus, quinque Solidos Ferrariae de ſuis bonis Camerario dicti Conventus ſolvere teneatur, per eum conſilio Archipresbyteri in utilitatem pauperum erogandos.

Item ſtatuimus, quod omnes & ſinguli reditus & proventus terrarum, vinearum, & poſſeſſionum dicti Conventus pervenire debeant penes Camerarium dicti Conventus, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit. Qui fructus & proventus vendi debeant, & expendi per ipſum Camerarium in augumentationem dicti Conventus, ſcilicet in emendis terris & poſſeſſionibus, quae ſemper penes dictum Conventum debeant permanere. Et hoc fiat de conſenſu & voluntate Archipresbyteri & majoris partis dicti Conventus.

Item ſtatuimus, quod ſi aliquis ex fratribus Clericis in die migrari contigerit, quatuor Presbyteri, quibus per Camera-

Camerarium injunctum fuerit, corpus ipſius debeant cuſtodire, donec traditum fuerit ſepulturae. Et quicumque hoc facere recuſaverit, niſi juſta cauſſa fuerit excuſatus, in quatuor Imperiales condemnetur, in uſus pauperum per Camerarium conſilio Archipresbyteri erogandos.

Item ſancimus, quod mutetur Camerarius omni anno, cujus electio fieri debeat hoc modo, videlicet quod Archipresbyter Conventus debeat eligere tres ex fratribus de Conventu, qui Camerarium eligant. Et ille, qui electus fuerit Camerarius ab ipſis vel a duobus eorum de conſenſu & conſilio Archipresbyteri ipſius, eo anno pro Camerario ab omnibus habeatur. Qui Camerarius XX. Solidos Ferrariae pro ſuo beneficio annuo & ſalario conſequatur.

Item ſtatuimus, quod quum Archipresbyter dicti Conventus apud aliquam Eccleſiam fuerit, in qua pro anima alicujus Presbyteri fratris noſtri defuncti divina ſint officia celebranda, ille, cui dictus Archipresbyter mandaverit, Miſſas cantare, & divina celebrare officia teneatur; niſi ibidem fuerit Dominus Epiſcopus, vel Capitulum majoris Eccleſiae Ferrarienſis.

Item ſtatuimus, quod quum Archipresbyter dicti Conventus viam carnis ingreſſus fuerit univerſae, Capellani *dicti Conventus infra quindecim dies proximos futuros Archipresbyteri electionem facere teneantur, ipſam electionem confirmandam aut infirmandam noſtro Domino Ferrarienſi Epiſcopo praeſentantes: alioquin praefata electio ad ipſum Dominum Epiſcopum devolvat.*

Item ſtatuimus, quod ſi aliquis Capellanus *ad officia fratrum* Capellanorum *non acceſſerit .... vel causâ juſtâ fuerit excuſatus, octo Venetos parvos exſolvat, per Camerarium conſilio Archipresbyteri in uſibus pauperum erogandos.*

Item ſtatuimus, quod Camerarius omni anno circa feſtum Sancti Johannis Baptiſtae rationem .... Archipresbytero & aliis Capellanis *Conventus, quos ipſe Archipresbyter ad hoc duxerit eligendum.*

Item ſtatuimus, quod quum ab Epiſcopatu ſuperiùs aliquod feſtum fuerit principale, omnes Capellani *manentes ab Epiſcopatu ſuperiùs in Vigilia feſti ad Veſperas, & in die feſti intereſſe ad Miſſam & Veſperas teneantur. Et ſi feſtum fuerit ab Epiſcopatu inferiùs uſque ad Eccleſiam Sancti Apollenaris, omnes* Capellani *infra dicta confinia commorantes, illud idem facere teneantur. Et ſi feſtum ab Eccleſia Sancti Apollenaris inferiùs fuerit, uſque ad ultimum Civitatis,* Capellani *omnes manentes infra dicta confinia illud idem facere teneantur. Et qui contrafecerit, niſi juſtâ causâ fuerit excuſatus, in duobus Imperialibus condemnetur.*

Item ſtatuimus, quod ſi Archipresbyter, aut aliquis de Conventu, aliquid voluerit dicere vel ordinare, diligentiſſime ab omnibus audiantur.

Item ſtatuimus, quod dum celebratur Miſſa, unuſquiſque Fratrum in ſilentio debeat permanere.

Item ſtatuimus, quod nullus Clericus de Conventu ad novum emat triticum aut vinum, vel tabernam in domo, in qua habitaverit, teneat, aut teneri faciat, vel permittat.

Item ſtatuimus, quod Conſtitutiones Collegii legantur fratribus ſemel in Menſe, & ſpecialiter in Calendis.

Item ſtatuimus, quod nullus Clericus noſtro Conventui debeat intereſſe, niſi in Civitate Ferrariae beneficium obtineat.

Item

Item ſtatuimus, quod quando Sacerdo es.......... de Eccleſia, pro mortuorum officiis celebrandis, bini, quum intervenerint, incedere debeant, Miſerere mei Deus, *ſummiſsâ voce dicentes.*

Item ſtatuimus, quod nullus Clericus, poſtquam fuerit inchoatum officium, Eccleſiam exeat, niſi ſibi neceſſitas immineret.

Item ſtatuimus, quod quando Capellani *Conventus debuerint apud aliquam Eccleſiam ad officium celebrandum...... Camerarius ordinet, qui Miſſam tunc debeat celebrare. In Calendis tamen Archipresbyter, ſi ſibi placuerit, celebrabit, alioquin ille de Fratribus celebrare teneatur, cui Archipresbyter duxerit injungendum. Et qui recuſaverit, niſi juſte fuerit excuſatus, duos Imperiales exſolvat.*

Item ſtatuimus, quod quum aliquis de Conventu noſtro deceſſerit, Sacerdos quilibet in ſua Eccleſia Parochianis, quum Miſſas celebraverit, debeat nuntiare nomen defuncti Fratris vel Sororis, ipſoſque hortari, ut Pater noſter & Ave Maria *pro defuncti vel defunctae anima dicant, ſeptem in quibuſlibet Calendis, & duodecim* Pater noſter, *& duodecim* Ave Maria, *quando cognoſcunt fratrem defunctum eſſe.*

Item ſtatuimus, quod ſi aliquis Clericus de Conventu infirmabitur, aegrotans per Nuntium ſuum mittere debeat Camerario, ut aliquem Clericum de Conventu ad ipſius infirmi Eccleſiam debeat deſtinare pro Miſſis & aliis Officiis celebrandis, ſi fuerit opportunum. Et tunc Camerarius per Nuntium ſuum praecipi faciat cuicumque ex Capellanis *voluerit, ut ad aegroti praedicti accedat Eccleſiam, ad praeſcripta officia celebranda. Et qui recuſaverit, niſi juſtâ causâ fuerit impeditus, quatuor Imperiales exſolvat, in neceſſitatibus pauperum expendendos.*

A

Item ſtatuimus, quod ſi aliquis ex Fratribus vel Sororibus noſtri Conventus tempore mortis Conventui noſtro aliqua dimiſerit indumenta, Sacerdos Contratae defuncti vel defunctae, Camerario teneatur indumenta eadem praeſentare, vendenda per Camerarium ſupraſcriptum. Et qui contra fecerit, quatuor Imperiales exſolvat, pauperum neceſſitatibus tribuendos.

B

Nos Guillielmus *miſeratione divina* Epiſcopus Ferrarienſis, *Conſtitutiones praeſcriptas omnes & ſingulas de...... tas ſpeciali conſenſu, Epiſcopali auctoritate, qua fungimur, ratas habentes & gratas, confirmamus: ac diſtricte praecipimus, ipſas, & earum quamlibet a ſaepedicti Conventus Clericis inviolabiliter obſervari. Et quod praedicti Clerici ipſorum Archipresbytero, immo nobis potius in eodem in ipſis Conſtitutionibus debeant obedire. Et qui rebellis fuerit in praedictis, poſt tertiam admonitionem a dicto Archipresbytero, ſi facta, ex nunc ab ingreſſu Eccleſiae uſque ad ſatisfactionem condignam duximus ſuſpendendum. Omnes & ſingulos Fratres dicti Conventus in Domino nihilominus exhortantes, ut divinae reverentiâ pietatis memoratas Conſtitutiones diligenter obſervare procurent, ut proinde divinae Majeſtatis gratiam, noſtramque conſequi benevolentiam mereantur, velut obedientiae filii ſpeciales. Et ad majorem rei hujuſmodi firmitatem praeſcriptas Conſtitutiones manu infraſcripti Curiae noſtrae Notarii, ac Sigilli noſtri munimine juſſimus roborari.*

C

D

E

Ego Bonaventura de Brinis, Curiae Epiſcopalis Ferrarienſis Notarius, praedictas Conſtitutiones omnes & ſingulas de ſpeciali mandato venerabilis Patris Domini Epiſcopi memorati, ſcripſi & publicavi

publicavi ad perpetuam memoriam earumdem. Currente Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Septuageſimo Octavo, A *Indictione VI. Die IX. intrante Decembri.*

Sigillum cereum Epiſcopale.



In medio membranae; inter columnas earumdem Conſtitutionum deſcripta ſunt alieno charactere nomina nonnullorum, qui in Conventum Presbyterorum cooptati fuerunt. Ita verò ſe habent:

B *Donus Bonfadus Rector Aedis omnium Sanctorum Civitatis Ferrariae, & Ca*pellanus *in Majori Eccleſia Ferrarienſi, receptus eſt in Conventu & Congregatione Presbyterorum & Clericorum Civitatis Ferrariae, per Donum Bonſegnorum Rectorem Eccleſiae Sancti Stephani Ferrariae, Archipresbyterum Conventus & Congregationis, de conſilio unanimi voluntatis Fratrum ſuorum.*

C *Donus Fredericus Archipresbyter Eccleſiae Ferrarienſis, & Donus Johannes ejuſdem Eccleſiae Canonicus, & Presbyter Bonfamilius praedictae Eccleſiae Manſionarius, recepti ſunt in Conventu & Congregatione Presbyterorum & Clericorum Civitatis Ferrariae, per Dominum Presbyterum Petrum Rectorem Eccleſiae Sancti Stephani Ferrarienſis,* D *Archipresbyterum dicti Conventus & Congregationis.*

Nicolaus Manſionarius Majoris Eccleſiae receptus eſt in Conventu & Congregatione Presbyterorum & Clericorum Civitatis Ferrariae per Domnum .... nenſem Rectorem Eccleſiae Sancti Apollinaris Ferrariae, Archipresbyterum ſupradicti Conventus & Congregationis.

Donus Johannes Prior Hoſpitalis Sancti Lazari receptus eſt in Conventu & Congregatione Presbyterorum & Clericorum Civitatis Ferrariae, per Domnum Presbyterum Petrum Rectorem Eccleſiae Sancti Stephani Ferrarienſis, Archipresbyterum praedicti Conventus & Congregationis.

Donus Frater Michaël Prior Monaſterii Sancti Antholini Ferrarienſis Dioeceſis, & Frater Franciſcus, & Frater Jacobus .... & Frater Aegidius, Canonici dicti Monaſterii, recepti

pti ſunt in Conventu & Congregatione Presbyterorum & Clericorum Civitatis Ferrariae, per Domnum Petrum Rectorem Eccleſiae Sancti Stephani Ferrarienſis Archipresbyterum praedicti Conventus & Congregationis.

Donus Presbyter Gerardus de Bononia Rector Eccleſiae Sancti Michaëlis de Pecle, Dioeceſis Ferrarienſis, receptus eſt in Conventu & Congregatione Presbyterorum & Clericorum Civitatis Ferrariae, per Domnum Petrum Presbyterum & Rectorem Sancti Stephani, Ferrarienſem Archipresbyterum praedicti Conventus & Congregationis.

Donus Bonalbergus Canonicus Ferrarienſis Eccleſiae, receptus eſt in Conventu & Congregatione Presbyterorum & Clericorum Civitatis Ferrariae, per Dominum Presbyterum Petrum Rectorem Eccleſiae Sancti Stephani, Ferrarienſem Archipresbyterum dicti Conventus, & Congregationis.

Dompnus Petrus Presbyter Sanctae Juſtinae de Ferraria, eſt receptus in Conventu & Congregatione Presbyterorum & Clericorum Civitatis Ferrariae, per Domnum Petrum Presbyterum Sancti Stephani.

Dompnus Zanerius Archipresbyter Epiſcopatus Ferrariae, receptus eſt in Conventu Presbyterorum & Congregatione Clericorum Civitatis Ferrariae, per Dompnum Dominicum Presbyterum Eccleſiae Sancti Johannis de Burgo inferiori, Archipresbyterum dicti Conventus & Congregationis.

Dompnus Paulus Capellanus *Majoris Eccleſiae Ferrarienſis, receptus eſt in Conventu & Congregatione Presbyterorum & Clericorum Ferrariae, per Dominum Presbyterum Leonem Rectorem Eccleſiae Sancti Apollinaris Ferrariae, Archipresbyterum dicti Conventus & Congregationis.*

Haec omnia profectò laudanda. Atque heic vides, Parochos univerſos Ferrarienſis Urbis Capellanos appellari, uno excepto, qui non ratione Eccleſiae ſuae, ſed quod electus eſſet caput Congregationis Parochorum, *Archipresbyter* appellatur. Et ſane teſte Marco * Anlonio Guarino in Lib. de Eccleſ. Ferrar. in nulla e Ferrarienſis Urbis Eccleſiis Baptiſmus miniſtratur, praeterquam in Cathedrali, & in Sanctae Mariae in Vado, cujus Parochi minime mentio occurrit in hiſce Conſtitutionibus. Ac proinde nemo ex Parochis in Charta enumeratis *Plebi* praeerat, ſed Cathedrali, ut Plebi, ſuberat. Ceterum in agro Ferrarienſi pro more erant *Plebes*, uti patebit e literis Clementis III. Papae, quas mihi ſuppeditavit Bibliotheca Eſtenſis, ſervatas in Annalibus MStis Peregrini Priſciani Ferrarienſis.

Clementis III. Papae Bulla, qua Epiſcopo Ferrarienſi ejuſque Eccleſiae omnia Privilegia & jura illius confirmantur, Anno 1189.

CLemens Epiſcopus *ſervus ſervorum Dei, venerabili* Stephano Ferrarienſi Epiſcopo, *ejuſque Succeſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. In eminenti Sedis Apoſtolicae ſpecula, licèt immeriti, diſponente Domino conſtituti Fratres noſtros Epiſcopos tam vicinos quàm longe poſitos fraternâ debemus caritate diligere, & Eccleſiis a Deo ſibi commiſſis paternâ ſolicitudine providere. Eapropter, venerabilis in Chriſto frater Epiſcope,*

tuis

A *tuis juſtis poſtulacionibus clementer an-*
nuimus, & felicis recordationis Pre-
deceſſorum noſtrorum Innocentii, Cele-
ſtini, Lucj, Alexandri, *&* Gregorii
Romanorum Pontificum *veſtigiis inhe-*
rentes prefatam Ferrarienſem Eccle-
ſiam, cui Deo auctore preeſſe dinoſce-
ris, ſub beati Petri & noſtra prote-
ctione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti
B *Privilegio communimus. Statuentes, ut*
quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona
eadem Eccleſia in preſenciarum juſte &
canonice poſſidet, aut in futurum con-
ceſſione Pontificum, largitione Regum
vel Principum, oblatione Fidelium, ſeu
aliis juſtis modis praeſtante Domino po-
terit adipiſci, firma tibi, tuiſque Suc-
ceſſoribus & illibata permaneant, in
C *quibus hec propriis duximus exprimen-*
da vocabulis. Monaſterium Sancti Sil
veſtri: Monaſterium Sancti Bartholomei:
Plebem Sancti Georgii ultra Padum:
Plebem Sancte Mariae de Gabiana:
Plebem Sanctae Mariae de Vicoven-
tia: *cum Caſtro & Curte, & toto*
bonore ac diſtrictu Vicovencie: Plebem
Sancti Martini de contra Padum:
D Plebem Sancti Apollinaris de Triſi-
calio: Plebem Sancti Stephani de
Firminiana; *cum tota Curte Firmi-*
niane & Triſicali, cum honore & di-
ſtrictu: Plebem Sancti Petri de Co-
pario: Plebem Sancti Georgii de Ta-
mara: Plebem Sancti Martini de Ru-
pina: Plebem Sanctae Mariae de Se-
ptem Policinis: Plebem Sancte Ma-
E rie de Vicariano, *cum curte Vicaria-*
ni, & toto honore ac diſtrictu: Ple-
bem Sancti Donati de Pedrurio *cum*
Curte Sancti Donati & diſtrictu: Ple-
bem S. Stephani de Bolonitico, *cum*
Curte Bolonitici, & honore ac diſtri-
ctu: Plebem Sancti Georgii de Tri-
centa, *cum Curte Tricenta, & hono-*
re ac diſtrictu: Plebem Sancti Anto-
nini de Ficarolo: Plebem Sancte

Mariae de Civiſello: Plebem Sancti
Michaëlis de Brancantino, *cum Cur-*
te Melaria & toto honore ac diſtrictu:
Eccleſiam Sancti Stephani de Staurano,
cum tota ejus Curte: Eccleſiam Sancti
Romani de Tartaro: Eccleſiam de Ca-
daldo, cum Hoſpitali: Eccleſiam Sancti
Thomae, cum Hoſpitali ſubtus Bura-
nam: Eccleſiam Sancti Matthei, cum
Hoſpitali de Rupta Petri Scorti: Ho-
ſpitale omnium Sanctorum: Hoſpitale
Fratris Duranci: Hoſpitale de Cau-
dalonga: Eccleſiam Sancti Lazari cum
Hoſpitale de Campo Mercati: Curtem
Francolini, cum toto honore & diſtri-
ctu: Curtem Vadrignanai, & Bragan-
tini, cum toto honore & diſtrictu; Val-
lem Theodoram: Campum Ducis: Doſ-
ſum Pontuarie, cum tota Vallada ſibi
pertinente: Eccleſiam Sancti Martini
de Boſcbo: Hoſpitale de Ruptulo, cum
omnibus Capellis, *& tenutis, & ea-*
rum pertinentiis. Antiquas igitur &
rationabiles conſuetudines, quas Ante-
ceſſores tui in Canonica majori, & in
Eccleſiis tui Epiſcopatus hactenus habue-
runt, tibi & Succeſſoribus tuis aucto-
ritate Apoſtolica confirmamus. Statuen-
tes, ut nulli liceat aliquem in Eccleſia
Majori Canonicum, vel in aliquam Pre-
lationem, non requiſito conſilio & ſcien-
tia tua, ſeu Succeſſorum tuorum reci-
pere. Nec cuiquam fas ſit in ceteris
Eccleſiis Capellanum *abſque tuo con-*
ſenſu conſtituere vel amovere. Corre-
ctionem quoque Canonicorum Eccleſie tue,
& aliorum Clericorum tui Epiſcopatus
& Monachorum libere habeas, & eo-
rumdem ordinationem, ſicut Predeceſſo-
res tui habuiſſe noſcuntur, tibi & Suc-
ceſſoribus tuis duximus concedendam.
Illud etiam ad exemplar ſupradictorum
Predeceſſorum noſtrorum omnimodis ſan-
cientes, ut Ferrarienſis Eccleſia cum
tota Parochia ſua in jure & dominio,
ac Privilegio ſanctae Romanae Eccleſiae
beati

beati Petri, cujus eſt patrimonium, perpetuò conſervetur, & ſit ſemper ſub noſtra, noſtrorumque Succeſſorum electione, ordinatione, atque conſecratione: ut quicumque illic electus, ordinatus, & conſecratus fuerit, ille honoris hujus ac poteſtatis integritate fungatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat &c. (*)

Ego Clemens Catholice Eccleſie Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ego Laborans Presbyter Cardinalis Sancte Marie trans Tiberim, & Calixti ſubſcripſi.

Ego Pandus Baſilice duodecim Apoſtolorum Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Albinus Presbyter Cardinalis titulo Sancte Crucis in Jeruſalem ſubſcripſi.

Ego Bobo Presbyter Cardinalis titulo Sancte Anaſtaſie ſubſcripſi.

Ego Petrus titulo Sancti Laurentii in Damaſo Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Jacobus Diaconus Cardinalis Sancte Marie in Coſmedin ſubſcripſi.

Ego Gratianus Sanctorum Coſme & Damiani Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Bernardus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Octavianus Sanctorum Sergii & Bacchi Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Gofredus Sancte Marie in Vialata Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Johannes Felix Diaconus Cardinalis Sancti Euſtachii juxta Templum Agrippe ſubſcripſi.

Ego Gregorius Sancte Marie in Agro Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Ego Bernardus Sancte Marie Nove Diaconus Cardinalis ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Moyſi ſancte Romane Eccleſie Subdiaconi, vicem agentis Cancellarii, XII. Kalendas Maji, Indictione VII. Incarnationis Dominicae Anno MCLXXXIX. Pontificatus verò Domni Clementis Pape Tertii Anno Secundo.

Sed ut luculentius intelligas, quae de Plebibus ſuburbanis, earumque juri ſubjectis minoribus Parochiis, hactenus diſſerui, accipe tabulas Anſelmi Archiepiſcopi Ravennatis, quibus Archipresbytero Pulianelli *Capellas* omnes, ab ejus Eccleſia pendentes confirmat, ac ſigillatim recenſet. Eoque lubentius Chartam hanc exhibeo, ut animadvertamus, Archipresbyteros quaeſiviſſe etiam a Metropolitanis Privilegia & confirmationem ſuorum jurium. Chartam hanc in Tabulario ſuo adſervant Canonici Cathedralis Regienſis.

Anſelmi Archiepiſcopi Ravennatis Bulla, qua Martino Archipresbytero Pulianelli in Dioeceſi Regienſi confirmat omnia bona & jura ad illius Eccleſiam ſpectantia, Anno 1156.

In *nomine Sancte & individue Trinitatis.* Anſelmus *Dei gratia ſancte* Ravennatis Eccleſie *vocatus* Archiepiſcopus, ejuſdemque Civitatis Exarchus, dilecto filio Martino Archipresbytero Pulianelli Eccleſie, *ejuſque Succeſſoribus in perpetuum. Ad hec nos Sancti Spiritus diſponente gratiâ in hujus Pontificatus Sedis ſervitute promotos eſſe cognoſcimus, ut venerabilium Locorum in noſtro Archiepiſcopatu conſtitutorum, nec non & perſonarum ibidem deſervientium quieti & utilitati ſolicite providere, prout idem Dominus dederit,*

(*) ut in ſuperiori Bulla Alexandri III. Papae, Anno 1168.

dederit, debeamus. Tuis itaque, dilectiſſime fili Martine Archipresbyter, juſtis poſtulationibus inclinati, pro reverentia Sancte Dei Genitricis Marie, in cujus honore preſata Plebs conſecrata eſt, cui auctore Deo prees, precibus quoque venerabilis fratris noſtri Alberii Regini Epiſcopi, *ſcripturam, quam tibi & Eccleſie de Pulianello providendo fecerat, ſuoque ſigillo impreſſerat, confirmamus & praeſentis Privilegii noſtri pagina committimus, confirmamus. Itaque tibi & predicte* Plebi Capellam Sancti Johannis de Gipſo, Capellam Sancti Petri de Sedrio, Capellam Sancti Michaëlis de Salvarano, Capellam Sancti Zenonis *poſitam in Curte* Montis Cuculi, Capellam Sancte Marie de Monte Calvulo, Capellam Sancti Venerii de Mozatella, *Eccleſiam Sancti Martini de Vezano, nec non Decimas, & omnem quartam partem Decimarum totius territorii* Plebis de Pulianello, *univerſaſque poſſeſſiones, quas in preſentiarum juſte poſſidet, vel in futurum adquiſierit. Et partem, quam Eurardus Clericus in eadem Eccleſia poſſidebat, predicte Plebi reſtituimus ſimiliter. Cum Epiſcopus Alberius vel Succeſſores ejus, per alias Plebes Regini Epiſcopi collatam fecerit, volumus atque ſtatuimus, ut* omnes Capelle ad eandem pertinentes Plebem *ſuas partes collate perſolvant, & predicta Plebs tertiam. Si qua verò alie ſunt, que ad adminiſtrationem vel ad * ejus predicte Plebis ſpectare videantur, prenominate Plebi, ſalvâ tamen in omnibus & per omnia auctoritate Regini Epiſcopi, concedimus ac in perpetuum confirmamus. Si qua ergo de cetero Eccleſiaſtica vel Secularis noſtri Archiepiſcopatus perſona, hoc noſtre conſtitutionis Privilegium ſciens, contra id temere venire temptaverit &c.*

Ego Anſelmus *ſancte* Ravennatis Eccleſie *vocatus* Archiepiſcopus, *&* ejuſdem Civitatis Exarchus, *legi & ſubſcripſi.*

Ego Rodus Sancti Caſſiani Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ego Alberius Reginus Epiſcopus *ſubſcripſi.*

Ego Albertus ſancte Ravennatis Eccleſie Archidiaconus interfui & ſubſcripſi.

Ego Odo Sacerdos & Canonicus Regine Eccleſie, juſſu Domni Anſelmi Archiepiſcopi interfui & ſubſcripſi.

Hoc factum eſt per manum Alberti Diaconi Cardinalis Ravennatis Eccleſiae, Anno Dominice Incarnationis MCLVI. tempore Adriani Pape III. *&* Federici Imperatoris Romanorum, *Sextodecimo Kalendas .... jubente Domno Anſelmo Archiepiſcopo, Anno ejus Pontificatus II. in Domino feliciter.*

Ceterum quae jura olim ſingularia forent Plebium, non ſolùm in miniſtrando Baptiſmo, ſed in dandâ Poenitentiâ, in Sepulturis, aliiſque rebus, nunc majori ex parte aut immutata aut abolita, exponere in praeſentia non vacat. Unum tantummodo monumentum proferam, quod ex Archivo Canonicorum Secularium Lucenſium Sanctorum Johannis & Reparatae deſcripſi. De iſta Eccleſia ſupra mihi fuit ſermo. E Charta autographa, quam editurus ſum, conſtabit, eamdem poſtea traditam fuiſſe Canonicis Regularibus, quum ibi mentio *Prioris* ac *Fratrum* occurrat.

Caeleſtini

Caeleſtini III. Papae Bulla, qua Canonicis Lucenſibus, incolentibus Eccleſiam ſive Plebem S. Reparatae, omnia eorum bona ac jura confirmat. Anno 1194.

CEleſtinus Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Martino Priori Eccleſie Sancte Reparate, ejuſque Fratribus *tam preſentibus quàm futuris, canonice ſubſtituendis in perpetuum. Pie poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, ut & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter, dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & predeceſſorum noſtrorum fidelis recordationis* Eugenii, Anaſtaſii; Adriani, Alexandri, Urbani, & Clementis Romanorum Pontificum *veſtigiis inherentes, prefatam* Eccleſiam Sancte Reparate, que in Lucana Civitate Plebis vocabulo fungitur, *in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecumque bona eadem Eccleſia in preſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Omne jus, quod habetis in Eccleſia Sancti Caſſiani, & in Eccleſia Sancti Juſti ad Arcum: univerſam etiam* Parrochiam veſtram & Parrochianos, *atque Decimas, quas juſte habetis, vobis auctoritate Sedis Apoſtolice confirmamus. Preterea omne jus, quod habetis in Eccleſia Sancti Laurentii de Picciorano, ſunt*

A *per ſententiam Rolandi Prepoſiti Sancti Georgii, & Guidonis Prioris Sancti Donati, Judicum a Sede Apoſtolica delegatorum, vobis adjudicatum eſſe dinoſcitur, & in eorum ſcripto autentico continentur, & vos ſine controverſia poſſidetis:* celebrationem quoque Miſſae majoris in feſto Sancti Laurentii, *& alia, que in predicta Eccleſia*
B *rationabiliter hactenus habuiſtis, vobis nihilominus confirmamus. Prohibemus etiam, ut* nemini liceat Parrochianis veſtris, vobis inconſultis, poenitentias dare, *niſi fortè in tanta neceſſitate fuerint, quod ad vos nequeant habere recurſum.* Nulli quoque fas ſit Parrochianorum veſtrorum aliquem ad ſepulturam recipere, *niſi*
C *ſalvâ Eccleſie veſtre canonicâ juſtitiâ. Nec etiam Epiſcopo, nec alicui facultas ſit, novas & minus canonicas conſuetudines contra voluntatem veſtram in Eccleſiam ipſam inducere, vel exactiones indebitas exercere. Celebrationem Baptiſmi, que ab Epiſcopo & Canonicis Sancti Martini in veſtra conſuevit Eccleſia in die Sabbati Sancti fieri,*
D *antiquas etiam proceſſiones, ac ſtationes, & Miſſas Majores, que in eadem Eccleſia prefixis diebus ab eiſdem Canonicis celebrari ſolent, vobis & per vos Eccleſie veſtre nihilominus confirmamus. Preterea* Capellani Civitatis veſtre, *quos ad baptizandos pueros in Baptiſmo ſollempni vocaveritis, ſicut hactenus eſt ſervatum, ſi per contuma-*
E *ciam venire noluerint, per cenſuram Eccleſiaſticam a veſtro Epiſcopo ſine appellationis obſtaculo compellantur. Conſtituimus autem, ut illis Dominicis*

 diebus

diebus & precipuis feſtivitatibus, in quibus Canonici Majoris Eccleſie ad jam dictam Eccleſiam cum proceſſione venire conſueverunt, ſi fortè aliquâ pravitate vel malitiâ ducti ad locum ipſum, prout antiqua conſuetudo eſt, venire noluerint, Majores Miſſas, ac Veſperas, & alia divina Officia, que ipſi celebrare debuerant, per vos ipſos auctoritate Apoſtolica ſollempniter celebretis. Liceat preterea vobis Clericos litteratos & honeſtos, undecumque ſint, cum Epiſcoporum ſuorum commendatitiis Literis, ſi fortè ignoti fuerint, abſque alicujus contradictione in Fratres cum aſſenſu Epiſcopi veſtri ſuſcipere. Quod ſi Epiſcopus ipſe contra vos malignari voluerit, & rationabilem noluerit occaſionem pretendere, Clericos ipſos nihilominus ſuſcipiatis. Adjicimus quoque, ut nec Epiſcopo, nec Canonicis facultas ſit, locum veſtrum, vel Clericos inibi

A *commorantes abſque rationabili & manifeſta cauſa interdictioni vel excommunicationi ſubjicere. Sepulturam inſuper Eccleſie veſtre liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ matricis Eccleſie. Obeunte*
B *verò te nunc ejuſdem Loci Priore, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutiâ ſeu violentiâ preponatur, niſi quem* Fratres *communi conſenſu, vel* Fratrum *pars major conſilii ſanioris, ſecundùm Dei timorem, providerint eligendum. Electus autem de more repreſentetur Epiſcopo & Canonicis Majoris Eccleſie confir-*
C *mandus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam Eccleſiam temere perturbare &c.*



Ego *Celeſtinus Catholice Eccleſie Epiſcopus* ſubſcripſi.

B. V.

Ego Albinus Albanenſis Epiſcopus.
Ego Octavianus Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Johannes Preneſtinus Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Pandulfus Presbyter Cardinalis Baſilice duodecim Apoſtolorum ſubſcripſi.

Datum Laterani per manum Cencii Sancte Lucie in Orthea Diaconi Cardinalis, Domni Pape Camerarii, XVI. Kalendas Januarii, Indictione XIII. Incarnationis Dominice MCXCIV. Pontificatus verò Domni Celeſtini Pape Tertii Anno IV.

Deſideratur Bulla plumbea.

Paucos

Paucos poſt annos eodem Privilegio Canonicos ipſos ornavit Innocentius III. ſummus Pontifex, cujus A tabulas autographas in eorum Archivo olim legi, & nunc evulgandas reor.

Bulla Innocentii III. Papae, confirmantis jura omnia ac bona Priori & Canonicis Lucenſibus Sanctae Reparatae, Anno 1204.

INnocentius Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis* Petro Priori Sancte Reparate, *que* in Civitate B Lucana *ſita eſt*, ejuſque Fratribus *tam preſentibus quàm futuris canonice ſubſtituendis in perpetuum &c. Quapropter, dilecti in Domino filii, veſtris videlicet poſtulationibus inclinati, prefatam* Eccleſiam Sancte Reparate, que in Civitate Lucana Plebis vocabulo fungitur, *in qua divino mancipati eſtis obſequio, ad inſtar predeceſ-* C *ſorum noſtrorum beate recordationis* Eugenii, Anaſtaſii, Adriani, *&* Celeſtini Romanorum Pontificum, *ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus &c. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo prefata Eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis: Hoſpitale S. Reparate ſitum juxta prefatam* D *Eccleſiam, cum omni jure & pertinentiis ſuis: Eccleſiam S. Caſſiani cum omni jure ac pertinentiis ſuis: Eccleſiam S. Michaëlis de Conteſora, cum omni jure & pertinentiis ſuis. Item jus, quod habetis in Eccleſia Sancti Juſti ad Arcum, & in Eccleſia Sancti Laurentii de Piciorano. Univerſam etiam Parrochiam veſtram & Parrochianos, at-* E *que Decimas, quas habetis, vobis auctoritate Sedis Apoſtolice confirmamus. Statuimus autem, ut in illis Dominicis diebus, & precipue ſolempnitatibus, in quibus Canonici Majoris Eccleſiae ad jam dictam Eccleſiam cum proceſſione venire conſueverunt, ſi fortè aliqua pravitate inducti ad locum ipſum venire, prout antiqua conſuetudo eſt, venire noluerint, Majorem Miſſam, ac Veſperas, & alia divina Officia, que ipſi celebrare debuerant, per vos ipſos auctoritate noſtrâ ſolempniter celebretis. Liceat preterea vobis Clericos litteratos & honeſtos, undecumque ſint, cum Epiſcoporum ſuorum commendatitiis Literis, ſi fortè ignoti fuerint, abſque alicujus contradictione, in* Fratres *cum aſſenſu Epiſcopi veſtri ſuſcipere. Quod ſi Epiſcopus ipſe contra jus malignari, & rationabilem noluerit occaſionem pretendere, Clericos ipſos nihilominus ſuſcipiatis. Sepulturam quoque loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalvâ tamen juſtitiâ illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Prohibemus autem, ut nec Epiſcopo, nec alicui facultas ſit novas conſuetudines contra voluntatem veſtram in Eccleſiam ipſam inducere, ac exactiones indebitas exercere, aut Parrochianos veſtros quibuslibet modis vobis auferre. Prohibemus inſuper, ut nemini liceat, Parrochianis veſtris, vobis inconſultis, poenitentiam dare, niſi fortè in tanto neceſſitatis articulo fuerint conſtituti, quod ad vos nequeant habere recurſum, &c.*

Ego Innocentius Catholice Eccleſie Epiſcopus.

Ego Octavianus Hoſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego

Ego Petrus Portuenſis & Sanctæ Ruſinæ Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego Johannes Albanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, per manum Johannis ſanctæ Romanæ Ec- A cleſiæ Subdiaconi & Notarii, Nonis Octobris, Indictione VIII. Incarnationis Domini Anno MCCIV. Pontificatus verò Domni Innocentii Papæ Tertii Anno Septimo.

ELENCHUS
TOMI DECIMIQUINTI.

DISSERTATIO SEPTUAGESIMASECUNDA.

DE *Epiſcoporum, Abbatum, aliorumque Eccleſiaſticorum potentia, & Regalibus olim Clero conceſſis.* Pag. XIII.

DISSERTATIO SEPTUAGESIMATERTIA.

De Cauſſis imminutae olim Eccleſiaſticorum potentiae. 389.

DISSERTATIO SEPTUAGESIMAQUARTA.

De Paroeciis, & Plebibus. 573.

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 059927753